image
not
available

3. 1. 2

Digitized by Google

LEXICON HEBRAICUM
ET
CHALDÆO-BIBLICUM,

IN QUO

NON SOLUM VOCES PRIMIGENIÆ, SEU RADICALES, verùm etiam derivatæ, cum omnibus earum *accidentibus*, ordine Alphabetico disponuntur; & Latinis earum interpretationibus, quas exhibent optima, quæ hactenus prodierunt, Vocabularia Hebraïca & Chaldaïca, præmittuntur Græcæ, quas suppeditant Lxx. Interpretum translatio, &, quæ supersunt, Aquilæ, Symmachi, Theodotionis, V. VI. & VII. Editionum fragmenta.

ACCEDUNT

Nomina propria Virorum, Mulierum, Idolorum, Populorum, Regionum, Urbium, Montium, Fluviorum, &c. cum præcipuis eorum Etymologiis.

Auctore Domno PETRO GUARIN, *Presbytero & Monacho Ordinis S. Benedicti, è Congregatione S. Mauri.*

PARS PRIMA.

~~Linguarum orientalium Capucinorum [illegible]~~

-1760-

LUTETIÆ PARISIORUM,
Typis JACOBI-FRANCISCI COLLOMBAT, Regis Christianissimi Typographi ordinarii, &c. viâ Jacobæâ.

M. DCC. XLVI.
CUM APPROBATIONE, ET PRIVILEGIO REGIS.

Digitized by Google

PRÆFATIO.

PRODIT tandem Lexicon Hebraïcum & Chaldaïcum pridem à Domno Petro GUARIN Congregationis Benedictinæ Sancti Mauri Presbytero promissum, ac labore indefesso elaboratum concinnatumque. Hujusce Operis ea natura est, ut sive auctorem, sive argumentum spectes, singularem suî commendationem ducat.

Guarinus enim is erat, qui omnes omninò linguæ cùm Hebraïcæ, tùm Chaldaïcæ divitias, tropos, idiotismos, difficultates, anomalias, apices, varias verborum perfectorum imperfectorumque formas, punctorum Massorethicorum figuram, nomina, usum, mutationes, accentuum diversitatem, litterarum characterumque prolationem, reconditissimas denique, si fas ita loqui, earumdem linguarum tricas nodosque apprimè calleret; adeòque si quid dubii aut difficultatis de hisce rebus in controversiam coram eo vocaretur, aut verteretur, vel ipse judicium suum interponere rogaretur, extemplò solveret. Certè ex iis qui eum consultum adibant, nullus erat qui doctior ab illo non recederet, quique non sibi gratula-

Digitized by Google

allexit, eos non tantùm dignitate magisterii captans, sed etiam studii facilitate trahens : quippe quibus ita omnes disciplinæ spinas vellebat, semovebatque, ut nihil arduum, quod eos vel retardare, vel frangere, vel etiam alienare posset, offenderent; quin potiùs magis ac magis acuerentur, atque in dies proficerent; sicque factum est, ut ex eis non pauci nomen eximium sibi paraverint, ac de orbe litterario optimè meriti sint. Quos inter elucent D. Nicolaus *Le Tournois*, qui post Guarini obitum huicce Lexico absolvendo omnes suas curas impertitus est, D. Simon *Mopinot*, D. Carolus *de la Ruë*, D. Vincentius *Thuillier*, D. Martinus *Bouquet*, aliique quos singillatim recensere supervacaneum est.

Neque in discipulis erudiendis omnem operam suam Guarinus noster collocabat; nam præter quàm quòd singulis Monasterii exercitiis sedulò defungebatur, quotidieque in primis sacrosanctum altaris sacrificium, licet gravibus capitis torminibus laboraret, reverenter ac piè offerebat; hoc unum studebat ut sodalibus suis juvandis, ornandis, demerendis numquam deesset. Verùm simul ac de turba, & à subselliis in otium solitudinemque se recipere poterat, totum quod supererat tempus in librorum Hebræorum, Chaldæorum, Syrorum Arabumque lectione traducebat. Animo enim agitabat Grammaticam Hebraïcam, Chaldaïcamque longè omnium, quæ hucusque prodierant, facillimam atque copiosissimam texere, conficere & absolvere, quæ tyronibus ac rudioribus molestias in ediscendis linguis orientalibus occurrentes minueret, exercitatiores verò ad perfectam Linguæ Sacræ intelligentiam deduceret, iisdem munditiam & elegantiam sermonis, scriptorum hagiographorum ornamenta, diversos orationis tropos, omnes denique aut ferè omnes difficultates obvias elucidaret, enodaretque; sic verò utrique hominum

Digitized by Google

generi nova Grammatica esset instar *Bibliothecæ Hebraïcæ.*

Instabat ille Lexico Hebraïco & Chaldaïco cudendo, quum extremo anni vertentis 1729. mense, mortalitate interceptus est. Ejus immaturum exitum viri quique optimi & nostrates & exteri lacrymis prosecuti sunt: desiderium enim magnum suî apud omnes reliquerat, tum quia jampridem de Litteris Hebraïcis benè erat meritus, tum quia per tempus ei non licuit manus admovere operi, quod secum ipse animo dudum meditabatur, ac volutabat; quodque Ecclesiæ multùm profuturum fuisse in confesso erat: videlicet, ut dum unus ex hoc S. Germani à Pratis Monasterio sodalis Editionem LXX. Interpretum ad vetustiores codices manu exaratos castigatam ederet, ipse è regione textum Hebraïcum adjiceret, locosque in quibus Græcus Hebræusque abs sese invicem discrepant, & quare discrepent, notis atque observationibus exponeret. Quæ quantùm Scripturarum Sacrarum intelligentiæ conducant, nemo est qui non videat. Verùm, heu! tantum opus acerbâ Guarini morte Reipublicæ Christianæ periit. Faxit Deus optimus, maximus, in cujus laudem Guarinus illud lucubraturus erat, ut sua merces auctori non pereat.

At suâ non fraudabitur Lexicon, quod hodie Lectori sistimus; quod quale sit, ex iis quæ de Guarini eruditione diximus, facilè quivis colligat. Certè ita concinnatum est, ut quidquid in omnibus, quæ hucusque elaborata sunt, Lexicis eximium est, complectatur. Lexicorum verò Hebraïcorum ac Chaldaïcorum quum proprium sit ad eloquiorum divinorum intelligentiam tyronem quasi manu ducere; habes hîc omnes & singulas voces cùm Hebraïcas tùm Chaldaïcas, quibus Sacræ paginæ constant, non tantùm Græcè, sed etiam Latinè redditas, prout variè à variis veteribus Interpretibus diversis in locis explanatæ fuerunt. Quo autem ordine, audi

Digitized by Google

ipsum Guarinum: 1°. Non solùm voces primariæ, sive radices, verùm etiam voces ab eis derivatæ, secundùm Alphabeti Litterarum seriem hoc in vocabulario disponuntur; atque ut radicem inter & ejus surculum, quæ intercedit, retineatur affinitas, vocibus derivatis radices à quibus pullulant continuò subjiciuntur.

2°. Præter vocum significationes, in optimis quæ hactenus prodierunt, vocabulariis contentas, adjecimus quas suppeditant antiquæ græcæ versiones τῶν Septuaginta, Aquilæ, Symmachi, Theodotionis, nec-non V. VI. & VII. Editiones, quantùm earum (si Septuaginta excipias) nobis superest in fragmentis quæ labore improbo, & singulari diligentiâ, viri doctissimi Flaminius Nobilius, Joannes Drusius, & omnium novissimè noster D. Bernardus *De Montfaucon* collegerunt.

3°. Expositâ cùm ex veteribus, tùm ex recentioribus, sæpè etiam à Linguis Hebraïcæ cognatis, vocum significatione, hæ voces cum omnibus earum *accidentibus* ita describuntur, ut nulla sit (modò eam non prætermiserint Concordantiæ Hebraïcæ), quæ hoc in vocabulario non inveniatur.

4°. In favorem tyronum, qui nomina propria cum appellativis, & appellativa cum propriis sæpiùs confundunt, utraque in hoc Lexico posuimus, ac propriorum viciniores Etymologias, neglectis remotioribus, attulimus: ut qui hujuscemodi originationibus delectantur, quod palato suo sapiat, in hoc opere inveniant.

Vides hîc in compendio, Lector benevole, non tantùm quanta, sed quo etiam ordine quotaquæque, in Lexico Guariniano contineantur. Verum antequàm illud evolvas, hoc unum te monitum volumus, nempe Guarinum, utpote repentino mortuum, non potuisse lucubrationem suam, nisi ad litteram *Mem* perducere; reliquas verò à littera *Nun* primò

Digitized by Google

D. Nicolaum *Le Tournois*, eo deinde extincto duos alios è ſodalibus noſtræ Congregationis proſecutos fuiſſe; illum quidem ſeptem poſteriores, hos verò duas poſtremas; ita tamen ut Nicolaus *Le Tournois* (fatebimur enim) metas à Guarino conſtitutas transgreſſus ſit: namque interdum ſic ſpatiatur, ut in nimia ubertate inſit luxuries, quæ paululùm ſtylo depaſcenda ſit.

Denique non ſine laudis tributo prætereunda D. Jacobi-Franciſci *Collombat* ſagacitas, cujus diligentiam, ex ipſius Guarini diſciplina comparatam, in corrigendis Typographiæ erroribus, lapſibuſque emendandis experti ſumus: quique ſumtibus nec pepercit ut chartarum nitore, & elegantiâ characterum hoc totum Grammaticæ & Lexici opus redderetur illuſtre Typographiæ Pariſienſis monumentum.

INDEX

Digitized by Google

INDEX AUCTORUM
Cum abbreviationibus quibus in hoc Opere designantur.

A. E. Aben-Ezra.
A. Ainſw. Ainſworthus.
Ald. Aldina editio.
Alex. Alexandrinus codex Mſ.
Alting. Altingus.
Angl. annot. Anglicæ annotationes.
Aq. Aquila.
Ar. Mont. Arias Montanus.
Ariſtot. Ariſtoteles.
Av. Avenarius.
Auguſt. S. Auguſtinus.
Avic. Avicenna.
Bai. Bailius.
Barb. Cardinal. Barberini Mſ.
Baſil. S. Baſilius.
Bay. Baynus.
Bellarm. Bellarminus.
Boch. Bochart. Bochartus.
Boil. Boileau.
Bonf. Bonfrer. Bonfrerius.
Boot. Alnoldus Bootus.
Buxt. Buxtorfius.
Cajetan. Cajetanus.
Calaſ. Calaſius.
Calep. Calepinus.
Calov. Calovius.
Calv. Calvinus.
Ca. Cam. Camus, *vel* Camuſus.
Capp. Cappellus.
Car. Cartw. Cartwrightus.
Ca. Caſt. Caſtalio.
Cathar. Catharinus.
Cev. Cevallerius.
Chald. Chaldæus interpres. Chaldaïca verſio.
Cic. Cicero.
Cl. Clarius.
J. Cler. Clericus (Joannes).
Cocc. Cocceius.
Coiſlin. Coiſlinianus Mſ.
C. Compl. Complutenſis editio.
Conc. Concordantia.
Corn. Cornelius à Lapide.
Cot. Cottonianus Manuſcript.
D. Dav. R. David Rabbi.
Di. Ludovicus *de Dieu*.
Dioſc. Dioſcorides.
D. Druſ. Druſius.
Erp. Erpenius.
E. Eſtius.
Evagr. Evagrius.
Euſtath. Euſtathius.
Fag. Fagius.
For. Forerius.
Fulgent. Fulgentius.
Gataker. Gatakerus.
Gej. Gejerus.
Genebr. Genebrardus.
Gi. Gig. Giggæus.
Glaſ. Glaſſius.
Gol. Golius.
G. Grot. Grotius.
Ham. Hammondus.
Herod. Herodotus.
Hilar. S. Hilarius.
Hom. Homerus.
Horat. Horatius.
Incert. Incertus interpres.
Jonath. Jonathan.
Joſ. Rabbi Joſeph.
Iſocr. Iſocrates.
J. Jun. Junius.
Juſtin. Juſtinus.
Juven. Juvenalis.
Kirker. Kirkerus.
La. Cornelius à Lapide.
Lex. Heptagl. Lexicon Heptaglotton.
Light. Lightfoot.
Liv. Livius.
Luc. S. Lucas : quandoque Lucianus.
Ludolf. Ludolfus.
Lxx. Septuaginta Interpretes.
Mald. Maldonatus.
Ma. Malvend. Malvenda.
March. Marchali Manuſcript.
Mar. Mariana.
Mart. Martialis.
Mart. P. Petrus Martyr.
Maſſor. Maſſorethæ.
Meid. Meidanius, ſeu Meidanenſis Mſ.

Digitized by Google

Me. Menoch. Menochius.
Merc. Mercerus.
Mo. Ariæ Montani versio.
Montf. D. Bernard. de Montfaucon.
Mſ. Oxon. Manuſcriptus Oxonienſis codex.
Muiſ. Muiſius.
M. Munſt. Munſterus.
Nob. Nobilius.
Nold. Noldius.
O. Vat. Septuaginta Vaticinæ editionis.
Oleaſt. Oleaſter.
Oſiand. Oſiander.
Ovid. Ovidius.
Oxon. Oxonienſis Manuſcript.
Pag. Pagninus.
Paraph. Chald. Paraphraſis Chaldaica.
Perſ. Perſis, Perſica lingua.
Pi. Piſc. Piſcator.
Plin. Plinius.
Plut. Plutarchus.
Pol. Polus.
Prad. Pradus.
Procop. Procopius.
R. D. Dav. Rabbi David.
Reland. Relandus.
Rib. Ribera.
Riv. Rivetus.
Robertſ. Robertſon.
Sa. Rabbi Salomon.
Sal. Salazar.
Sam. Samar. Samaritanus textus. Samaritana verſio.
San. Sanct. Sanctius.
Sar. Sarravii Mſ.
Scap. Scapulæ Lexicon.
Schindl. Schindlerus.
Schmid. Schmidius.
Schol. Scholiaſtes.
Scult. Scultetus.
Seld. Seldenus.
Serar. Serarius.
Strig. Strigel. Strigelius.
Suid. Suidas.
Sym. Symmachus.
Syr. Syrus interpres.
Targ. Targum.
Tarn. Tarnov. Tarnovius.
Ter. Terentius.
Theod. Theodotion.
Ti. Tigur. Tigurina editio.
Tir. Tirinus.
Trem. Tremellius.
V. VI. VII. edit. Quinta, Sexta, Septima editio.
V. Vat. Vatablus.
Virg. Virgilius.
Vitruv. Vitruvius.
Vulg. Vulgata editio Latina, Vulgatus Interpres.
Waſ. Waſerius.
Wil. Willet.
Wolp. Wolphius.
Za. Zamachsjaris.

Aliæ quædam Abbreviationes.

Adject. Adjectivè.
Adverb. Adverbialiter.
Al. Alii.
Angl. Anglicè.
Belg. Belgicè.
Gal. Gallicè.
Gen. com. Generis communis.
Germ. Germanicè.
Gr. Græcè.
Hiſp. Hiſpanicè.
Ital. Italicè.
Lat. Latinè.
Mſ. Manuſcriptus.
Pec. Peculiariter.
Spec. Specialiter.
Subſt. Subſtantivè.
Verb. Verbaliter.

Digitized by Google

MONITUM.

Ut facilè intelligat Lector quæ per abbreviationem in hoc Lexico expressa sunt, Indicem hunc texuimus.

1. p. s. c. Prima persona singularis communis.
2. p. s. m. Secunda persona singularis masculina.
2. p. s. f. Secunda persona singularis feminina.
3. p. s. m. Tertia persona singularis masculina.
3. p. s. f. Tertia persona singularis feminina.
1. p. pl. c. Prima persona pluralis communis.
2. p. pl. m. Secunda persona pluralis communis.
2. p. pl. f. Secunda persona pluralis feminina.
3. p. pl. m. Tertia persona pluralis masculina.
3. p. pl. f. Tertia persona pluralis feminina.

Aff. vel Affix. Affixum.

Quando post affixum, versione factâ, additur m. vel f. id indicat affixum, de quo mentio, esse masculinum vel femininum.

Constr. Constructum: quandoque, construitur, pro diversitate loci.

Præf. Præfixum.

In affixis autem hunc ordinem secuti sumus. Præit affixum masculinum singulare: sequitur femininum singulare tertiæ personæ; deinde affixum secundæ personæ masculinæ & femininæ; posteà primæ personæ singularis communis. Eodem ordine prosequimur affixa pluralia tam in Verbis quàm in Nominibus. Porrò in Verbis incipimus à tertia persona singulari

Digitized by Google

masculina : cui personæ quando reperiuntur in Scripturis affixa adjuncta, ea statim commemoramus eo ordine quo supra in Nominibus. Deinde persequimur à tertia persona singulari feminina & cum affixis, ut mox dictum est; & sic in ceteris personis tam in plurali quàm in singulari. Sequitur secunda persona singularis masculina, deinde secunda feminina, posteà prima persona singularis communis. Hunc ordinem servamus in plurali respectu personarum & affixorum, prout mentio eorum fit in Concordantiis.

Eo ordine servato, Lector facilè reperturus est quamcumque requisierit vocem, sive cum præfixo sive cum affixo, sive in singulari sive in plurali; utilitatemque sui laboris percipiet, quia citò oculis ejus repræsentabuntur quæ in aliis Lexicis dispersa sunt, nec eâ methodo, quâ in isto Lexico, digesta.

Digitized by Google



LEXICON HEBRAICUM ET CHALDAICUM.

אב

אָב m. Lxx. Aq. Sym. Theod. πατὴρ, Vulg. & alii, *pater.* Lxx. item, πατρῷος, πατρικὸς, *patrius*, πατριὰ *familia*; maxime quando nomen iſtud jungitur cum vocibus conſtructis בֵּית *domus*, רָאשֵׁי *capita*, & שָׂרֵי *principes.* Pater autem dicitur vel generatione; quo nomine vocantur etiam *avus* & *proavus*: vel affinitate, ut *ſocer*: vel ætate, ut *major*: vel auctoritate & honore, ut *rex*, *princeps*, *dominus*, *herus*: cura & officio, ut *patronus*: doctrina & inſtitutione, ut *doctor*, *magiſter*: inventione, ut *auctor*: moribus & exemplo, ut Ezech. 16. v. 3. *Pater tuus Amorrhæus*, &c. Joan. 8. v. 44. *Vos ex patre Diabolo eſtis.* Vide Gram. Heb. tom. 2. p. 193. 194. 235.

Cum præfix. הָאָב *pater*, וְאָב *& pater*, כְּאָב *ſicut pater*, וּכְאָב *& ſicut pater*, לְאָב *patri*, *pater*, *in patrem*, *pro patre.*

אב

Conſt. אַב *pater*, Gen. 17. v. 5. Cum præfix. לְאַב *in patrem*, ibid. v. 4. Præter duo illa loca nomen iſtud in regimine ſing. & cum omnibus affixis in eodem ſing. adſciſcit (י), aut potius tertia rad. ה mutatur in (י), ſic: אֲבִי *pater.* Cum præfixis, וַאֲבִי *& pater*, לַאֲבִי *patri.*

Cum præfix. & affix. in ſing. אָבִיו & אָבִיהוּ, *pater ejus*, m. וְאָבִיו *& pater ejus*, m. כְּאָבִיו *ſicut pater ejus*, m. לְאָבִיו *patri ejus*, m. וּלְאָבִיו *& patri ejus*, m. אָבִיהָ *pater ejus*, f. וְאָבִיהָ *& pater ejus*, f. לְאָבִיהָ *patri ejus*, f. אָבִיךָ *pater tuus*, m. וְאָבִיךָ *& pater tuus*, m. לְאָבִיךָ *patri tuo*, m. מֵאָבִיךָ *à patre tuo*, m. אָבִיךְ *pater tuus*, f. מֵאָבִיךְ *à patre tuo*, f. אָבִי, cum unico (י), *pater meus*, c. (vide infra ſuo loco aliud אָבִי), וְאָבִי *& pater meus*, c. לְאָבִי *patri meo*, c. אֲבִיהֶם *pater eorum*, וַאֲבִיהֶם *& pater eorum*, לַאֲבִיהֶם *patri eorum*, אֲבִיהֶן *pater earum*, מֵאֲבִיהֶן *à patre*

Digitized by Google

p. pl. f. cum præfix. וְתֹאבַדְנָה *& perierunt.* 2. p. pl. m. in pausa, תֹּאבֵדוּ *peribitis.* Cum præfix. & extra pausam, וְתֹאבְדוּ *& pereatis.* Cum ן parag. תֹּאבֵדוּן, & in pausa תֹּאבֵדוּן, *peribitis.* 1. p. pl. c. נֹאבַד, & cum ה parag. נֹאבְדָה, *peribimus.*

PIEL. אִבֵּד, Lxx. ὄλλυμι, Lxx. Aq. Theod. ἀπόλλυμι, Vulg. & alii, *perdo.* Lxx. item, ἀφανίζω *è conspectu removeo*, ἐξαίρω *aufero*, Sym. ἀναιρέω *interficio.*

PRAET. 3. p. s. m. אִבַּד *perdidit.* Cum præfix. וְאִבַּד *& perdidit.* Cum affix. אִבְּדָם *perdidit eos.* 2. p. s. m. אִבַּדְתָּ *perdidisti.* 1. p. s. c. אִבַּדְתִּי *perdidi.* Cum præfix. וְאִבַּדְתִּי *& perdam.* 2. p. pl. m. cum præfix. וְאִבַּדְתֶּם *& perdetis.*

BEN. pl. m. מְאַבְּדִים *perdentes.*

INFIN. אַבֵּד *perdere, perdendo.* Cum præfix. וְאַבֵּד *& perdere*, לְאַבֵּד *ad perdendum*, וּלְאַבֵּד *& ad perdendum.* Cum præf. & affix. לְאַבְּדֵנִי *ad perdendum me*, c. לְאַבְּדָם *ad perdendum eos*, וּלְאַבְּדָם *& ad perdendum eos.*

FUT. 3. p. s. m. יְאַבֵּד *perdet.* Cum præfix. & utroque (ּ) mutato in (ִ) sub י, vide Gram. Heb. tom. 2. p. 385. c. 1. num. IV. וַיְאַבֵּד *& perdet.* Cum præf. & aff. וַיְאַבְּדֵם *& perdidit eos.* 2. p. s. m. תְּאַבֵּד *perdes.* Cum præf. וּתְאַבֵּד *& perdes.* Cum affix. תְּאַבְּדֵם *perdes eos.* 1. p. s. c. cum præf. & aff. וָאֲבַדְךָ contracte pro וָאֲאַבֶּדְךָ, *& perdidi te*, m. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 178. c. 2. 3. p. pl. m. cum præfix. & affix. וַיְאַבְּדוּם *& perdiderunt eos.* 2. p. plur. m. תְּאַבְּדוּ, & cum ן parag. תְּאַבֵּדוּן, *perdetis.*

HIPHIL. הֶאֱבִיד, Lxx. Theod. ἀπόλλυμι, Vulg. & alii *perdo.* Lxx. item ἐξολοθρεύω *disperdo*, &c. ut in Piél.

PRAET. 3. p. s. m. cum præf. וְהֶאֱבִיד *& perdidit.* 2. p. s. m. וְהַאֲבַדְתָּ *perdidisti*, cum (ַ) sub ה loco (ֶ) & (ֲ) sub א pro (ֱ); sicque in toto hoc Præterito. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 182. c. 1. Cum præf. וְהַאֲבַדְתָּ *& perdes.* Cum præfix. & affix. וְהַאֲבַדְתָּם *& perdes eos.* 1. p. s. c. cum præfix. וְהַאֲבַדְתִּי *& perdam.* Cum præfix. & affix. וְהַאֲבַדְתִּיךָ *& perdam te*, m. וְהַאֲבַדְתִּיךְ *& perdam te*, f.

BEN. s. m. מַאֲבִיד *perdens.*

INFIN. הַאֲבִיד *perdere.* Cum præf. לְהַאֲבִיד

ad perdendum, וּלְהַאֲבִיד *& ad perdendum.* Cum affix. הַאֲבִידוֹ *perdere eum.* Cum præfix. & affix. לְהַאֲבִידוֹ *ad perdendum eum*, לְהַאֲבִידֵנוּ *ad perdendum nos.*

FUT. 1. p. s. c. ex forma imperfect. & cum ה parag. אֹבִידָה *perdam.*

אבד Chald. QAL. Lxx. ἀπόλλυμαι, Vulg. & alii, *pereo*, ut apud Heb. Hinc FUT. 3. p. pl. m. יֵאבַדוּ *pereant*, Jerem. 10. v. 11.

APHEL הוֹבֵד, vel ex forma Heb. הוֹבַד, Theod. ἀπόλλυμι, Vulg. & alii, *perdo.* Vulg. item *pereo.* Hinc

INFIN. cum præfix. & ה parag. pro א, לְהוֹבָדָה *ad perdendum*, וּלְהוֹבָדָה *& ad perdendum.*

FUT. 2. p. s. m. תְּהוֹבֵד *perdas.* 3. p. pl. m. cum ן parag. יְהוֹבְדוּן *perdent.*

OPHAL הוּבַד, ex forma Hebraïca, Theod. ἀπόλλυμαι, Vulg. & alii, *pereo.* Hinc 3. p. s. m. PRAET. cum præfix. וְהוּבַד *& periit*, Dan. 7. v. 11.

אֹבֵד m. Num. 24. v. 20. Psal. 118. Heb. 119. v. 176. *perditio.* Aliis est Bénoni Qal verbi אָבַד *periit*; unde אֹבֵד *periens.* Vide ibidem. Hinc Lxx. Num. 24. v. 20. ἀπολεῖται *peribit*, mutato participio in futurum*, Psal. 118. Heb. 119. v. 176. ἀπολωλὸς *perdita* (ovis), Vulg. Lat. *quæ periit.* R. אָבַד *periit.*

אֲבֵדָה f. Lxx. ἀπώλεια *perditio*, h. e. res perdita, res amissa, &c. Cum præfix. וַאֲבֵדָה *perditio.* Const. אֲבֵדַת *perditio*, servato (ֵ) penult. ob (ֲ) præcedens. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 92. c. 1. R. אָבַד *periit.*

אֲבַדֹּה m. Hinc Prov. 27. v. 20. cum præfix. וַאֲבַדֹּה, Lxx. καὶ ἀπώλεια, Vulg. & alii, *& perditio.* Pro וַאֲבַדֹּה Massorethæ legunt וַאֲבַדּוֹן, quod sequitur. R. אָבַד *periit.*

אֲבַדּוֹן m. Lxx. ἀπώλεια, Vulg. & alii, *perditio.* Alii item, *perditionis locus.* Cum præf. וַאֲבַדּוֹן *& perditio*, בַּאֲבַדּוֹן *in perditione*, לַאֲבַדּוֹן *perditioni.* R. אָבַד *periit.*

אָבְדָן m. unde cum præfix. וְאָבְדָן Esth. 9. v. 5. Lxx. editionis Origenianæ, καὶ ἀπώλεια, Vulg. & alii, *& perditio.* Vox illa Qimhhio videtur infinitivus Piél cum ן parag. Dagh. exsulat ex ב ob (ָ) ei suppositum. R. אָבַד *periit.*

Digitized by Google

אָבְדָן *ovdhân*, m. unde conſt. & cum præfix. בְּאָבְדַן *beovdhân*, Eſth. 8. v. 6. Lxx. ἀπώλεια *perditio*, Vulg. *interfectio*. Eſt formæ קָרְבָּן, ſed deeſt anomalus dagheſch in ד; cujus defectus vide alia exempla in Gram. Heb. tom. 1. pag. 32. c. 1. Vel eſt ſphalma graphicum. R. אָבַד *periit*.

אבה QAL. Lxx. Aq. Sym. Theod. ἐθέλω, Lxx. item & alius, βούλομαι, Lxx. item, θέλω, Vulg. & alii, *volo*, Lxx. item, συνθέλω *conſentio*, *acquieſco*, προσέχω *attendo*, quo ſenſu ſæpe conſtruitur cum dativo. Aq. Sym. Theod. item, δέχομαι *ſuſcipio*. Huic verbo vulgo præponitur negatio, ac *nolo* interpretatur.

Praet. 3. p. ſ. m. אָבָה *voluit*. 1. p. ſ. c. אָבִיתִי *volui*. 3. p. pl. c. אָבוּ, & cum א parag. ex forma Arabica, vel, ut aliis placet, ex forma quieſc. Lam. א, ſed trajectis literis, אָבוּא pro אָבְאוּ, *voluerunt*, vide Gram. Heb. tom. 1. pag. 285. c. 1. 2. p. pl. m. אֲבִיתֶם *voluiſtis*.

Ben. pl. m. אֹבִים *volentes*, *volentes* (ſunt), *volunt*.

Fut. 3. p. ſ. m. ex forma imperf. יֹאבֶה *volet*. Cum ה interrogat. הֲיֹאבֶה *an volet?* 3. p. ſ. f. תֹּאבֶה *volet*. 2. p. ſ. m. תֹּאבֶה *voles*. Abjecto א rad. & cum א in fine ac (ָ) pro (ֶ), ex forma quieſc. Lam. א, תֹּבָא *voles*, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 290. c. 1. 3. p. pl. m. יֹאבוּ *volent*. 2. p. pl. m. תֹּאבוּ *voletis*.

אֵבֶה m. *voluntas*, *deſiderium*. Job. 9. v. 25. 26. *Dies mei .... tranſierunt quaſi naves* אֵבֶה *deſiderii*, h. e. naves deſideratiſſimæ, celerrimæ; unde Sym. ὁμοίως ναυσὶ σπευδούσαις, *ſicut naves feſtinantes*. Paraph. Chald. *ſicut naves onuſtæ optimis fructibus*, Vulg. *quaſi naves poma portantes*, quæ celerrime navigant, ne fructus corrumpantur. Vocem hanc deducebant ab אֵב *viror*, *fructus recens*. Vide ſupra col. 3. Lxx. hîc paraphraſtas agunt: ἢ καί ἐστι ναυσὶν ἴχνος ὁδοῦ; *nunquid eſt & navibus veſtigium viæ?* hoc eſt, quemadmodum nulla ſupereſt navis in mari currentis nota: ſic dierum meorum, uti & temporis elapſi, nullum remanet veſtigium. Conf. Prov. 30. v. 19. Sap. 5. v. 10. R. אָבָה *voluit*, *deſideravit*.

אֲבוֹי, Prov. 23. v. 29. Lxx. θόρυβος *tumultus*. Vulg. *pater*, legebat אֵב אִי, vel vocem illam ex his duabus compoſitam exiſtimavit. Aliis eſt particula ejulantis *heu*, *eheu*, *væ*; adeo ut idem ſit atque interjectio אוֹי, de qua infra. Aliis eſt nomen ſubſtantivum, *penuria*, *egeſtas*, *anguſtia*; à R. אָבָה *voluit*, *deſideravit*; unde אֶבְיוֹן *egenus*, quia multa deſiderat, & אֲבוֹי *egeſtas*, eandem ob cauſam, quanvis in vocabulariis ea vox non inveniatur.

אָבוּס Paoul ſing. m. QAL verbi inuſit. אָבַס, Lxx. Theod. σιτευτός, Vulg. & alii, *ſaginatus*. Plur. אֲבוּסִים *ſaginati*.

אֵבוּס m. Lxx. Sym. φάτνη, Vulg. & alii, *præſepe*. Plur. cum affix. אֲבוּסֶךָ *præſepia tua*, m. R. אָבַס *ſaginari*. Vide vocem præced.

אִבְחָה f. unde conſt. אִבְחַת, Ezech. 21. v. 15. al. 20. Lxx. σφάγια *mactationes* (videntur legiſſe טִבְחַת), Vulg. *conturbatio*; alii, *exterminium*, ex uſu linguæ Arabicæ. Alii, *poteſtas*, ex lingua Æthiopica; alii denique, *cuſpis*, *mucro*, *acies*, *terror*, *ſtrepitus*, &c. Mirum non eſt ſic in hujus vocis interpretatione variare interpretes; nam vocabulorum, quæ ſemel tantum in Scripturis occurrunt, quale eſt hoc, ſenſum vix aliunde, quam ex orationis ſerie, aut ex linguis Hebraicæ affinibus licet eruere. Rad. אָבַח inuſit.

אֲבַטִּחִים, unde cum præfix. הָאֲבַטִּחִים, m. pl. Num. 11. v. 5. Lxx. πέπονες, Vulg. & alii, *pepones*. R. בָּטַח *ſperavit*, *confiſus eſt*, Hebræis; Arabibus autem, *peponibus abundavit*.

אָבִי, Job. 34. v. 36. Lxx. οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ, *verumtamen*. Vulg. *pater mi*; ex אָב *pater*, & affix. 1. p. ſ. c. Alii, ὦ, *utinam*, *cupio ut*, &c. ab אָבָה *voluit*, *concupivit*, &c.

אֲבִי Maſſ. *Avî*, Vulg. *Abi*, nomen proprium matris Ezechiæ regis Juda, 4. Reg. 18. v. 2. quæ dicitur *Abiá*, 2. Paral. 29. v. 1. Etym. *pater meus*, ex אָב *pater*, & affix. 1. perſ. ſ. c.

אֲבִיאֵל Maſſ. *Aviël*, Vulg. *Abiël*, nomen proprium 1°. filii Seror patris Ner, 1. Reg. 9. v. 1. c. 14. v. 50. 2°. alterius viri, 1. Paral. 11. v. 32. qui 2. Reg. 23. v. 31. dicitur

Digitized by Google

Abialbon. Etym. *pater meus Deus ;* ex אָב *pater*, affix. 1. p. f. c. & אֵל *Deus.*

אָבִיב m. Lxx. νέα, alius νεαρὰ (φυτεύματα), Vulg. *novæ fruges.* Lxx. item, παρεστηκυῖα (κριθή), *stans* (in calamo *hordeum*), Aq. Sym. ἁπαλὰ *tenera*, h. e. teneræ fruges. Alii, *spica cum calamo*, *arista virens*, *frumentum maturescens ;* & generatim omnia, quæ verno tempore è terra progerminant. Cum præf. הָאָבִיב *spica virens*, &c. Rad. אָבַב Chaldæis in Paël *fructum primitivum producere.*

אֲבִי־גִבְעוֹן Mass. *Avi-ghivón*, Vulg. *AbiGabaón*, nomen proprium viri, cujus uxor Maacha, 1. Paral. 8. v. 29. Etym. *pater collis ;* ex אָב *pater* & גִּבְעָה *collis.* Vel *pater scyphi*, aut *calicis ;* ex אָב *pater*, & גָּבִיעַ *scyphus*, *calix.* Vel *pater dorsi*, aut *peccati ;* ex אָב *pater*, & גַּב *dorsum*, vel עָוֹן *peccatum*, *iniquitas.*

אֲבִיגַיִל, & in pausa אֲבִיגָיִל, Mass. *Avighâiil*, Vulg. *Abigaïl*, nomen proprium 1°. uxoris Nabalis, 1. Reg. 25. v. 3. c. 30. v. 5. &, eo mortuo, Davidis, 1. Paral. 3. v. 1. 2°. filiæ Naas sororis Sarviæ matris Joabi, 2. Reg. 17. v. 25. 1. Paral. 2. v. 16. Etym. *pater exsultationis ;* ex אָב *pater*, & גִּיל *exsultatio.*

אֲבִידָן Mass. *Avidhán*, Vulg. *Abidhán*, nomen proprium filii Gedeonis, Num. 1. v. 11. Etym. *pater Judicii ;* ex אָב *pater*, & דָּן *judicavit.*

אֲבִידָע Mass. *Avidhá*, Vulg. *Abidá*, nomen proprium filii Madian filii Abrahæ, Gen. 25. v. 4. Etym. *pater scientiæ ;* ex אָב *pater*, & דֵּעַ *scientia.*

אֲבִיָּה Mass. *Aviiiá*, Vulg. *Abiá*, nomen proprium 1°. matris Ezechiæ regis Juda, 2. Paral. 29. v. 1. quæ 4. Reg. 18. v. 2. dicitur *Abi.* Vide supra col. 8. 2°. filii Samuëlis prophetæ, 1. Reg. 8. v. 2. 1. Paral. 6. v. 28. 3°. filii Roboam, 1. Paral. 3. v. 10. qui 3. Reg. 14. v. 31. dicitur *Abiam.* 4°. uxoris Esron filii Phares, 1. Paral. 2. v. 24. 5°. filii Jeroboam, 3. Reg. 14. v. 1. Etym. *pater Domini ;* ex אָב *pater*, & יָהּ *Dominus.* Vel *voluntas Domini ;* ex אָבָה *voluit*, & יָהּ *Dominus.*

אֲבִיהוּא Mass. *Avihóu*, Vulg. *Abiú*, nomen propr. filii Aaronis filii Amram filii Caath filii Levi, Exod. 6. v. 23. 1. Paral. 6. v. 3. Etym. *pater ipse*, vel *pater est ;* ex אָב *pater*, & הוּא *ipse*, vel *est.*

אֲבִיהוּד Mass. *Avihóud*, Vulg. *Abiúd*, nomen proprium filii Belæ filii Benjamin filii Jacob, 1. Paral. 8. v. 3. Etym. *pater laudis*, vel *confessionis ;* ex אָב *pater*, & יָדָה in Hiphil *laudavit*, *confessus est.*

אֲבִיהַיִל Mass. *Avihâiil*, Vulg. *Abigaïl*, nomen proprium uxoris Abisur filii Semei filii Onan, 1. Paral. 2. v. 29. Etym. *pater luminis*, vel *laudis ;* ex אָב *pater*, & הָלַל in hiph. *lucere*, *splendere ;* in Piël *laudare.*

אֶבְיוֹן m. Lxx. Aq. πτωχός, Lxx. Sym. πένης, Vulg. & alii, *pauper*, *mendicus.* Lxx. item, ἐνδεής, ὀλιγοδεὴς, *indigens*, *egenus*, ἀδύνατος *impotens*, ἀσθενὴς *infirmus*, ἀνὴρ ἐν ἀνάγκαις *vir in necessitatibus*, ἀπηλπισμένος *spe destitutus*, ταπεινὸς *humilis*, &c. Cum præf. הָאֶבְיוֹן *egenus*, וְאֶבְיוֹן & *egenus*, לָאֶבְיוֹן *egeno.* Cum affix. אֶבְיֹנְךָ *egenus tuus*, masc. Cum præf. & affix. וּלְאֶבְיֹנְךָ & *egeno tuo*, m. Plur. אֶבְיוֹנִים *egeni.* Cum præf. וְאֶבְיוֹנִים, & הָאֶבְיוֹנִים, & *egeni*, לָאֶבְיוֹנִים *egenis.* Const. אֶבְיוֹנֵי *egeni.* Cum præfix. וְאֶבְיוֹנֵי & *egeni.* Cum affix. אֶבְיֹנֶיהָ *egeni ejus*, f. R. אָבָה *voluit*, *desideravit ;* unde *pauper*, *mendicus*, quod multa desideret.

אֲבִיּוֹנָה f. unde cum præf. הָאֲבִיּוֹנָה, Eccle. 12. v. 5. Lxx. κάππαρις, Vulg. *capparis*, quâ, teste Avicenna & aliis, excitatur appetitus venereus. Unde aliis vox illa interpretatur *concupiscentia*, *amor*, *desiderium*, &c. Vide S. Hieron. comm. in h. l. tom. 2. nov. edit. col. 784. R. אָבָה *voluit*, *concupivit.*

אֲבִיחַיִל, Mass. *Avihhâiil*, Vulg. *Abihaïel* & *Abihaïl*, nomen proprium 1°. patris Suriel principis Moholitarum, Num. 3. v. 35. 2°. uxoris Roboam filii Salomonis, 2. Paral. 11. v. 18. Etym. *pater roboris*, vel *exercitus*, vel *divitiarum*, vel *antemuralis ;* ex אָב *pater*, & חַיִל *robur*, *exercitus*, *divitiæ*, *antemurale.* Vel *pater doloris ;* ex אָב *pater*, & חוּל *dolere.*

אֲבִיטוּב Mass. *Avitoúv*, Vulg. *Abitób*, nomen proprium filii Mehusim, 1. Paral. 8. v. 11. Etym. *pater bonitatis ;* ex אָב *pater*, & טוּב *bonitas.*

Digitized by Google

אֲבִיטַל Mass. *Avitál*, Vulg. *Abitál*, nomen proprium matris Saphatiæ filii David, 2. Reg. 3. v. 4. 1. Paral. 3. v. 3. Etym. *pater roris*; ex אָב *pater*, & טַל *ros*.

אֲבִיָּם Mass. *Aviiám*, Vulg. *Abiám*, nomen proprium filii Roboam, 3. Reg. 14. v. 31. cap. 15. v. 1. Idem dicitur *Abiá*, 2. Paral. 3. v. 10. Etym. *pater maris*; ex אָב *pater*, & יָם *mare*.

אֲבִימָאֵל Mass. *Avimaél*, Vulg. *Abimaél*, nomen proprium filii Jectan, Gen. 10. v. 28. Etym. *pater à Deo*, vel *de Deo*; ex אָב *pater*, מ *à* vel *ab*, & אֵל *Deus*.

אֲבִימֶלֶךְ Mass. *Avi-mélech*, Vulg. *Abimélech*, nomen 1°. commune regum Palæsthinorum, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 449. c. 1. 2°. proprium filii Gedeonis, Jud. 8. v. 31. 3°. filii Jerobaal, al. Jerubbescheth, 2. Reg. 11. v. 20. al. 21. Etym. *pater meus rex*; ex אָב *pater*, affix. 1. p. sing. c. & מֶלֶךְ *rex*. Vel *pater regis*; ex אָב, const. אֲבִי *pater*, & מֶלֶךְ *rex*.

אֲבִינָדָב Mass. *Avinadháv*, Vulg. *Abinadáb*, nomen proprium 1°. filii Isai patris Davidis, 1. Reg. 16. v. 8. 2°. filii Saülis, 1. Paral. 8. v. 33. &c. Etym. *pater spontaneus*, aut *pater principis*; ex אָב *pater*, & נָדַב *sponte obtulit*, aut נָדִיב *princeps*, *liberalis*, &c.

אֲבִינֹעַם, vel אֲבִינֹעַם, Mass. *Avinóam*, Vulg. *Abinóem*, nomen proprium patris Barac ducis populi Judaici, Judic. 4. v. 6. Etym. *pater pulchritudinis*, vel *jucunditatis*; ex אָב *pater*, & נֹעַם *pulchritudo*, *amœnitas*, *jucunditas*.

אֲבִינֵר Mass. *Avinér*, Vulg. *Abnér*, nomen proprium principis militiæ Saül, filii Ner patruelis Saülis, 1. Reg. 14. v. 50. Etym. *pater lucernæ*; ex אָב *pater*, & נֵר *lucerna*. Vel *pater novalis*; ex אָב *pater*, & נִיר *novale*.

אֶבְיָאסָף Mass. *Eviasáph*, Vulg. *Abiasáph*, nomen proprium 1°. filii Core, Exod. 6. v. 24. 2°. filii Elcanæ, 1. Paral. 6. v. 23. Etym. *pater adjiciens*, vel *congregans*; ex אָב *pater*, & יָסַף *adjecit*, aut אָסַף *congregavit*. Vel *pater consumptus*, aut *desinens*, vel *finiens*; ex אָב *pater*, & סוּף *desinere*, *consumi*, *finire*.

אֲבִי־עַלְבוֹן Mass. *Avi-albón*, Vulg. *Abialbón*, nomen proprium viri, 2. Reg. 23. v. 31.

qui 1. Paral. 11. v. 32. dicitur *Abiel*. Etym. *pater superintelligens*; ex אָב *pater*, עַל *super*, & בִּין *intelligere*. Vel *pater superædificans*; ex אָב *pater*, עַל *super*, & בָּנָה *ædificavit*.

אֲבִיעֶזֶר Mass. *Aviézer*, Vulg. *Abiézer*, nomen proprium 1°. filii Manasse, Jos. 17. v. 2. 2°. unius *ex fortibus David*, 2. Reg. 23. v. 27. 3°. alterius viri, Judic. 6. v. 34. Etym. *pater adjutorii*; ex אָב *pater*, & עֵזֶר *adjutorium*.

אָבִיר, unde const. אֲבִיר masc. Lxx. *δυνάστης*, Vulg. & alii, *potens*. Lxx. item, *ἰσχύων robustus*, *ἰσχὺς robur*, *Θεὸς Deus*, Psal. 131. Heb. 132. vv. 2. 5. Aq. Sym. Theod. *ἰσχυρὸς fortis*. Cum præfix. & in reg. לַאֲבִיר *robusto*. R. אָבַר Chald. in Paël אַבַּר *roboravit*.

אַבִּיר m. Lxx. Aq. Sym. *ταῦρος*, Vulg. *taurus*, Psal. 21. Heb. 22. v. 13. Theod. ibid. *δυνάστης potens*. Lxx. item, *ἄγγελος angelus*, Psal. 77. Heb. 78. v. 25. *Ἆπις Apis*, Ægyptiorum Deus, Jerem. 46. v. 15. *ἵππος equus*, ibid. c. 8. v. 16. *μόσχος ἐκλεκτὸς vitulus electus*, ibid. c. 46. v. 15. Sym. item, *ἄρχων princeps*, *dux*. Alii item, *robustus*, *validus*. Cum præf. כ & contractione, כַּבִּיר, &, ut legendum docent Massorethæ, כְּבִיר pro כְּאַבִּיר, Isai. 10. v. 13. Vulg. *quasi potens*, Lxx. *πόλεις urbs*; sic etiam ibidem vertunt Chald. Syr. & Arabs. Plur. אַבִּירִים *fortes*, *robusti*. Cum præfix. כְּאַבִּירִים *sicut robusti*. Const. אַבִּירֵי *robusti*, *fortes*. Sym. Thren. 1. v. 15. *μεγιστᾶνας magnates*. Alii item, *tauri*, *juvenci*. אַבִּירֵי לֵב, Psal. 75. Heb. 76. v. 5. al. 6. Lxx. *ἀσύνετοι τῇ καρδίᾳ*, Vulg. Lat. *insipientes corde*, Symm. *ὑπέρφρονας τὴν καρδίαν*, S. Hieron. *superbi corde*. Et Isai. 46. v. 12. Lxx. Theod. *ἀπολωλεκότες τὴν καρδίαν qui perdidistis cor*, Sym. *σκληροκάρδιοι*, Vulg. *duro corde*. Cum affix. אַבִּירָיו *robusti ejus*, m. אַבִּירֶיךָ *robusti tui*, m. R. אָבַר Chald. vide vocem præced.

אֲבִירָם Mass. *Avirám*, Vulg. *Abirám*, & corrupte, Num. 16. v. 1. *Abirón*, nomen proprium 1°. filii Eliabi, Deut. 11. v. 6. 2°. primogeniti Hiel, 3. Reg. 16. v. 34. Etym. *pater celsitudinis*; ex אָב *pater*, & רוּם *altum*, *excelsum esse*. Vel *pater fraudis*, aut *projectionis*; ex אָב *pater*, & רָמָה *jecit*, *projecit*, in Qal; *fraudavit*, *fefellit*, in Piël.

Digitized by Google

אֲבִישַׁג Mass. *Avisâgh*, Vulg. *Abisâg*, nomen proprium adolescentulæ, quæ Davidem senem calefaciebat, 3. Reg. 1. v. 3. Etym. *pater ignorantiæ*, vel *erroris*, vel *multiplicationis*; ex אָב *pater*, & שָׁגָה *erravit*, *ignoravit*; aut שְׂגָא Chald. *crevit*, *multiplicatus est*.

אֲבִישׁוּעַ Mass. *Avischûua*, Vulg. *Abisue*, nomen proprium 1°. filii Phinees filii Eleazar filii Aaron, 1. Paral. 6. v. 4. 2°. filii Belæ filii Benjamin filii Jacob, 1. Paral. 8. v. 4. Etym. *pater salutis*; ex אָב *pater*, & יֶשַׁע *salus*. Vel *pater exclamationis*, aut *vociferationis*; ex אָב *pater*, & שׁוּעַ *vociferatio*.

אֲבִישׁוּר Mass. *Avischûur*, Vulg. *Abisur*, nomen proprium filii Semei filii Onam filii Jerameel, 1. Paral. 2. v. 29. Etym. *pater muri*, vel *cantantis*, vel *aspicientis*; ex אָב *pater*, & שׁוּר *murus*, *cantavit*, *aspexit*, *contemplatus est*. Vel *pater bovis*; ex אָב *pater*, & שׁוֹר *bos*. Vel *pater rectitudinis*; ex אָב *pater*, & יָשַׁר *rectum esse* vel *videri*.

אֲבִישַׁי Mass. *Avischâi*, Vulg. *Abisâi*, nomen proprium filii Sarviæ sororis Abigail, fratris Joabi, 1. Reg. 26. v. 6. 2. Reg. 10. v. 14. Idem 1. Paral. 2. v. 16. cap. 11. v. 20. dicitur אַבְשַׁי *Avschâi*, Vulg. ubique *Abisâi*. Etym. *pater muneris*; ex אָב *pater*, & שַׁי *munus*.

אֲבִישָׁלוֹם Mass. *Avischalôm*, Vulg. *Abessalôm*, nomen proprium patris Maacha sive Michaia matris Abiam, 3. Reg. 15. v. 2. Is Abessalom dicitur *Uriel*, 2. Paral. 13. v. 2. Etym. *pater pacis*; ex אָב *pater*, & שָׁלוֹם *pax*. Vel *pater retributionis*; ex אָב *pater*, & שִׁלֵּם in Piel, *retribuere*.

אֶבְיָתָר Mass. *Eviathâr*, Vulg. *Abiathâr*, nomen proprium Sacerdotis filii Achimelech, 1. Reg. 22. v. 20. Marc. 2. v. 16. Etym. *pater excellens*, vel *residui*, vel *explorationis*; ex אָב *pater*, & יָתַר in Hiph. *excellere*, *residuum esse*; aut תּוּר *explorare*.

אבך QAL, unde HITHPAEL הִתְאַבֵּךְ, ex quo 3. p. plur. m. Fut. Isai. 9. v. 16. al. 18. וַיִּתְאַבְּכוּ גֵּאוּת עָשָׁן, Lxx. ϰ συγκαταφάγεται τὰ κύκλῳ τῶν βουνῶν πάντα, *& devorantur in circuitu collium omnia*, sensum utcunque, non verba reddiderunt. Vulg. *& convolvetur superbia fumi.* Quidam ex usu linguæ Syriacæ & Armenicæ *superbient* (improbi, sed eorum) *superbia fumus* (erit), h. e. instar fumi evanescet. Alii, *dissipabuntur* (improbi sicut) *superbia fumi*, hypallage pro, fumus superbiæ, h. e. fumus superbus, sive in altum se attollens & evanescens. Verbum istud hoc solum in loco legitur, & ex orationis contextu *dissipari* significat.

אָבַל QAL. Lxx. πενθέω, Vulg. & alii, *lugeo*, θρηνέω *plango*, στενάζω *gemo*. Alii item *vastor*, *desolor*.

Praet. 3. p. s. m. אָבַל *luxit*. Cum præfix. וְאָבַל *& lugebit*. 3. p. s. f. אָבְלָה *luxit*. 3. p. plur. c. אָבְלוּ *luxerunt*. Cum præfix. וְאָבְלוּ *& lugebunt*.

Fut. 3. p. s. f. תֶּאֱבַל *lugebit*.

HIPHIL, הֶאֱבִיל, Lxx. πενθέω, Vulg. & alii, *lugeo*. Alii item, *luctum affero*, *induco*, *lugere facio*.

Praet. 1. p. s. c. הֶאֱבַלְתִּי *luctum attuli*, Vulg. *luctum induxi*.

Fut. 3. p. s. m. cum præf. וַיַּאֲבֶל־, Vulg. *& luxit*, alii, *& luctum attulit*, Thren. 2. v. 8. ubi (־) mutatur in (ֶ) ob sequens Maqqaph. Vide Gram. Heb. tom. 1. pag. 161. fin. tom. 2. p. 320. §. I.

HITHPAEL הִתְאַבֵּל, Lxx. Aq. Theod. πενθέω, Lxx. item, καταπενθέω, θρηνέω, Vulg. & alii, *lugeo*.

Praet. 3. p. s. m. הִתְאַבֵּל *luxit*.

Ben. sing. m. מִתְאַבֵּל *lugens*. Femin. ex forma ת præcedente duplici (ֶ), מִתְאַבֶּלֶת *lugens*. Plur. m. מִתְאַבְּלִים *lugentes*.

Imper. 2. p. s. f. הִתְאַבְּלִי *luge*.

Fut. 3. p. s. m. ex forma (ֵ) mutati in (ָ) ob pausam, יִתְאַבָּל *lugebit*. Cum præf. & in forma comm. וַיִּתְאַבֵּל *& luxit*. 1. p. s. c. cum præf. & ה parag. וָאֶתְאַבְּלָה *& luxi*. 3. p. m. cum præfix. וַיִּתְאַבְּלוּ, & ex forma (ֵ) conversi in (ָ) ob accentum pausantem, וַיִּתְאַבָּלוּ *& luxerunt*. 2. p. plur. m. תִּתְאַבְּלוּ *lugebitis*.

אֲבָל adv. Lxx. ἀλλά, ἀλλ' ἢ *sed*, ϰ μάλα *& valde*, ναὶ ἰδοὺ *ita ecce*, ναίον contracte pro ναὶ ὄν, *ita sic est*, *certe*, *profecto*, πλὴν *verum*, *verumtamen*, *præterquam*, Aq. μάλιστα

maxime. Alius, ὄντως *vere, revera.* R. אָבַל *luxit*, ob literarum similitudinem.

אָבֵל m. Lxx. & alius πενθῶν, Vulg. & alii, *lugens.* Lxx. item, λυπούμενος *tristis.* Const. אֲבֵל, & anomalos אֲבַל, unde cum præf. & mutato (-) in (-) ob Maqqaph, כַּאֲבֶל־ *sicut lugens*, Psal. 34. Heb. 35. v. 14. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 93. c. 1. in fine. Plur. masc. אֲבֵלִים *lugentes.* Const. cum præfix. לַאֲבֵלָיו *lugentibus*, servato (-) præter analogiam, vide Gram. Heb. ibid. Cum præfix. & affix. וְלַאֲבֵלָיו *& lugentibus ejus*, m. Plur. fem. אֲבֵלוֹת *lugentes.* R. אָבַל *luxit.*

אָבֵל Mass. *Avél*, Vulg. *Abél*, nomen proprium loci aut civitatis in Tribu Gad, teste Adrichomio, Jud. 7. v. 22. c. 11. v. 33. 1. Reg. 6. v. 18. &c. Etym. *lugens*; ab אָבַל *luxit.* Nota secundum Lxx. Paraph. Chald. & R. Salomonem, 1. Reg. 6. v. 18. אָבֵל positum esse pro אֶבֶן *lapis*, ut liquet ex v. 15. Sym. tamen legebat ut textus Hebræus hodiernus; scripsit enim Ἀβὲλ.

אָבֵל הַשִּׁטִּים Mass. *Avél haschschittím*, Vulg. *Abél satím*, nomen proprium loci, Num. 33. v. 49. non procul à Jordane, in deserto, ad meridiem Moabitarum, ubi etiam fuit 42ª. mansio Israëlitarum. Etym. *luctus cedrorum*; ab אֵבֶל *luctus*, & שִׁטָּה *cedrus*, aut ejus species.

אָבֵל מְחוֹלָה Mass. *Avél mehholá*, Vulg. *Abel mehula*, nomen proprium civitatis in dimidia Tribu Manasse cis Jordanem, Jud. 7. v. 22. al. 23. Etym. *luctus infirmitatis* aut *chori*; ex אֵבֶל *luctus*, & חוּל *dolere, infirmum esse*; aut מָחוֹל *chorus.*

אָבֵל מַיִם Mass. *Avél máiim*, Vulg. *Abél máim*, nomen proprium civitatis in Tribu Nephthali, quam rex Asa per Benadad regem Syriæ expugnavit, 2. Paral. 16. v. 4. Etym. *luctus aquarum*; ex אֵבֶל *luctus*, & מַיִם *aquæ.*

אֵבֶל m. Lxx. πένθος, Vulg. & alii, *luctus, planctus.* Lxx. item adjective, πενθικὸς *lugubris.* Cum præfix. וְאֵבֶל *& luctus*, כְּאֵבֶל *sicut luctus*, לְאֵבֶל *in luctum*, וּמֵאֵבֶל *& à luctu.* Cum affix. אֶבְלֵךְ *luctus tuus*, f. אֶבְלָם *luctus eorum.* R. אָבַל *luxit.*

אֻבָל *fluvius*, vide אוּבָל.

אֶבֶן, Heb. & Chald. & in pausa אָבֶן, f. Lxx. Aq. Sym. Theod. λίθος, Vulg. & alii, *lapis*, στάθμιον *pondus, massa, perpendiculum.* Lxx. item, λιθινος *lapideus*, ὄγκος, 2. Reg. 14. v. 26. *siclus* (regius videlicet, h. e. *pondus regium*, sive, ut reddit Vulg. *publicum*), μισθὸς *merces*, χάλιξ *silex.* Sym. item, θεμέλιον *fundamentum.* Cum præfix. הָאֶבֶן *lapis*, וְאֶבֶן, הָאֶבֶן, וְאֶבֶן, in pausa וְאָבֶן, & Chaldaice in forma emphatica, וְאַבְנָא, *& lapis*, בְּאֶבֶן, & in pausa בָּאָבֶן, *cum lapide*, וּבְאֶבֶן, וּבָאֶבֶן, *& in lapide*, כְּאֶבֶן, כָּאֶבֶן, & in pausa כְּאָבֶן, *sicut lapis*, לְאֶבֶן, in pausa לְאָבֶן, *in lapidem*, וְלָאֶבֶן *& in lapidem*, מֵאֶבֶן *à lapide.* Cum affix. אַבְנוֹ *lapis ejus*, m. Plur. absol. אֲבָנִים *lapides.* Cum præfix. הָאֲבָנִים *lapides*, וַאֲבָנִים, & הָאֲבָנִים, *& lapides*, בָּאֲבָנִים *cum lapidibus*, וּבָאֲבָנִים *& cum lapidibus*, כָּאֲבָנִים *sicut lapides*, לָאֲבָנִים *lapidibus.* Const. אַבְנֵי *lapides.* Cum præfix. וְאַבְנֵי *& lapides*, בְּאַבְנֵי *cum lapidibus*, לְאַבְנֵי *lapidibus*, וּלְאַבְנֵי *& lapidibus*, מֵאַבְנֵי *de lapidibus.* Cum præfix. & affix. אֲבָנָיו *lapides ejus*, m. אֲבָנֶיהָ *lapides ejus*, f. אֲבָנַיִךְ *lapides tui*, m. וַאֲבָנֶיךָ *& lapides tui*, m. אַבְנֵיהֶם *lapides eorum.* Quidam hanc vocem deducunt ex בָּנָה *ædificavit*; proindeque א ut heemanticum, seu formativum, accipiunt. Alii ex ea radicem constituunt. Alii denique eam referunt ad Rad. inusit. אָבַן.

אֶבֶן בֹּהַן Mass. *E'ven bóhan*, Jos. 15. v. 6. c. 18. v. 17. nomen proprium loci in finibus Tribus Juda & Benjamin, quem locum Vulg. Jos. 18. v. 17. appellat *Aben boén*; at c. 15. v. 6 *lapidem Boen.* Etym. *lapis pollicis*; ex אֶבֶן *lapis*, & בֹּהֶן *pollex.*

אֶבֶן הָעֵזֶר Mass. *E'ven haézer*, 1. Reg. 7. v. 12. nomen proprium loci inter Masphath & Sen, ad septentrionalem plagam Tribus Dan, in finibus Tribuum Juda & Benjamin. Etym. *lapis adjutorii*; ex אֶבֶן *lapis*, & עֵזֶר, unde in pausa עָזֶר, *adjutorium.* Lxx. Ἀβενέζερ, λίθος τοῦ βοηθοῦ, *Abenézer, lapis adjutoris*, postrema verba, *lapis adjutoris*, videntur esse interpretatio, quæ è margine in textum irrepsit. Vulg. appellative accepit: *lapis adjutorii.*

אבנרים

Digitized by Google

אֲבָנָה Maff. *Avaná*, Vulg. *Abaná*, nomen proprium fluvii Damafci, 4. Reg. 5. v. 12. Etym. *lapideus*, ex אֶבֶן *lapis*.

אַבְנֵט m. Lxx. Sym. Theod. ζώνη, Aq. διαζώνη, Vulg. & alii, *balteus*, *zona*, *cingulum*. Lxx. item, Ifai. 22. v. 21. στέφανος *corona*. Cum præfix. הָאַבְנֵט *balteus*, וְהָאַבְנֵט *& balteus*, בָּאַבְנֵט *cum balteo*, וּבָאַבְנֵט *& cum balteo*. Cum præfix. & affix. וְאַבְנֵטְךָ *& balteus tuus*, m. fervato (-), ut in pl. abfol. אַבְנֵטִים *baltei*, ob (:) præced. Vide Gram. Heb. tom. 1. pag. 60. c. 1. R. אבנט inufit.

אָבְנַיִם ovnáiim, unde cum præfix. & in paufa, הָאָבְנָיִם háovnáiim, dual. m. *fellæ parturientium & figulorum*. Exod. 1. v. 16. *Cum videritis* (mulieres Hebræas) עַל־הָאָבְנָיִם *fuper fellas*, Lxx. πρὸς τῷ τίκτειν, *ad pariendum*, h. e. partui vicinas.... Vulg. *quando tempus partûs advenerit*. Jerem. 18. v. 3. *Et ipfe* (figulus) *faciebat opus* עַל־הָאָבְנָיִם *fuper fellas*, Lxx. ἐπὶ τῶν λίθων *fuper lapides*, fic etiam Arabs. Vulg. & Chald. *fuper rotam*, videntur legiffe עַל־הָאוֹפַנִּים, ab אוֹפָן *rota*. Nomen iftud in forma duali venit, quod fella figulorum (forte etiam olim & parturientium) duplicem habeat circumferentiam; fuperiorem, in qua opus conficitur; & inferiorem, quam pede agitant. R. אֶבֶן *lapis*, quæ videtur fuiffe fellarum illarum materies.

אבס QAL, unde PAOUL fing. m. אָבוּס, vide fupra col. 8.

אֲבַעְבֻּעֹת f. plur. Lxx. Aq. Sym. & alius, φλυκτίδες, Vulg. & alii, *veficæ*, *bullæ*, *puftulæ*. R. בָּעָה *bullas excitavit*.

אֶבֶץ Maff. *E'vets*, Vulg. *Abes*, nom. proprium civitatis in Tribu Iffachar, Jof. 19. v. 20. Etym. *ovum*, vel *cœnofus*, vel *lineus*; ex בֵּיצָה *ovum*, aut בֹּץ *cœnum*, aut בּוּץ *linum*, *byffus*.

אִבְצָן Maff. *Ivtsán*, Vulg. *Abefán*, nomen proprium Judicis Ifraël, de Bethlehem, Jud. 12. v. 8. Etym. *pater fonti*; ex אָב, & צִנָּה *clypeus*, *fcutum*.

אבק QAL, unde NIPHAL, נֶאֱבַק, ex quo INFIN. cum præfix. & affix.

בְּהֵאָבְקוֹ, Gen. 32. v. 26. Lxx. ἐν τῷ παλαίειν αὐτὸν *cum luctaretur ipfe*. Vulg. *& ftatim emarcuit*, confequens, ut ipfi videbatur, pro Hebræo expreffit.

FUT. 3. p. f. m. cum præfix. וַיֵּאָבֵק, Gen. 32. v. 25. Lxx. καὶ ἐπάλαιεν, Vulg. *& luctabatur*. Aq. Sym. καὶ ἐκυλίετο *& volvebatur*, *volutabatur*. Alius, καὶ ἐκονίζετο *& volvebatur in pulvere*.

אָבָק m. Lxx. κονιορτὸς, Theod. χοῦς, Vulg. & alii, *pulvis*, proprie tenuiffimus, qui à luctatoribus excitatur. Conft. אֲבַק *pulvis*. Cum præfix. כָּאָבָק & כְּאָבָק, *ficut pulvis*, לְאָבָק *in pulverem*. Cum affix. אֲבָקָם *pulvis eorum*. R. אָבַק in Niphal *luctari*; & confequenter *pulverem excitare*.

אֲבָקָה f. unde conft. אַבְקַת, Lxx. κονιορτὸς, Vulg. & alii, *pulvis*. R. אָבַק, vide vocem præcedentem.

אבר QAL, unde HIPHIL הֶאֱבִיר, ex quo 3. p. f. m. FUTURI יַאֲבֶר־, Job. 39. v. 26. cum (..) in fine pro (-) ob fequens Maqqaph, vide Gram. Hebraïc. tom. 1. p. 161. fin. tom. 2. p. 320. §. I. Lxx. ἕστηκε *ftat*, Vulg. *plumefcit*, alii, *volat*, nempe volatu forti ac robufto, fecundum eos, qui verbum iftud ex אַבִּיר, quod vide fupra col. 12. derivant.

אֵבֶר m. Lxx. Sym. πτέρυξ, Vulg. & alii, *penna*, *ala*. Lxx. item, Ezech. 17. v. 3. ἔκτασις *extenfio*, alarum videlicet, aut membrorum. Aq. ibid. μετάφρενον *tergum*, dorfi pars, cui renes adjacent. Cum præfix. הָאֵבֶר *penna*, *ala*. R. אָבַר in hiph. *volavit*.

אֶבְרָה f. Lxx. μετάφρενον *dorfum*, vide vocem præcedentem. Sym. μέλος *membrum*, Vulg. Deut. 32. v. 11. *humerus*. Alibi, *penna*, *ala*. Sic etiam ubique alii. Cum affix. אֶבְרָתוֹ *ala ejus*, m. Cum præfix. & affix. בְּאֶבְרָתוֹ *cum*, vel *in ala ejus*, m. Plur. cum præfix. & affix. וְאֶבְרוֹתֶיהָ *& pennæ ejus*, f. R. אָבַר in hiph. *volavit*.

אַבְרָהָם Maff. *Avrahám*, Vulg. *Abrahám*, nomen proprium filii Thare, Gen. 17. v. 5. Etym. *pater multitudinis*; ex אָב *pater*, & הָמוֹן *multitudo*.

אַבְרָם Maff. *Avrám*, Vulg. *Abrám*, nomen proprium & prius Abrahami,

Gen. 11. v. 31. Etym. *pater excelsus*; ex אָב *pater*, & רָם *excelsus*.

אַבְשַׁי Mass. *Avschái*, Vulg. *Abisái*, vide supra col. 13. אֲבִישַׁי.

אַבְשָׁלוֹם Mass. *Avschalóm*, Vulg. *Absalóm*, nom. proprium filii Davidis ex Maacha, 2. Reg. 3. v. 3. 1. Paral. 3. v. 2. Etym. *pater pacis*, aut *retributionis*; ex אָב *pater*, & שָׁלוֹם *pax*, aut שָׁלֵם in Piël, *retribuit*.

אֹבֹת Mass. *Ovóth*, Vulg. *Obóth*, nomen proprium loci, in quo castra metati sunt Israëlitæ, estque 36ª. eorum mansio, Num. 21. v. 10. c. 33. v. 44. Etym. *Pythones*, vel *utres*, aut *patres*; ex אוֹב vel אֹב *Pytho, uter*; aut אָב *pater*, & in plur. אָבוֹת *patres*.

אָגֵא Mass. *Aghé*, Vulg. *Agé*, nomen proprium patris *Samma*, 2. Reg. 23. v. 11. Etym. *vallis*, *profunditas*; ex גֵּיא const. *vallis*, *profunditas*.

אֲגַג Mass. *Aghágh*, Vulg. *Agág*, nomen proprium regis Amalec, 1. Reg. 15. v. 9. Etym. *tectum*, vel *solarium*; ex גָּג *tectum*, *solarium*.

אֲגָגִי, unde cum præfix. הָאֲגָגִי Mass. *Háagbaghí*, Vulg. de *stirpe Agág*, nomen commune posteris Agag, Esth. 3. v. 1. Etym. eadem ac nominis præcedentis.

אֲגֻדָּה f. unde const. אֲגֻדַּת, Lxx. Aq. Sym. Theod. δεσμὸν, Vulg. & alii, *fasciculus*. Lxx. item, ἐπαγγελία *annuntiatio*, συνάντησις *occursus*, *concursus*; referebant ad נֶגֶד *coram*, & הִגִּיד *nuntiavit*, *annuntiavit*. σφαγαλία *nodus tortuolus*, Sym. item, σύστρεμμα *cuneus*, *agmen*, sic etiam Vulg. 2. Reg. 2. v. 25. Alius, συναγωγὴ *cœtus*, *synagoga*. Cum præfix. לַאֲגֻדָּה *agmini*. Cum præfix. & affix. וַאֲגֻדָּתוֹ & *agmen ejus*, m. Plur. אֲגֻדּוֹת *fasciculi*, *fasces*. R. אָגַד Rabbinis, *collegit*, *ligavit*.

אֱגוֹז m. Cant. 6. v. 10. al. 11. Lxx. καρύα, Vulg. & alii, *nuces*. R. אָגַז inusit. Quidam *putationem*, *excisionem*, *collucationem*, interpretantur, à גָּזַז *resecuit*, *putavit*, *totondit*, *collucavit*.

אָגוּר Mass. *Aghóur*, Prov. 30. v. 1. Nomen proprium, aut potius ænigmaticum, Salomonis, qui sic vocatur, quod multas sententias collegerit, ab אָגַר *collegit*, *congregavit*. Idem dicitur קֹהֶלֶת, eadem de causa. Vulg. appellative reddidit: *Verba congregantis*, &c.

אֲגוֹרָה f. unde const. cum præfix. לַאֲגוֹרַת, 1. Reg. 2. v. 36. Complur. ἐν ὀβολῷ, *in*, vel *cum obolo*; non recte omnino; nam אֲגוֹרָה, idem est ac גֵּרָה, quæ erat pars 20ª. sicli, Exod. 30. v. 13. Levit. 27. v. 25. Ezech. 45. v. 12. proindeque drachmæ Atticæ pars quinta; siclus enim ex 4. drachmis Atticis constabat. Obolus autem sextam, non quintam partem drachmæ Atticæ constituebat. Vide Gram. Heb. tom. 2. p. 514. c. 1. ubi nummi hujus pretium ex moneta nostra æstimatur. Vulg. *nummum* in genere interpretatur. Aquila συλλογὴν *collectionem* transtulit, ab אָגַר *collegit*. Sym. ἵνα μισθαρνῇ *ut quæstum faciat argentei*, h. e. ut colligat, accipiat argenteum; ab eadem radice. Melius autem אֲגוֹרָה & גֵּרָה deducuntur ex גָּרַר *secuit*, *dissecuit*; quod sint segmentum sicli, cujus partem vigesimam, ut diximus, constituebant.

אֶגֶל, aut potius אֵגֶל, m. unde plur. const. אֶגְלֵי, Job. 38. v. 28. Lxx. & ms. Alex. βώλους *glebæ*, Vulg. Chald. Syr. Arabs, & communiter Hebræi cum aliis, *stillæ*, *guttæ*. R. אָגַל inusit. Quidam radicem statuunt גָּלַל *volvit*, *convolvit*; quod guttæ roris, de quibus hîc agitur, rotundæ sint, & quasi in orbem convolutæ.

אֶגְלַיִם Mass. *Egláim*, Vulg. *Gallim*, nomen proprium civitatis Moabitarum in Tribu Ruben, Isai. 15. v. 8. Etym. *guttæ*, ab אֵגֶל, vide vocem præcedentem.

אֲגַם m. Lxx. ἕλος, λίμνη, Vulg. & alii, *stagnum*, *palus*, σύστημα *congregatio*, aquarum videlicet. Const. אֲגַם *stagnum*. Cum præfix. לַאֲגַם, & in regim. לַאֲגַם *in stagnum*. Plur. absol. cum præfix. הָאֲגַמִּים *stagna*, וַאֲגַמִּים & *stagna*; mutato (ּ) in (־) & daghésch per legem æquivalentiæ, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 59. c. 1. Const. cum præfix. וְאַגְמֵי & *stagna*. Cum affix. אַגְמֵיהֶם *stagna eorum*. R. אָגַם inusit.

אַגְמֹן m. Job. 40. v. 21. & Isai. 58. v. 5. Lxx. κρίκος, Vulg. *circulus*, alii ibidem, *juncus*, *hamus*, aut *restis* ex junco facta. Job. 41.

Digitized by Google

v. 11. Lxx. ἄνθραξ *carbo*, Vulg. *fervens* (olla), alii, *cacabus* aut *ahenum fervens.* Isai 9. v. 14. Lxx. μικρὸς *parvus*, Vulg. *refrænans.* Ibid. c. 19. v. 15. Lxx. Sym. τέλος *finis.* Aq. σπελῶν *perversus*, Vulg. *refrænans*, ut supra. Theod. vocem Hebraïcam ἀγμὼν *retinuit.* Cum præfix. וְאַגְמוֹן *& carbo*, &c. כְּאַגְמֹן *sicut juncus*, &c. R. אגם inusit.

אַגָּן f. Lxx. κρατὴρ, Vulg. & alii, *crater*, *phiala.* Aq. Exod. 24. v. 6. σκύφωμα *patera.* Plur. cum præfix. הָאַגָּנוֹת *crateres*, בָּאַגָּנוֹת *in crateribus*, mutato (-) in (-) & dagh. per legem æquivalentiæ, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 59. c. 1.

אֲגַפִּים m. plur. Lxx. ἀντιλαμβανόμενοι *auxiliatores*, οἱ μετ᾽, οἱ σὺν, *socii.* Lxx. item & Theod. παράταξις *acies.* Alius ὑποστηρίγματα *fulcra*, *sustentacula.* Vulg. & alii, *alæ* (exercitus), *agmina.* Hinc cum affix. אֲגַפָּיו *agmina ejus*, m. אֲגַפֶּיהָ *agmina ejus*, f. אֲגַפֶּיךָ *agmina tua*, m. R. אגף inusit.

PRAET. 3. p. s. m. בָּחַר *elegit*. Cum præf. וּבָחַר *& eliget*. 2. p. s. m. בָּחַרְתָּ & in pausa בָּחָרְתָּ, *elegisti*. Cum præf. וּבָחַרְתָּ *& eliges*. 1. p. s. c. בָּחַרְתִּי & in pausa בָּחָרְתִּי, *elegi*. Cum præfix. וּבָחַרְתִּי *& elegi*. Cum affix. בְּחַרְתִּיךָ *elegi te*, m. 3. p. pl. c. בָּחֲרוּ & in pausa בָּחָרוּ, *elegerunt*. Cum præf. וּבָחֲרוּ *& elegerunt*. 2. p. pl. m. בְּחַרְתֶּם *elegistis*.

BEN. s. m. בֹּחֵר, & cum præf. הַבֹּחֵר, *eligens*.

PAOUL s. m. בָּחוּר *electus*. Plur. const. בְּחוּרֵי *electi*, *selecti*.

INFIN. cum præf. וּבָחוֹר *& eligere*; & reddito tempore infinito per finitum, *& elegi*. Vide Gram. Heb. t. 1. p. 539. can. I. Cum affix. בָּחֳרִי bohhori *eligere me*, c.

IMPER. 2. p. s. m. בְּחַר *elige*. 2. p. pl. m. בַּחֲרוּ *eligite*, dilatato (·) sub ח in (-), unde ב afficitur (-), pro בְּחֲרוּ. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 166. c. 2. 167. c. 1.

FUT. 3. p. s. m. יִבְחַר & in pausa יִבְחָר, *eliget*. Cum præf. וַיִּבְחַר *& elegit*. Cum præf. affix. in pausa, & dagh. in aff. ad compensandum ג epenth. abjectum וַיִּבְחָרֶךָּ *& elegit te*, m. 3. pers. s. f. cum præf. וַתִּבְחַר *& elegit*, *& eligat*. 2. p. s. m. תִּבְחַר *eliges*. Cum præf. וְתִבְחַר *& eliges*, *& eligis*. 1. p. s. c. אֶבְחַר, & cum ה parag. אֶבְחֲרָה, *eligam*. Cum præf. וָאֶבְחַר *& elegi*. Cum aff. אֶבְחָרֵהוּ *eligo*, *elegi illud* (jejunium). 3. p. pl. m. cum præf. וְיִבְחֲרוּ *& eligent*. 1. p. pl. c. cum ה paragogico, נִבְחֲרָה *eligemus*, *eligamus*.

NIPHAL נִבְחַר, unde 3. p. s. m. PRAETERITI cum præf. וְנִבְחַר, Jerem. 8. v. 3. Lxx. ὅτι εἵλοντο (active, ut interdum ea conjugatio significat) *quia elegerunt*, Vulg.

Digitized by Google

& *eligent* ; sensum, non numerum, expresserunt. Aq. αἱρεθήσεται *eligetur*.

Ben. s. m. בָּחוּר, נִבְחָר, Lxx. Aq. Theod. ἐκλεκτός, Vulg. & alii, *electus*. Lxx. item, αἱρετώτερος *optabilior*, *præstantior*, ἀρεστὸς *gratus*, δεδοκιμασμένον, Prov. 8. v. 10. *probatum*, πεπυρωμένον, Prov. 10. v. 20. al. 21. *igne examinatum*, aurum vel argentum. Aut legebant נִבְחָן, à בָּחַן, quod vide supra; vel sensum, non verbum, reddiderunt.

PUAL בֻּחַר, aut compensato daghésch ejecto בֻּחַר, unde 3. p. s. m. Futuri, sine compensatione dagh. ejecti, יְבֻחַר, Eccle. 9. v. 4. *eligetur* ; sed Massorethæ transpositis literis legendum docent יְחֻבַּר *sociabitur*, ab חֻבַּר *sociatus est*, quomodo etiam legisse videntur Lxx. qui vertunt κοινωνεῖ *communicat*. Vulg. *semper vivat*, sensum, non verbum, expressit.

בַּחֲרוּמִי Mass. *Bâhharumi*, Vulg. *Bauramités*, 1. Paral. 11. v. 33. nom. proprium aut potius gentile viri, qui 2. Reg. 23. v. 31. transpositis literis dicitur בַּרְחֻמִי, Mass. *Barhhumi*, Vulg. *Beromi*, h. e. qui oriundus est ex urbe Bahurim in Tribu Benjamin. Etym. *eligens aquas*, aut *eligens quis?* ex בָּחַר *elegit*, & מַיִם *aquæ* ; aut מִי *quis?*

בְּחוּרוֹת *juventus*, vide בְּחוּרוֹת, supra col. 210.

בַּחֻרִים Mass. *Bâhhurim*, Vulg. *Bahurim*, nomen proprium civitatis in Tribu Benjamin, 2. Reg. 3. v. 16. Etym. *electi*, aut *juvenes* ; ex בָּחַר *elegit*, &c. Vel *in foraminibus*, aut *libertatibus* ; ex בְּ *in*, & חֹרִים *foramina*, *libertates*, *liberi*.

בְּחוּרִים m. plur. *juventus*, *adolescentia*. Hinc cum præf. & affix. מִבְּחֻרָיו, Num. 11. v. 28. *à juventute ejus*, m. Lxx. Vatic. ms. Oxon. & Sarravii ἐκλεκτὸς *electus*, prætermisso affixo. Ms. Alexand. Ald. & Complut. ἐκλεκτὸς αὐτοῦ, *electus ejus*, m. Vulg. *electus è pluribus*. Hi omnes מ ut heemanticum, non ut præpositionem, acceperunt, legeruntque מִבְּחָרָיו, à מִבְחָר *electio*, &, posito concreto pro abstracto, *electus*. Rad. בָּחַר *elegit* ; unde בָּחוּר *electus*, & *juvenis*.

בָּטָא QAL, unde Ben. s. m. mutato א in ה, & (ָ) in (ֶ) ex forma quiesc. Lám. ה, בֹּטֶה, Prov. 12. v. 18. Lxx. λέγοντες *dicens*. Alii, *temere pronuntians*, *effutiens*. Vulg. *qui promittit*. Theod. πεποιθὼς *confidens* ; legebat בּוֹטֵחַ, à בָּטַח, de quo mox infra. Sunt qui radicem בָּטָה fingant.

PIEL בִּטֵּא, Lxx. διαστέλλω, Vulg. & alii, *distinguo*, *distincte pronuntio*.

Infin. cum præf. לְבַטֵּא *distincte pronuntiando*.

Fut. 3. p. s. m. יְבַטֵּא *distincte pronuntiat*. Cum præf. וִיבַטֵּא & *distincte pronuntiaverit*.

בָּטַח QAL. Lxx. Aq. Sym. Theod. πέποιθα, Sym. item, θαρρέω, Lxx. item, πείθω(?), πεποιθώς εἰμι, Vulg. & alii, *confido*, *fiduciam habeo*, *confidens sum*. Aq. item, ἀμεριμνῶ *sine sollicitudine sum*. Lxx. item, ἐλπίζω, ἐπελπίζω, ἔχω τὴν ἐλπίδα, *spero*, *spem habeo*. Construitur cum בְּ, אֶל & עַל.

Praet. 3. p. s. m. בָּטַח & in pausa בָּטָח, *confidit*. 3. p. s. f. in pausa, בָּטָחָה *confidit*. 2. p. s. m. בָּטַחְתָּ & in pausa בָּטָחְתָּ, *confisus es*, *confidis*. 1. p. s. c. בָּטַחְתִּי & in pausa בָּטָחְתִּי, *confido*. 3. p. pl. c. בָּטְחוּ *confisi sunt*. 1. p. pl. c. in pausa, בָּטָחְנוּ *confidimus*.

Ben. s. m. בּוֹטֵחַ & בֹּטֵחַ, *confidens*. Cum præf. הַבּוֹטֵחַ idem, וּבֹטֵחַ, וּבוֹטֵחַ, & הַבֹּטֵחַ, & *confidens*. Fem. cum præf. הַבּוֹטַחַת *confidens*. Plur. masc. absol. בֹּטְחִים, בּוֹטְחִים, & cum præf. הַבֹּטְחִים הַבּוֹטְחִים &, *confidentes*, וּבֹטְחִים וְהַבֹּטְחִים & *confidentes*. Plur. fem. בֹּטְחוֹת *confidentes*.

Paoul s. m. בָּטוּחַ *confisus*, *fretus*.

Infin. cum præf. מִבְּטֹחַ *præ*, *quam*, *confidere*. Cum affix. ex forma (ַ), בִּטְחֲךָ *confidere te*, f.

Imper. 2. p. s. m. בְּטַח *confide*. Cum præf. וּבְטַח & *confide*. 2. p. plur. m. בִּטְחוּ *confidite*. Cum præf. וּבִטְחוּ & *confidite*.

Fut. 3. p. s. m. יִבְטַח & in pausa יִבְטָח, *confidet*. Cum præf. וַיִּבְטַח & *confidebat*. 2. p. s. m. cum præfix. הֲתִבְטַח *num confides?* וַתִּבְטַח & *confisus es*. 2. p. s. f. cum præfix. וַתִּבְטְחִי & *confisa es*. 1. pers. s. c. אֶבְטַח & in pausa אֶבְטָח, *confidam*. 3. p. plur. m. cum præf. וְיִבְטְחוּ & *confident*, וַיִּבְטְחוּ & *confisi sunt*. 2. p. pl. m. תִּבְטְחוּ & in pausa תִּבְטָחוּ,

Digitized by Google

confidatis. Cum præf. וְתִבְטְחוּ *& confidetis, & confiditis.*

HIPHIL הִבְטִיחַ vel הִבְטַח, Lxx. πεποιθέναι ποιέω, Vulg. & alii, *confidere facio, fiduciam ingero,* ἐπελπίζω *sperare facio,* λέγω *dico.* Alii item, *promitto.*

PRAET. 2. p. f. m. הִבְטַחְתָּ *confidere fecisti.*

BEN. f. m. cum affix. מַבְטִיחִי *confidere me faciens.*

FUT. 3. p. f. m. יַבְטַח *confidere faciat.* Cum præf. וַיַּבְטַח *& confidere fecit.*

בֶּטַח m. Lxx. Aq. Sym. Theod. ἐλπίς, *spes.* Aq. Sym. Theod. item, πεποίθησις *fiducia, confidentia.* Sym. item, ἀσφάλεια *securitas,* ἠρεμία *tranquillitas.* Lxx. item, ἀνάψυξις *refocillatio,* ἀσφάλεια *securitas,* εἰρήνη *pax.* Et adverbialiter, nimirum subintellecta præpositione לְ, *secure, confidenter.* Cum præf. וּבֶטַח *& securitas,* לָבֶטַח, Lxx. ἀσφαλῶς *secure,* Aq. πεποιθότως, Vulg. *confidenter,* Sym. ἀμερίμνως *secure, sine sollicitudine.* R. בָּטַח *speravit, confisus est.*

בֶּטַח Maff. *Betá*, Vulg. *Béte*, nomen propr. civitatis regis Adarezer, 2. Reg. 8. v. 8. videturque fuisse ad aquilonem terræ sanctæ posita. Etym. *spes, fiducia, confidentia;* vide vocem præced. Vel *in linitione;* ex בְּ *in,* & טַח *linivit.*

בַּטֻּחוֹת f. unde plur. cum præf. וּבַטֻּחוֹת, Job. 12. v. 6. *& confidentiæ, & securitates.* Lxx. Verbaliter, πεποιθέτω *confidat.* Vulg. adverbialiter, *audacter.* R. בָּטַח *confisus est.*

בִּטְחָה f. unde cum præf. וּבְבִטְחָה, Isai. 30. v. 15. Vulg. *& in spe.* Alii, *& in fiducia.* Lxx. Verbaliter, ἐπεποίθεις *confisus eras.* R. בָּטַח *speravit, confisus est.*

בִּטָּחוֹן m. Lxx. ἐλπίς, πεποίθησις, Vulg. & alii, *spes, fiducia.* Cum præf. הַבִּטָּחוֹן *fiducia.* R. בָּטַח *confisus est.*

בָּטֵל QAL, unde 3. p. pl. c. PRAETERITI cum præf. וּבָטְלוּ, Eccle. 12. v. 3. Lxx. καὶ ἤργησαν, Sym. καὶ ἀργήσουσι, Vulg. *& otiosæ erunt.* Alii, *& cessabunt* (molentes).

בְּטֵל Chald. PEAL Lxx. ἀργέω, Vulg. & alii, *otior, cesso, intermittor, interrumpor, impedior,*

PRAET. 3. p. f. f. ex forma (-) בְּטֵלַת *cessavit.* Vide Gram. Chald. t. 2. p. 586. c. 1.

BEN. f. f. בָּטְלָא *intermissum, impeditum mansit* (opus). Vide Gram. Chald. t. 2. p. 586. c. 2.

PAEL בַּטֵּל, Lxx. καταργέω *dissipo, cessare facio, impedio, prohibeo.*

PRAET. 3. p. pl. m. ex forma hhiriq, בַּטִּלוּ *impedirerunt.* Cum præf. וּבַטִּלוּ *& impedirerunt.*

INFIN. cum præf. לְבַטָּלָא *ad impediendum.*

בֶּטֶן & in pausa בָּטֶן, f. Lxx. Aq. Sym. γαστήρ, Lxx. item, κοιλία, Vulg. & alii, *venter, uterus.* Lxx. item, καρδία *cor,* σπλάγχνα *viscera,* τὰ ὑπάρχοντα *opes, substantia,* נֶפֶשׁ *anima,* ὠδίν *dolor parturientis,* ἐπίθεμα *quod superimponitur, projectura, eminentia,* οἰκία *domus,* Job. 20. v. 15. sed in sensu metaphorico. In phrasi, פְּרִי בֶטֶן *fructus ventris,* Lxx. τέκνον *filius.* Cum præf. הַבֶּטֶן & in pausa הַבָּטֶן, *venter,* וּבֶטֶן *& venter,* בַּבֶּטֶן & בַּבָּטֶן, *in ventre, in utero,* מִבֶּטֶן *ab utero,* וּמִבֶּטֶן *& ab utero.* Cum præf. & affix. בִּטְנוֹ *venter ejus,* m. בְּבִטְנוֹ *in ventre, in ventrem ejus,* m. מִבִּטְנוֹ *ex ventre ejus,* m. בִּטְנָהּ *venter ejus,* f. בְּבִטְנָהּ *in utero ejus,* f. בִּטְנְךָ *venter tuus,* m. בְּבִטְנֶךָ in pausa, *in ventre tuo,* m. בִּטְנֵךְ *venter tuus,* f. בְּבִטְנֵךְ *in utero tuo,* f. בִּטְנִי *venter meus,* c. וּבִטְנִי *& venter meus,* c. בִּטְנָם *venter eorum,* וּבִטְנָם *& venter eorum,* בִּטְנֵנוּ *venter noster,* c. Rad. בֶּטֶן inusit.

בֶּטֶן Maff. & Vulg. *Béten*, nomen proprium civitatis in Tribu Aser, Jos. 19. v. 25. Etym. *venter, uterus.* Vide vocem præced.

בָּטְנִים botnim, m. plur. Gen. 43. v. 11. Lxx. τερέβινθος, Vulg. *terebinthus;* ea nimirum, quæ fert *pistacia*, quæque soli Judææ & Syriæ peculiaris est, teste Dioscor. l. 1. Athen. l. 14. Plin. l. 13. c. 5. Vide Bochart. Phal. l. 1. c. 10. p. 419. Alii, *nuces avellanas* interpretantur, quæ sic dictæ sunt, quod instar ventris oblongæ sint & protuberantes.

בְּטֹנִים Maff. & Vulg. *Betonim*, Jos. 13. v. 25. al. 26. nomen proprium civitatis in Tribu Gad, cujus etym. *ventres,* vel *terebinthi.* Vide duas voces præced.

בִּי particula blandientis & obsecrantis; unde Lxx. δέομαι *precor, obsecro,* δεόμεθα *pre-*

Digitized by Google

camur, obsecramus. Alii, *ô! ah!* Quibusdam vox illa componitur ex בּ *in, ad,* & affix. 1. p. f. c. q. d. *attende ad me;* quæ phrasis integra legitur Job. 23. v. 6. שִׂים בִּי *pone, appone* (animum, vel cor) *ad me.*

בֵּין Heb. & Chald. præpositio simul & nomen substantivum. Quatenus præpositio, redditur à Lxx. Aq. Sym. Theod. ἀνὰ μέσον, vel unica voce, ἀναμέσον, ab Aq. Sym. item, μεταξὺ, ἀναμεταξὺ, à Vulg. & aliis, *inter.* Cum præf. וּבֵין *& inter,* בְּבֵין *in inter,* h. e. *inter,* מִבֵּינוֹת ex termin. pl. f. *de inter, inter.* Cum præf. & aff. modo forma בֵּין retinetur, modo usurpatur terminatio nominum pluralium masc. בֵּינִים, aut femininorum בֵּינוֹת; unde בֵּינוֹ *inter eum,* וּבֵינְךָ, in pausa וּבֵינֶךָ, & in forma pl. m. וּבֵינֶיךָ *& inter te,* m. וּבֵינֵךְ *& inter te,* f. בֵּינִי *inter me,* c. בֵּינֵיהֶם & בֵּינָם, *inter eos,* בֵּינֵיהֶן Heb. & Chald. *inter eas,* vel *ea,* וּבֵינֵיכֶם *& inter vos,* m. בֵּינֵנוּ, בֵּינֵינוּ, & בֵּינוֹתֵינוּ, *inter nos,* c.

Dual. בֵּינַיִם, unde cum præf. אִישׁ הַבֵּנַיִם, 1. Reg. 17. v. 4. *vir medietatum,* quo nomine vocatur Goliath, qui inter duas acies clamans postulabat virum quocum singulari prælio decertaret. Lxx. ἀνὴρ δυνατὸς *vir potens.* Vulg. *spurius,* q. d. inter duos patres conceptus.

Plur. fem. בֵּינוֹת, unde cum alia præpos. אֶל־בֵּינוֹת *ad inter,* h. e. *inter, intra.*

בִּינָה f. Lxx. Aq. Sym. σύνεσις, Vulg. & alii, *intelligentia.* Sym. item, φρόνησις *prudentia,* ἔννοια *cogitatio.* Lxx. item, διάνοια ἀγαθὴ *mens, cogitatio bona,* ἐπιστήμη *scientia,* σοφία *sapientia.* Cum præf. וּבִינָה *& intelligentia,* לְבִינָה *intelligentiam,* בְּבִינָה *intelligentia.* Const. בִּינַת *intelligentia.* Cum præf. וּבִינַת *& intelligentia.* Cum præf. & aff. בִּינָתְךָ *intelligentia tua,* m. מִבִּינָתְךָ *ex intelligentia tua,* m. הֲמִבִּינָתְךָ *num ex intelligentia tua?* m. מִבִּינָתִי *ex intelligentia mea,* c. וּבִינַתְכֶם *& intelligentia vestra,* m. Plur. בִּינוֹת *intelligentiæ.* Rad. בִּין *intelligere.*

בֵּיצִים f. plur. ex terminatione masculina, Lxx. Aq. Sym. Theod. ᾠὰ, Vulg. & alii, *ova.* Sym. item, τέκνα *filii,* Job. 39. v. 14. Cum præfix. הַבֵּיצִים *ova.* Const. בֵּיצֵי idem.

Cum affix. בֵּיצֶיהָ *ova ejus,* f. Cum præf. & affix. מִבֵּיצֵיהֶם *ex ovis eorum.* Retinetur ubique (-) penult. ob (י) seq. R. בִּיץ inusit.

בַּיִר m. Jerem. 6. v. 7. ubi scribitur בּוֹר, sed Massorethæ legendum docent בַּיִר, Lxx. λάκκος, Vulg. *cisterna.* Alii, *puteus,* ita ut idem sit ac בְּאֵר, quod vide supra col. 180. aut בּוֹר, quod vide col. 204. R. בִּיר inusit.

בִּירָה f. Lxx. βάρις *arx, turris, palatium, regia, castrum, munitio,* οἶκος *domus,* οἰκοδομὴ *ædificium,* πόλις *urbs.* Vulg. item, *habitatio.* Eo nomine dicebatur etiam Templum cum ejus ambitu & ædificiis ipsi cohærentibus. R. בִּיר inusit.

בִּירָנִיּוֹת f. pl. à sing. inusit. בִּירָנִיָּה, Lxx. οἰκήσεις *habitationes.* Vulg. 2. Paral. 17. v. 14. *domus instar turrium.* Alius ibid. c. 27. v. 4. βάρεις *turres, palatia, arces.* Vulg. ibid. *castella.* R. בִּיר inusit.

בִּירְתָא f. Chald. unde cum præfix. בְּבִירְתָא, Esd. 6. v. 2. Lxx. ἐν βάρει, Vulg. *in castro.* Alii, *in palatio, in regia,* &c. R. בִּיר inusit.

בִּית Chald. unde 3. p. s. m. PRAET. PEAL cum præfix. וּבָת, Dan. 6. v. 18. al. 19. Theod. καὶ ἐκοιμήθη, Vulg. & alii, *& dormivit, & cubuit.* Alii, *& pernoctavit.*

בַּיִת, in pausa בָּיִת, Chald. בַּיְתָא, & בַּיְתָה, m. Lxx. Aq. Sym. Theod. οἶκος, οἰκία, Vulg. & alii, *domus.* Aq. item, οἴκησις *habitatio, domicilium.* Lxx. item, βασιλικὰ *regia,* δίαιτα *domicilium,* θήκη *theca,* τὸ ἱερὸν *Templum* (Jerosolymitanum), κατοικία *habitatio,* οἰκίσκος *domuncula,* ὀχύρωμα *munitio,* παροικία *commoratio,* πόλις *urbs,* συναγωγὴ *congregatio,* σύνδεσμος *colligatio,* h. e. manipulus hominum, τέκνον, υἱὸς, *filius,* per metonym. contenti pro continente; τοῖχος *paries,* per synecdoch. partis pro toto; τόπος *locus,* & generatim quidquid continet aliud; τὰ ὑπάρχοντα *substantia, opes,* φυλὴ *tribus, familia,* per metonym. contenti pro continente, ut supra. Eadem voce exprimitur etiam *nidus* avium, & aliarum bestiarum mansio; item, *sepulchrum, carcer.*

Cum præf. הַבַּיִת, & in pausa הַבָּיִת, *domus,* וּבַיִת, & Chald. וּבַיְתָה, *& domus,* מִבַּיִת idem, מִבַּיִת ex *domo, intrinsecus.*

Digitized by Google

בבית , בְּבַיִת , & in pausa בְּבָיִת , *in domo* , לְבַיִת , & in pausa לְבָיִת , *domui* , *pro domo* , וְלְבַיִת , in pausa וְלְבָיִת , *& domui* , מִבַּיִת *è domo, intrinsecus.* Cum ה locali, בַּיְתָה , in pausa בָּיְתָה , *intus* , *intrinsecus* , ה aspirato post ( ) quiescens , vide Gram. Heb. tom. 1. p. 32. c. 1. num. 7°. Cum eod. ה & præf. וּבַיְתָה & in pausa הַבָּיְתָה , *in domum* , הַבַּיְתָה in pausa , *& introrsum* , מִבַּיְתָה *intrinsecus.*

Const. בֵּית Heb. & Chald. *domus* ; item, *intrinsecus* , pro בְּבֵית . Cum ה locali , בֵּיתָה *in domum.* Cum præf. וּבֵית Heb. & Chald. *& domus* , בְּבֵית Heb. & Chald. *in domo* , וּבְבֵית *& in domo* , כְּבֵית *sicut domus* , וּכְבֵית *& sicut domus* , לְבֵית Heb. & Chald. *domui* , *ad domum* , וּלְבֵית *& domui* , מִבֵּית *ex domo* , וּמִבֵּית *& ex domo* , וּלְמִבֵּית *& intus.*

Cum affixis , בֵּיתוֹ Heb. בַּיְתֵהּ Chald. *domus ejus*, m. Cum præf. & affix. וּבֵיתוֹ Heb. וּבַיְתֵהּ Chald. *& domus ejus* , m. וּבְבֵיתוֹ *& in domo ejus* , m. לְבֵיתוֹ Heb. לְבַיְתֵהּ Chald. *domui* , *ad domum ejus* , m. וּלְבֵיתוֹ *& ad domum ejus* , m. מִבֵּיתוֹ *ex domo ejus* , m. בֵּיתָהּ *domus ejus* , f. וּבֵיתָהּ *& domus ejus* , f. בְּבֵיתָהּ *in domo ejus* , f. לְבֵיתָהּ *domui ejus* , f. בֵּיתְךָ , & in pausa בֵּיתֶךָ , *domus tua* , m. וּבֵיתְךָ , & in pausa וּבֵיתֶךָ , *& domus tua*, m. בְּבֵיתְךָ , & in pausa בְּבֵיתֶךָ , *in domo tua* , m. לְבֵיתְךָ , in pausa לְבֵיתֶךָ , *ad domum tuam* , m. וּלְבֵיתְךָ in pausa , *& domui tuæ* , m. מִבֵּיתְךָ , in pausa מִבֵּיתֶךָ , *ex domo tua* , m. בֵּיתֵךְ *domus tua* , f. וּבֵיתֵךְ *& domus tua* , f. לְבֵיתֵךְ *domui tuæ* , f. בֵּיתִי *domus mea* , c. וּבֵיתִי *& domus mea* , c. בְּבֵיתִי Heb. & Chald. *in domo mea*, c. וּבְבֵיתִי *& in domo mea* , c. לְבֵיתִי *domui meæ* , c. מִבֵּיתִי *è domo mea* , c. בֵּיתָם *domus eorum* , וּבֵיתְכֶם *& domus vestra* , m.

Plural. absol. בָּתִּים battim *domus* , non bottim , ut postulat lectionis analogia ; quia vox illa excipitur. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 39. c. 1. init. Vero simile est eam venire à sing. inusit. בַּת & à rad. בּית Chaldæis , & forte etiam olim Hebræis , *pernoctare* , *cubare* , &c. vide supra col. 218. Hinc cum dagh. anomalo בָּתִּים , pro בָּתִים . Retinetur autem ubique (ָ) ad compensandum (י) radicale ejectum. Cum præf. וּבָתִּים *& domus* , בְּבָתִּים *in domibus* , לְבָתִּים & לַבָּתִּים *in domos* , *per domos.* Const. בָּתֵּי *domus.* Cum præfix. וּבָתֵּי *& domus* , בְּבָתֵּי *in domibus.*

Cum præf. & affix. בָּתָּיו *domus ejus* , m. בָּתֶּיךָ *domus tuæ* , m. וּבְבָתֶּיךָ *& in domibus tuis* , m. וּמִבָּתֶּיךָ *& ex domibus tuis* , m. בָּתַּיִךְ *domus tuæ* , f. בָּתֵּיהֶם , & cum aff. poëtico , בָּתֵּימוֹ *domus eorum* , וּבָתֵּיהֶם *& domus eorum*, וּבְבָתֵּיהֶם *& in domibus eorum* , מִבָּתֵּיהֶם *ex domibus eorum* , וּבָתֵּיהֶן *& domus earum* , בָּתֵּיכֶם *domus vestræ* , m. וּבָתֵּיכֶם Heb. וּבָתֵּיכוֹן Chald. *& domus vestræ* , m. בְּבָתֵּיכֶם *in domibus vestris* , m. מִבָּתֵּיכֶם *è domibus vestris* , m. בָּתֵּינוּ *domus nostræ* , c. וּבָתֵּינוּ *& domus nostræ* , c. מִבָּתֵּינוּ *ex domibus nostris* , c. Rad. בּית Chald. *pernoctare*, &c. Alii referunt ad בָּנָה *ædificavit*, sed sumta forma à בַּיִת . Alii denique radicem esse volunt.

בֵּית אָוֶן Mass. & Vulg. *Béth áven* , nomen proprium civitatis in Tribu Benjamin , 1. Reg. 13. v. 5. Ose. 4. v. 15. Etym. *domus idoli* , vel *iniquitatis* , vel *doloris* , aut *fortitudinis* ; ex בַּיִת *domus* , & אָוֶן *idolum* , *iniquitas* , *dolor* ; aut אוֹן *fortitudo* , *robur* , &c.

בֵּית אֵל Mass. & Vulg. *Béth él*, nomen proprium civitatis 1°. in Tribu Benjamin , Gen. 12. v. 8. 1. Paral. 7. v. 28. &c. quæ prius vocabatur Luza, Gen. 28. v. 19. Jud. 1. v. 23. 2°. in regno decem Tribuum , 3. Reg. 13. v. 1. 3°. nomen proprium montis in Tribu Benjamin , 1. Reg. 13. v. 2. Etym. *domus Dei* ; ex בַּיִת *domus* , & אֵל *Deus.*

בֵּית בִּרְאִי Mass. *Béth biri* , Vulg. *Bethberai* , nomen proprium civitatis , quam inhabitarunt posteri Simeonis, 1. Paral. 4. v. 31. Etym. *domus creatoris mei* ; ex בַּיִת *domus* , בָּרָא *creavit* , & aff. 1. p. s. c. Vel *domus sanitatis* , *pinguedinis* , aut *electionis meæ* ; ex בַּיִת *domus* , & בָּרָא in Niph. *recreari* , *renovari* , *sanari* ; in Piël *elegit* , in Hiph. *saginavit* , *impinguavit* , & eodem aff. 1. p. s. c.

בֵּית בָּרָה Mass. *Béth bará* , Vulg. *Bethberá* , nomen proprium civitatis à Gedeone expugnatæ , & in dimidia Tribu Manasse cis Jordanem sitæ , Jud. 7. v. 24. Etym. *domus filii ejus* , aut *domus electa* , aut *puritatis* , aut *frumenti ejus* , s. ex בַּיִת *domus* , & בַּר *filius* , aut בָּרָה *elegit* , aut בַּר *purus*

fuit, aut בַּר *frumentum*, & affix. 3. perſ. ſing. fem.

בֵּית גָּדֵר Maſſ. & Vulg. *Béth gadhér* aut *Béthgadér*, nomen proprium urbis aut loci in Tribu Juda, ſecundum quoſdam interpretes, 1. Paral. 2. v. 51. al. 52. Etym. *domus muri*, vel *maceriæ*; ex בַּיִת *domus*, & גָּדֵר *murus*, *maceria*.

בֵּית גָּמוּל Maſſ. & Vulg. *Béth gamúl*, aut *Bethgamúl*, nom. proprium civitatis, vel, ſecundum alios, familiæ, in terra Moab, Jerem. 48. v. 23. Etym. *domus retributionis*, aut *ablactationis*, aut *cameli*; ex בַּיִת *domus*, & גָּמַל *retribuit*, *ablactavit*; aut גָּמָל *camelus*.

בֵּית דָּגוֹן Maſſ. & Vulg. *Beth daghón*, aut *Bethdagón*, nomen proprium civitatis 1°. in Tribu Juda, Joſ. 15. v. 41. 2°. in Tribu Aſer, Joſ. 19. v. 27. Etym. *domus frumenti*, aut *piſcis*; ex בַּיִת *domus*, & דָּגָן *frumentum*; aut דָּג *piſcis*.

בֵּית הַיְשִׁימוֹת Maſſ. *Béth haieſchimóth*, Vulg. *Bethieſimóth*, & *Bethſimóth*, nomen proprium civitatis in campeſtribus Moab, quæ ceſſit filiis Ruben, Joſ. 12. v. 3. c. 13. v. 20. Ezech. 25. v. 9. Etym. *domus deſolationum*, aut *repoſitionum*, aut *nominationum*; ex בַּיִת *domus*, & שָׁמֵם *deſolari*, aut שׂוּם *reponere*, aut שֵׁם *nomen*.

בֵּית הַכֶּרֶם Maſſ. *Béth hakkérem*, Vulg. *Betbachárem*, nomen proprium civitatis in Tribu Juda, Jerem. 6. v. 1. Neh. 3. v. 14. Etym. *domus vineæ*, aut *cognitionis eorum*; ex בַּיִת *domus*, & כֶּרֶם *vinea*; aut נָכַר *agnovit*, *cognovit*, & aff. 3. p. pl. m.

בֵּית הַלַּחְמִי Maſſ. *Béth hallahhmí*, Vulg. *Bethlehemites*, nomen commune incolarum urbis Bethlehem, 1. Reg. 16. v. 1. Etym. Vide infra in בֵּית לֶחֶם, col. 223.

בֵּית הָעֲרָבָה Maſſ. *Béth háaravá*, Vulg. *Béth-Arabá*, nom. propr. civitatis 1°. in Tribu Juda, Joſ. 15. v. 6. 2°. in Tribu Benjamin, ibid. c. 18. v. 22. Etym. *domus planitiei*, aut *ſuavitatis*, aut *fidei-juſſionis*, aut *veſpertina*, aut *ſalicis*; ex בַּיִת *domus*, & עֲרָבָה *campeſtria*, *planicies*; aut עָרַב *ſuave*, *amœnum eſſe*, *ſpondere*, *fide-jubere*, *adveſperaſcere*; aut עֲרָבִים *ſalices*.

בֵּית הָרָם Maſſ. *Béth harám*, Vulg. *Betharán*, nomen proprium civitatis in Tribu Gad, Joſ. 13. v. 27. quæ dicitur בֵּית הָרָן *Béth arán*, Num. 32. v. 36. Etym. *domus celſitudinis*, aut *excelſi*, aut *prægnantis*, aut *montis eorum*; ex בַּיִת *domus*, ה artic. & רָם *excelſus*, aut הָרָה *prægnans*, aut הַר *mons*, & affix. 3. p. pl. m.

בֵּית הָרָן Maſſ. *Béth harán*, Vulg. *Betharán*, Num. 32. v. 36. urbs eadem ac præcedens. Etym. *domus cantantis*; ex בַּיִת *domus*, ה artic. & רָנַן *cantavit*. Aut *domus prægnantis*, vel *montis earum*; ex בַּיִת *domus*, & הָרָה *prægnans*, aut הַר *mons*, & aff. 3. p. pl. f.

בֵּית הַשִּׁטָּה Maſſ. *Béth haſchſchittá*, Vulg. *Bethſettá*, nomen proprium loci in Tribu Manaſſe cis Jordanem, Jud. 7. v. 22. Etym. *domus deviationis*, aut *cedri*; ex בַּיִת *domus*, & שָׂטָה *declinavit*, *deviavit*; aut שִׁטָּה *cedrus*, vel ejus ſpecies lectiſſima.

בֵּית הַשִּׁמְשִׁי Maſſ. *Béth haſchſchimſchí*, Vulg. *Bethſamites*, 1. Reg. 6. v. 14. nomen commune incolarum civitatis בֵּית שֶׁמֶשׁ *Béth ſchémeſch*, aut *Bethſámes*, quam vide infra ſuo loco.

בֵּית חָגְלָה Maſſ. *Béth hhoghlá*, Maſſ. *Bethhaglá*, nomen proprium civitatis 1°. in Tribu Juda, Joſ. 15. v. 6. 2°. in Tribu Benjamin, ibid. c. 18. v. 19. Etym. *domus feſtivitatis ejus*, f. ex בַּיִת *domus*, חַג *feſtum*, *feſtivitas*, & לָהּ *ei*, vel *ejus*, f. Vel *domus revelationis*, aut *revolutionis*; ex בַּיִת *domus*, & גָּלָה *revelavit*, aut גָּלַל *volvit*, *revolvit*.

בֵּית חָנָן Maſſ. & Vulg. *Béth hhanán*, aut *Bethhanán*, nomen proprium civitatis in Tribu Nephthali, 3. Reg. 4. v. 9. Etym. *domus gratiæ*, aut *miſericordiæ*, vel *doni*; ex בַּיִת *domus*, & חָנַן *gratioſe*, *miſericorditer*, *largitus eſt*, *donavit*.

בֵּית חֹרוֹן Maſſ. *Béth hhorón*, Vulg. *Bethhorón*, nom. proprium duarum civitatum, quarum ſuperior in Tribu Ephraim, Joſ. 21. v. 22. inferior in Tribu Benjamin, Joſ. 18. v. 13. Etym. *domus iræ*, vel *libertatis*, vel *foraminis*, vel *albedinis*; ex בַּיִת *domus*, & חָרוֹן *ira*, vel חֹר *libertas*, *foramen*, *albedo*.

בֵּית כָּר Maſſ. *Béth cár*, Vulg. *Bethchár*, nomen proprium loci, aut vici, aut civita-

Digitized by Google

tis in Tribu Dan, circa Bethſames, 1. Reg. 7. v. 11. Etym. *domus agni*, *cognitionis*, aut *fodientis*; ex בַּיִת *domus*, & כַּר *agnus*, aut נָכַר *cognovit*, *agnovit*, aut כָּרָה *fodit*.

בֵּית לְבָאוֹת Maſſ. *Béth levaóth*, Vulg. *Bethlebaóth*, nom. proprium civitatis in Tribu Simeonis, Joſ. 19. v. 6. Etym. *domus leænarum*, aut *cordis*, vel *cordium*, aut *venientium*; ex בית *domus*, & לְבָאוֹת *leænæ*; vel לֵב, aut לְבָא Chald. *cor*; vel artic. לְ & בָּאוֹת *venientes*, f. à בוא *venire*.

בֵּית לֶחֶם Maſſ. *Béth léhhem*, Vulg. *Bethléhem*, nomen propr. civitatis 1°. in Tribu Zabulon, Joſ. 19. v. 15. 2°. in Tribu Juda, quæ & olim dicta Ephrata, Gen. 35. v. 19. Jud. 19. v. 1. &c. Etym. *domus panis*, aut *belli*; ex בית *domus*, & לֶחֶם *panis*, aut לָחַם *pugnare*, *bellare*.

בֵּית מְעוֹן Maſſ. *Béth meón*, Vulg. *Bethmaón*, nom. proprium civitatis in terra Moab, Jerem. 48. v. 23. Etym. *domus habitaculi*, vel *ex peccato*; ex בַּיִת *domus*, & מָעוֹן *habitaculum*; aut ex מ *ex*, & עָוֹן *iniquitas*, *peccatum*.

בֵּית מַעֲכָה Maſſ. & Vulg. *Béth máachá*, aut *Bethmaachá*, nomen proprium civitatis, aliis familiæ, in Tribu Nephthali, 2. Reg. 20. v. 14. Etym. *domus compreſſa*, *contrita*, aut *fixa*; ex בַּיִת *domus*, & מָעַךְ *compreſſit*, *contrivit*, *fixit*.

בֵּית מַרְכָּבוֹת Maſſ. *Béth marcavóth*, Vulg. *Bethmarchabóth*, nomen proprium civitatis in Tribu Simeonis, Joſ. 19. v. 5. 1. Paral. 4. v. 31. Etym. *domus quadrigarum*, aut *amaritudinis exſtincta*; ex בַּיִת *domus*, & מֶרְכָּבָה *currus*, *quadriga*; aut מַר *amaritudo*, & כָּבָה *exſtinxit*.

בֵּית נִמְרָה Maſſ. *Béth nimrá*, Vulg. *Béthnemrá*, nomen proprium civitatis in Tribu Gad, Num. 32. v. 36. Etym. *domus pardi*, aut *rebellionis*, aut *amaritudinis*, aut *commutationis*; ex בַּיִת *domus*, & נָמֵר *pardus*, aut מָרָה *rebellavit*, aut מָרַר *amarum eſſe*, aut מוּר in hiph. *mutare*, *commutare*.

בֵּית עַזְמָוֶת Maſſ. *Béth azmáveth*, Vulg. *Bethazmóth*, nomen proprium vici aut civitatis in Tribu Benjamin, Nehem. 7. v. 28. Etym. *domus fortitudinis mortis*; ex בַּיִת *domus*, עֹז aut עַז *fortitudo*, & מָוֶת *mors*.

בֵּית הָעֵמֶק Maſſ. & Vulg. *Béth haémeq*, aut *Bethémec*, nom. propr. civitatis in Tribu Aſer, Joſ. 19. v. 27. Etym. *domus vallis*, aut *profunditatis*; ex בַּיִת *domus*, & עֵמֶק *vallis*, *profunditas*.

בֵּית עֲנוֹת Maſſ. & Vulg. *Beth anóth*, nomen proprium civitatis in Tribu Juda, Joſ. 15. v. 59. Etym. *domus reſponſionis*, aut *afflictionis*; ex בַּיִת *domus*, & עָנָה *reſpondit*, *afflixit*.

בֵּית עֲנָת Maſſ. & Vulg. *Béth anáth*, aut *Bethanáth*, nomen proprium civitatis in Tribu Nephthali, Joſ. 19. v. 38. Jud. 1. v. 33. Etym. eadem ac nominis præced.

בֵּית פֶּלֶט Maſſ. *Béth pélet*, Vulg. *Bethphálet*, aut *Bethphélet*, nomen proprium civitatis in Tribu Juda, Joſ. 15. v. 27. Nehem. 11. v. 26. Etym. *domus liberationis*; ex בַּיִת *domus*, & פָּלַט in Piél *liberavit*.

בֵּית פְּעוֹר Maſſ. *Béth peór*, Vulg. *Bethphogór*, nomen proprium civitatis in Tribu Ruben, Joſ. 13. v. 20. Etym. *domus aperturæ*, aut *hiatus*; ex בַּיִת *domus*, & פָּעַר *aperuit*, *diſtendit*.

בֵּית פַּצֵּץ Maſſ. *Béth patſſéts*, Vulg. *Bethpheſes*, nomen proprium civitatis in Tribu Iſſachar, Joſ. 19. v. 21. Etym. *domus diſperſionis*, vel *diſſipationis*; ex בַּיִת *domus*, & פּוּץ *diſpergi*, *diſſipari*.

בֵּית צוּר Maſſ. *Béth tſoúr*, Vulg. *Bethſór* & *Beſſúr*, nomen propr. civitatis in montanis Tribus Judæ, Joſ. 15. v. 58. Etym. *domus rupis*, aut *plaſmationis*, aut *obſidionis*, aut *vinculi*; ex בַּיִת *domus*, & צוּר *petra*, *rupes*; & quatenus Verbum, *fingere*, *plaſmare*, *obſidere*, *colligare*.

בֵּית רָפָא Maſſ. & Vulg. *Béth raphá*, aut *Bethraphá*, nomen proprium filii Eſthon, 1. Paral. 4. v. 12. Etym. *domus ſanitatis*, vel *medicinæ*, aut *laxationis*; ex בית *domus*, & רָפָא *ſanari*, *curari*, aut רָפָה *remiſſum eſſe*, *relaxari*.

בֵּית שְׁאָן Maſſ. *Béth ſcheán*, Vulg. *Bethſán*, nomen proprium civitatis dimidiæ Tribus Manaſſe cis Jordanem, in Iſſachar & Aſer, Joſ. 17. v. 11. Jud. 1. v. 27. Etym. domus

Digitized by Google

domus tumultus; aut *opulentiæ*; ex בַּיִת *domus*, & שָׁאוֹן *tumultus*; aut ex שֶׁ *cui*, *cujus*, & אוֹן *opes*, *opulentia*. Ea urbs dicta est postea *Scytopolis*.

בֵּית שֶׁמֶשׁ Maſſ. *Béth ſchémeſch*, Vulg. *Bethſames*, & *Bethſémes*, nom. proprium urbis 1°. in Tribu Iſſachar, Joſ. 19. v. 22. 2°. in Tribu Juda, quæ poſtea facta eſt urbs Levitica & confugii, Joſ. 15. v. 10. c. 21. v. 16. 1. Reg. 6. v. 9. 4. Reg. 14. v. 11. 1. Paral. 6. v. 59. 3°. in Tribu Nephthali, Joſ. 19. v. 38. Judic. 1. v. 33. 4°. in Ægypto, Jerem. 43. v. 13. quæ Græcis dicitur *Heliopolis*, h. e. *civitas ſolis*. Etym. *domus ſolis*, aut ex ſignificatione Chald. *miniſterii*, *ſervitii*; ex בַּיִת *domus*, & שֶׁמֶשׁ *ſol*; aut שַׁמֵּשׁ Chald. in Paël, *miniſtravit*.

בֵּית שָׁן, & in pauſa בֵּית־שָׁן, Maſſ. *Bethſchán*, Vulg. *Bethſán*, 1. Reg. 31. v. 12. 2. Reg. 21. v. 12. nomen proprium urbis, quæ vulgo interpretum eadem eſt ac בֵּית שְׁאָן, de qua ſupra col. 224. Etym. *domus dentis*, vel *eboris*, vel *dormitionis*, vel *mutationis*; ex בַּיִת *domus*, & שֵׁן *dens*, *ebur*; vel יָשֵׁן *dormivit*, aut שָׁנָה *mutatus eſt*.

בֵּית תַּפּוּחַ Maſſ. *Béth tappúahh*, Vulg. *Beththaphúa*, nomen proprium civitatis in Tribu Juda, Joſ. 15. v. 52. al. 53. Etym. *domus mali*, vel *pomi*; ex בַּיִת *domus*, & תַּפּוּחַ *malus*, *malum*, *pomum*; nam vox Hebraïca & arborem, & fructum ejus ſignificat.

בֵּיתָא, & cum ה pro א

בֵּיתָה, Chald. *domus*, vide in בַּיִת, ſupra col. 218.

בִּיתָן m. Eſth. 1. v. 5. c. 7. vv. 7. 8. vacat apud Lxx. Vatic. ſed in edit. Origeniana, quam vulgavit Uſſerius, ſub aſteriſco adjicitur ex Theod. ut videtur, ſed corrupte, nempe *σύμφυτος*, pro *σύμφυτος*, *complantatus*. Unde Vulg. *nemus*, *nemoribus*, *arboribus*, *conſitus* (hortus). Alii, *palatium*, *regia*. Hinc cum præf. הַבִּיתָן *palatium*, *hortus regius*. Conſt. בִּיתַן idem. Rad. בית inuſit. Heb. ſed Chald. *pernoctare*.

בָּכָא m. unde cum præf. הַבָּכָא, Pſal. 83. Heb. 84. v. 7. Lxx. *κλαυθμῶν*, Aq. *κλαυθμός*, S. Hieron. *fletus*, Vulg. Lat. *lacryma*. Sym. verbaliter, *κλαίω fleo*. Hi referebant ad בָּכָה ſequens. Vel idem verbum, aut eandem eſſe radicem arbitrati ſunt. Alii, *morus*. Pl. בְּכָאִים, 2. Reg. 5. v. 23. Lxx. *κλαυθμῶν fletus*, Aq. *ἄπιοι*, Vulg. *pyri*. Alius, *φρυκτωρίας præſidia*. Alii, *mori*. Cum præfix. הַבְּכָאִים, 2. Reg. 5. v. 24. Lxx. *κλαυθμῶν fletus*, ut v. præced. Aq. Sym. *φρυκτωρίας præſidia*. Vulg. *pyri*, ut tranſtulerunt ipſi etiam Lxx. 1. Paral. 14. vv. 14. 15. ubi הַבְּכָאִים reddiderunt *ἀπίοι*, ut Aq. 2. Reg. 5. v. 23. Alii ubique *mori*.

בָּכָה QAL. Lxx. Aq. Sym. Theod. *κλαίω*, Vulg. & alii, *fleo*. Lxx. item, *ἀποκλαίομαι defleo*, *deploro*, *πενθέω lugeo*, *ἐλεέω miſereor*, *συγκαλύπτω cooperio*. Conſtruitur cum אֶל־, עַל, לְ, & בְּמִסְפֵּר.

PRAET. 3. p. ſ. m. בָּכָה *flevit*. 3. p. ſ. f. cum præfix. וּבָכְתָה *& flevit*. 1. p. ſ. c. בָּכִיתִי *flevi*. 3. p. pl. c. בָּכוּ *fleverunt*. Cum præfix. וּבָכוּ *& fleverunt*. 2. p. pl. m. בְּכִיתֶם *fleviſtis*. 1. p. pl. c. בָּכִינוּ *flevimus*.

BEN. ſ. m. בֹּכֶה *flens*. Cum præf. וּבֹכֶה *& flens*. Fem. בּוֹכִיָּה *flens* (ſum) *fleo*, Thren. 1. v. 16. ubi tert. rad. ה mutatur in (י). Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 286. c. 1. Plur. m. בּוֹכִים & בֹּכִים, *flentes*. Cum præf. הַבֹּכִים *flentes*.

INFIN. בָּכוֹ *flendo*. Cum præf. וּבָכוֹ *& flendo*, mutato ה in ו, aut penitus eo ſublato. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 286. c. 1. fin. Servato ה, & cum præf. וּבָכֹה *& flendo*. In alia forma & cum præf. לִבְכּוֹת *flere*, *ad flendum*. Cum præf. & affix. וְלִבְכֹּתָהּ *& ad flendam eam*.

IMPER. 2. p. pl. m. בְּכוּ *flete*. Cum præf. וּבְכוּ *& flete*. 2. p. pl. f. בְּכֶינָה *flete*.

FUT. 3. p. ſ. m. cum præf. apocopa tertiæ rad. & reſolutione (·) in duplex (·), vide Gram. Heb. tom. 1. p. 288. c. 2. fin. וַיֵּבְךְּ pro וַיִּבְכֶּה, *& flevit*. 3. p. ſ. f. תִּבְכֶּה *flebit*. Cum præf. וַתִּבְכֶּה, & cum apocopa & eadem reſolutione וַתֵּבְךְּ *& flevit*, vide Gram. Heb. ibid. p. 289. c. 2. 2. p. ſ. m. תִּבְכֶּה *flebis*. Cum præfix. וַתִּבְכֶּה, & cum prædicta apocopa & reſolutione, וַתֵּבְךְּ *& fleviſti*, vide Gram. ibid. p. 290. c. 1. 2. p. ſ. f. תִּבְכִּי *flebis*. 1. p. ſ. c. אֶבְכֶּה *flebo*. Cum præf. וָאֶבְכֶּה

an flebo? וְאֶבְכֶּה & *flebo*, וָאֶבְכֶּה & *flevi*. 3. p. pl. m. יִבְכּוּ, & mutata tertia rad. ה in (י), adjectoque ו parag. יִבְכָּיוּן, *flebunt*. Vide Gram. Heb. ibid. p. 290. c. 2. Cum præf. וַיִּבְכּוּ & *fleverunt*. 3. p. pl. f. תִּבְכֶּינָה *flebunt*. Cum præf. וַתִּבְכֶּינָה & *fleverunt*. 2. p. pl. m. תִּבְכּוּ *flebitis*. Cum præfix. וַתִּבְכּוּ & *flevistis*, & *flebitis*.

NIPHAL נִבְכָּה, unde Benoni plur. m. const. נִבְכֵי, Job. 38. v. 16. *Nunquid venisti* עַד־נִבְכֵי־יָם *usque ad fletus* (adverb. *ad fletus*) *maris?* Lxx. ἐπὶ πηγὴν θαλάσσης *ad fontem, scaturiginem maris*. Vulg. *profunda maris*. Alii, *fluenta*.

PIEL בִּכָּה, unde Benoni s. f. מְבַכָּה, Jerem. 31. v. 15. Lxx. ἀποκλαιομένη, Vulg. & alii, *plorans*. Plur. f. מְבַכּוֹת, Ezech. 8. v. 14. Lxx. θρηνοῦσαι, Vulg. & alii, *plangentes*.

בֹּכֶה m. Esd. 10. v. 1. Lxx. κλαίων, *flens*, legebant בֹּכֶה in Benoni Qal Verbi præcedentis. Vulg. & alii, *fletus*. R. בָּכָה *flevit*.

בְּכוֹר & בְּכֹר, m. Lxx. Aq. Sym. Theod. πρωτότοκος, Vulg. & alii, *primogenitus* (tam de hominibus, quam de jumentis). Sym. & Theod. item, πρώϊμος *matutinus, præcox, præmaturus*. Lxx. item, παιδίον *puerulus*, πρεσβύτερος *senior*. Cum præf. הַבְּכוֹר & הַבְּכֹר, *primogenitus*, בִּבְכוֹר *in primogenito*, מִבְּכוֹר *à primogenito*. Cum præf. & aff. בִּבְכֹרוֹ *in primogenito ejus*, m. בְּכוֹרְךָ vel בְּכֹרְךָ, & in pausa בְּכוֹרֶךָ, *primogenitus tuus*, m. בְּכֹרִי *primogenitus meus*, c. Plur. const. בְּכוֹרֵי *primogeniti, primogenita*. Cum præf. & affix. בִּבְכוֹרֵיהֶם *in primogenitis eorum*. Rad. בָּכַר in Piël *primogenitum fecit*, &c.

בְּכֹרָה & בְּכוֹרָה, f. Lxx. τὰ πρωτοτόκια, τὰ πρωτοτόκεια, Aq. ἡ πρωτοτοκία, Vulg. & alii, *primogenita, primogenitura, jus primogenitorum*. Lxx. τὸ πρωτότοκον *primogenitum, primogenitura*, τὰ πρεσβεῖα, *antiquitas, gradus ætatis*, εὐλογία *benedictio*, 1. Paral. 5. vv. 1. 2. ubi fortasse pro בְּכֹרָה legebant בְּרָכָה *benedictio*, transpositis literis. Vel respexerunt ad benedictionem primogenitis à parentibus dari solitam. Cum præf. הַבְּכֹרָה *primogenitura*, וְהַבְּכֹרָה & *primogenitura*, לַבְּכֹרָה *primogenituræ*. Cum præf. & affix. בְּכֹרָתוֹ *primogenitura ejus*, m. כִּבְכֹרָתוֹ *secun-*

dum primogenituram ejus, m. בְּכֹרָתְךָ *primogenitura tua*, m. בְּכֹרָתִי *primogenitura mea*, c. Plur. בְּכֹרוֹת *primogenita*. Cum præfix. וּבְכֹרֹת & *primogenita*, מִבְּכֹרוֹת *de primogenitis*. R. בָּכַר in Piël *primogenitum fecit*, &c.

בִּכּוּרָה f. Lxx. τὰ πρωτόγονα *primitivi fructus*, πρόδρομος, Aq. πρωτογέννημα, Theod. πρώϊμος, *præcox, primitivus fructus*, sic etiam alii. Lxx. item, σκοπὸς *scopus*, Ose. 9. v. 10. ubi mendum videtur pro καρπὸς *fructus*. Vulg. *præcoquæ ficus, prima poma*. Et Isai. 28. v. 4. *temporaneum* (pomum). Cum præf. כְּבִכּוּרָה, & cum mappiq anomalo, Isai. 28. v. 4. כְּבִכּוּרָהּ, *sicut primitivus fructus*. R. בָּכַר in Piël *primogenitum fecit*, &c.

בִּכּוּרִים & בִּכֻּרִים, m. pl. Lxx. πρωτογεννήματα, πρωτότοκα, νέα (γεννήματα), πρόδρομοι (καρποί), *primæ fruges, fructus primitivi, præcoces, primitiæ*, &c. Sic etiam Vulg. & alii. Cum præf. הַבִּכּוּרִים & הַבִּכֻּרִים, *primitiæ*, וְלַבִּכּוּרִים & *primitiis*. Const. בִּכּוּרֵי *primitiæ*. Cum præf. וּבִכּוּרֵי & *primitiæ*. Cum affix. בִּכּוּרֶיךָ *primitiæ tuæ*, m. R. בָּכַר in Piël *primogenitum fecit*, &c.

בְּכוֹרַת Mass. & Vulg. *Bechorath*, nom. proprium filii Aphia, 1. Reg. 9. v. 1. Etym. *primogenitura*, vide supra בְּכוֹרָה.

בָּכוּת f. Gen. 35. v. 8. Lxx. πένθος, Vulg. & alii, *fletus, luctus*. R. בָּכָה *flevit*.

בְּכִי & in pausa בֶּכִי, m. Lxx. Aq. Sym. κλαυθμὸς, Vulg. & alii, *fletus*. Lxx. item, πένθος *luctus*, βάθος *profunditas*, fluviorum videlicet, seu magna aquarum copia. Cum præf. וּבְכִי & *fletus*, בִּבְכִי, & in pausa בַּבֶּכִי, *in fletu*, וּבִבְכִי & *in fletu*, לִבְכִי, & in pausa לַבֶּכִי, *ad fletum*, מִבְּכִי, & in pausa מִבֶּכִי, *à fletu*. Cum affix. בִּכְיִי *fletus meus*, c. Rad. בָּכָה *flevit*.

בְּכִירָה, unde cum præf. הַבְּכִירָה, f. à masc. inusit. בָּכִיר, Lxx. πρεσβυτέρα *senior*, ἡ πρωτότοκος *primogenita*. Vulg. *major*, natu videlicet. Sic etiam alii. R. בָּכַר in Piël *primogenitum fecit*, &c.

בְּכִית f. unde cum affix. בְּכִיתוֹ, Gen. 50. v. 4. Lxx. πένθος, Vulg. *fletus*, neglecto pronomine affixo. Alii, *fletus ejus*, vel *sui*, m. R. בָּכָה *flevit*.

Digitized by Google

בכר QAL, unde PIEL בִּכֵּר, ex quo INFINITIVUS cum præf. לְבַכֵּר, Deut. 21. v. 15. al. 16. Lxx. πρωτοτοκεῦσαι, Vulg. *primogenitum facere*, h. e. instituere, constituere.

FUT. 3. p. f. m. יְבַכֵּר, Ezech. 47. v. 12. al. 13. Lxx. πρωτοβολήσει, Vulg. *primitiva*, (h. e. primitivos fructus) *afferet*.

PUAL בֻּכַּר, unde 3. p. f. m. FUT. יְבֻכַּר, Levit. 27. v. 26. Lxx. γένηται *nascetur*. Aq. πρωτοτοκισθήσεται *primogenitus edetur*, q. d. *primogenitabitur*. Vulg. sensum, non verbum, expressit.

HIPHIL הִבְכִּיר, unde BEN. f. f. cum præfix. כְּמַבְכִּירָה, Jerem. 4. v. 31. Lxx. ὡς πρωτοτοκούσης *sicut primogenitum pariens*, Vulg. *ut puerpera*, simpliciter.

בֶּכֶר Masſ. & Vulg. *Bécher*, nom. proprium filii Ephraim, Num. 26. v. 35. Etym. *primogenitus*, *primitiæ*; ex בָּכַר in Piel *primogenitum fecit*, *instituit*.

בְּכֹר *primogenitus*, vide בְּכוֹר, supra col. 227.

בִּכְרָה f. Jerem. 2. v. 23. Aq. Sym. Theod. in antiquissimo nostro Sangermanensi comment. S. Hieron. in hunc locum, δρομὰς Dromas, in editis, δρομάς, Vulg. *cursor*. Lxx. ὀψὲ *sero*, *ad vesperam*, ex usu Arabico; בָּכַר enim Arabibus est *sero & nocturno tempore proficisci*. Plur. const. בִּכְרֵי, Isai. 60. v. 6. à sing. inusit. בֵּכֶר, Lxx. κάμηλοι *cameli*. Vulg. & alii, *dromedarii*. R. בָּכַר in Piél *primogenitum*, &c. *fecit*; unde *dromedarii*, quod forte sint cursorum *primogeniti*, h. e. in currendo citissimi.

בֹּכְרוּ Masſ. & Vulg. *Bóchrou*, aut *Bóchru*, nomen proprium filii Asel, 1. Paral. 8. v. 37. al. 38. c. 9. v. 44. Etym. *primogenitus*, *primogenitura*, *primitiæ ejus*, m. ex בְּכֹר *primogenitus*, & affix. 3. p. f. m.

בִּכּוּרוֹת f. pl. unde cum præf. הַבִּכֻּרוֹת, Jerem. 24. v. 2. Lxx. πρώϊμα (*virg.*) *primitiva*, *præcoces* (ficus). Vulg. *ficus primi temporis*. Sic etiam alii. R. בָּכַר in Piél *primogenitum fecit*.

בִּכְרִי Masſ. *Bichrí*, Vulg. *Bochrí*, nom. propr. patris Sebæ, 2. Reg. 20. vv. 1. 2. Etym. *primogenitus meus*, c. *primogenitura mea*, c. ex בְּכֹר *primogenitus*, & aff. 1. p. f. c.

בַּכְרִי Masſ. *Bachrí*, Vulg. *Becheritæ*, Num. 26. v. 35. nom. gentile posterorum בֶּכֶר, quem vide supra col. 229. cum ejus etymol.

בִּכּוּרִים m. pl. unde cum præf. הַבִּכּוּרִים *primitiæ*, vide in בִּכּוּרִים, supra col. 228.

בָּל m. Chald. unde Dan. 6. v. 14. al. 15. שָׂם בָּל, Theod. ἦν ἀγωνιζόμενος, *contendebat*, *nitebatur*, Vulg. *laborabat*. Ad verbum, *ponebat*, *apponebat cor*; בָּל enim idem est Chaldæis, Syris, & Arabibus, ac לֵב Hebræis, facta literarum metathesi.

בַּל adverbium negativum, Lxx. οὐ, μὴ, Vulg. & alii, *non*, *nequaquam*, *nentiquam*, *nihil prorsus*, &c. Sym. ἄνευ *sine*. Construitur cum præterito & futuro; interdum etiam cum infinitivo: sed tunc pro tempore finito sumitur. Cum præfix. וּבַל *& non*. Sunt qui referant ad בָּלָה *inveteravit*, ac durationem negationis vehementioris ea particula significari velint.

בֵּל pro בַּעַל, Isai. 46. v. 1. Masſ. & Vulg. *Bél*, nomen proprium idoli præcipui Babyloniorum, quod Phœnicibus erat בַּעַל *Báal*, sive *Dominus*. Chaldæis autem sive Syris familiaris erat literæ ע abjectio. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 445. c. 1. Porro idoli hujus nomine ignem colebant Babylonii. Etym. *vetustus*; à בָּלָה *inveteravit*. Aut *non*; ex בַּל *non*. Aut *defluens*; à נָבַל *decidit*, *defluxit*. Aut *confusio*; à בָּלַל *confudit*. Sed vera etymologia videtur esse *Dominus*; à בַּעַל, cujus בֵּל est contractio.

בלא PEAL Chald. unde PAEL בַּלֵּא, ex quo 3. p. f. m. FUT. PAEL יְבַלֵּא, Dan. 7. v. 25. Theod. παλαιώσει *abolebit*. Alius ταπεινώσει *humiliabit*. Alius καταστρέψει *evertet*. Vulg. *conteret*. Sic etiam alii.

בַּלְאֲדָן Masſ. & Vulg. *Baladán*, aut *Baladhán*, nomen proprium patris Berodach Baladan regis Babyloniorum, 4. Reg. 20. v. 12. Etym. *absque judicio*; ex בַּל aut בְּלֹא, *non*, *sine*, *absque*, & דִּין *judicare*. Aut *vetustas judicii*; ex בָּלָה *inveteravit*, & eodem verbo דִּין *judicare*.

בְּלוֹאֵי const. vide in בְּלוֹיִם, infra col. 233.

בלג QAL, unde HIPHIL הִבְלִיג, cujus BEN. f. m. cum præf. הַמַּבְלִיג, Amos. 5. v. 9. Lxx. διαιρῶν *dividens*, legebant

Digitized by Google

מַבְלִיג. Aq. *μειδιῶν subridens.* Vulg. *qui subridet.* Alii, *confortans, recreans se.*

Fut. 1. p. s. c. cum præf. & ה paragog. אַבְלִיגָה, Job. 9. v. 27. Lxx. *στενάξω gemam.* Vulg. *& dolore torqueor.* Ibid. c. 10. v. 20. Lxx. *ἀναπαύσασθαι ut requiescam.* Vulg. *ut plangam.* Denique Psal. 38. Heb. 39. v. 13. al. 14. Lxx. *ἵνα ἀναψύξω*, Vulg. Lat. *ut refrigerer.* Sym. *ἵνα μειδιάσω*, S. Hieron. *ut rideam.* Alii ubique, *& confortabo, & recreabo me.*

בלגה בִּלְגָּה Mass. *Bilgá*, Vulg. *Belgá*, nom. propr. 1°. Sacerdotis sortis decimæ quintæ, 1. Paral. 24. v. 13. al. 14. 2°. alterius Sacerdotis qui cum Zorobabele ascendit Jerosolymam, Nehem. 12. v. 4. Etym. *recreatio, refrigerium, confortatio;* ex בָּלַג in Hiph. *confortare, recreare se.*

בלגי בִּלְגַּי Mass. *Bilgái*, Vulg. *Belgái*, nomen proprium viri ex eorum numero, qui fœdus cum Deo initum signarunt, Nehem. 10. v. 6. al. 8. Etym. eadem ac nominis præced. ac præterea *vetus vallis;* ex בָּלָה *inveteravit*, & גַּי *vallis.*

בלדד בִּלְדַּד Mass. *Bildádh*, Vulg. *Baldád*, nomen propr. unius è tribus Jobi amicis, Job. 2. v. 11. c. 8. v. 1. Etym. *vetus dilectio*, vel *mamilla*, vel *motus;* ex בָּלָה *inveteravit*, & דַּד *dilectio*, vel דַּד *mamma*, vel נָדַד, aut נוּד, *moveri.* Vel, *sine dilectione, mamma*, aut *motu;* ex בַּל *non, sine*, & præced. vocibus.

בָּלָה QAL. Lxx. Aq. Sym. Theod. *παλαιοῦμαι*, Vulg. & alii, *inveterasco, consenesco, vetustate deficio, atteror, consumor.* Lxx. Aq. *κατατρίβομαι conteror, deteror*, vetustate scilicet. Sym. item, *ἀτιμάζομαι injuria afficior.*

Præt. 3. p. s. f. בָּלְתָה *inveteravit, vetustate detrita est.* 3. p. pl. c. בָּלוּ *inveteraverunt.*

Infin. cum aff. בְּלֹתִי *veterascere me, senem esse me*, c.

Fut. 3. p. s. m. יִבְלֶה *inveterascet.* 3. p. s. f. תִּבְלֶה idem. 3. p. pl. m. יִבְלוּ *inveterascent.*

PIEL בִּלָּה, Lxx. Sym. *παλαιόω antiquo, aboleo, vetustum reddo, detero.* Aq. *κατατρίβω contero.* Lxx. item, *συντελέω consumo*, & intransitive, *παλαιόομαι veterasco.*

Præt. 3. p. s. m. בִּלָּה *contrivit*, Vulg. *vetustam fecit* (pellem meam), Thren. 3. v. 4.

Infin. cum præf. לְבַלּוֹת, Psal. 48. Heb. 49. v. 15. Lxx. *παλαιωθήσεται*, Vulg. Lat. *veterascet.* Alii, *terendo, conterendo.* Cum affix. לְבַלֹּתוֹ *conterere eum*, m.

Fut. 3. p. pl. m. יְבַלּוּ *inveterascent.*

בלה בָּלָה Mass. & Vulg. *Balá*, nomen proprium civitatis in Tribu Simeon, Jos. 19. v. 3. quæ 1. Paral. 4. v. 29. dicitur בִּלְהָה. Etym. *inveterata*, aut *defluens;* ex בָּלָה *inveteravit*, aut נָבַל *decidit, defluxit.*

בָּלֶה m. unde fem. cum præf. לַבָּלָה, Ezech. 23. v. 43. *attritæ, ad attritam.* Alii, *ad effœtam.* Vulg. *ei, quæ attrita est.* Lxx. *οὐκ ἐν τούτοις, non in istis*, legebant לֹא בָנֶה, cum ה parag. pro לֹא בָן aut לֹא בָהֶן. Plur. m. בָּלִים, *veteres, triti, attriti.* Plur. f. בָּלוֹת *attritæ, attrita* (calceamenta), Jos. 9. v. 5. ubi Lxx. *παλαιὰ vetera.*

בלהה בַּלָּהָה f. Isai. 17. v. 14. Lxx. *πένθος luctus.* Vulg. *turbatio.* Alii, *terror;* idem enim est ac בְּהָלָה trajectis literis. Vide supra col. 192. Plur. abs. בַּלָּהוֹת, Lxx. *ὠδῖνας dolores, ταραχαὶ turbationes, conturbationes;* & singulariter, *ἀπώλεια interitus, ἀνομία iniquitas, αἰτία causa, crimen, postulatio.* Aq. Sym. *ἀνυπαρξία non existentia, interitus.* Alii item, *terrores.* Const. בַּלְהוֹת *terrores*, Job. 24. v. 17. sine dagh. in ל ob (:) suppositum. R. בָּהַל in Piel *terruit, conturbavit.*

בלהה בִּלְהָה Mass. *Bilhá*, Vulg. *Balá*, nomen proprium 1°. ancillæ Rachelis, Gen. 29. v. 29. 2°. uxoris Nephthali, 1. Paral. 7. v. 13. al. 14. 3°. civitatis in Tribu Simeon, 1. Paral. 4. v. 29. quæ dicitur בָּלָה, Jos. 19. v. 3. vide supra. Etym. *inveterata*, aut *turbata;* ex בָּלָה *inveteravit*, aut בָּהַל in Niph. *turbatus est.* Aut *defluens*, à נָבַל *decidit, defluxit.*

בלהן בִּלְהָן Mass. *Bilhán*, Vulg. *Balaán*, nom. proprium filii Eser filii Seir Horræi, Gen. 36. v. 27. Etym. *inveteratus*, aut *turbatus.* Vide nomen præced.

בלו בְּלוֹ f. Chald. pro בְּלוֹת, vide Gram. Chald. tom. 2. p. 571. c. 2. Lxx. *φόρος*, Vulg. & alii, *vectigal, tributum*, proprie antiquum, sive antiquitus impositum; venit enim à Rad. בָּלָה Hebræis & Chaldæis, *inveteratus est.* Vide infra הֲלָךְ.

Digitized by Google

בְּלוֹיֵ plur. m. unde conſt. בְּלוֹיֵ, & cum א pro (י), בְּלוֹאֵי, Lxx. παλαιὰ *vetera* (veſtimenta, lintea). Vulg. *veteres* (panni). Alii, *veteramenta*. Cum præf. וּבְלוֹיֵ *& veteramenta*. R. בָּלָה *inveteratus eſt*.

בֵּלְטְשַׁאצַּר Maſſ. *Beltešchaṣṣár*, Vulg. *Baltaſſár*, nomen novum Danieli à præpoſito eunuchorum regis Babylonis impoſitum, Dan. 1. v. 7. Etym. *recondens theſaurum Beli*; ex vocibus Chaldaicis, בֵּל *Belus*, שַׁשָּׁא *recondidit*, & אֲצַר *theſaurus*. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 448. c. 1. Vel, *qui abſcondite theſaurizat*; ex בְּ *in*, לָט *abſcondite*, שֶׁ *qui*, & אָצַר *theſaurizavit*. Vel, *in malleatore theſaurizans*; ex בְּ *in*, לָטַשׁ *malleo polivit*, & אָצַר *theſaurizavit*. Vel, *occulte portans anguſtiam*; ex בְּ *in*, לָט *occulte*, נָשָׂא *tulit*, & צַר *anguſtia*.

בְּלִי m. Iſai. 38. v. 17. *conſumtio*, *interitus*, *perditio*. Hanc vocem cum præcedente ſic vertunt Lxx. *Tu autem eruiſti animam meam* מִשַּׁחַת בְּלִי ἵνα μὴ ἀπόληται, Vulg. *ut non periret*; ad verbum, *de fovea interitus*, *perditionis*, &c. R. בָּלָה *inveteratus*, *attritus*, *conſumtus eſt*, &c.

בְּלִי adverbium negans, idem quod בַּל, cui accidit (י) paragogicum; quare (-) mutatur in (ְ). Lxx. Aq. μὴ, Lxx. item, οὐ, οὐκ, Vulg. & alii, *non*. Alii item, *ſine*, *præter*. Jungitur cum præterito & futuro duntaxat, negatque abſolute. Cum præf. בִּבְלִי *in non*, *abſque*, לִבְלִי *præter*, *propter non*, *defectu*, *penuria*, מִבְּלִי *non*, *eo quod non*, *abſque*, וּמִבְּלִי *& abſque*, הֲמִבְּלִי אֵין *nunquid non?* עַד־בְּלִי *eo quod non*, *donec non*. R. בַּל, quam vide ſupra col. 230.

בְּלִיל m. Iſai. 30. v. 24. Lxx. ἄχυρον *palea*, Vulg. *commiſtum*. Alii, *pabulum* ex diverſis, v. g. palea, fœno, furfure, &c. commiſtum. Cum aff. בְּלִילוֹ, Job. 6. v. 5. Lxx. βρώματα *pabula*, Vulg. eodem ſenſu, *præſepe plenum*, neglecto pronom. affixo. At c. 24. v. 6. Lxx. οὐκ αὐτῶν ὄντα, Vulg. *non ſuum*, diviſim legebant בְּלִי לוֹ *non ſibi*, vel *non ſuum*. Alii, *pabulum ejus*, vel *ſuum*, m. R. בָּלַל *confudit*, *miſcuit*.

בְּלִימָה f. Job. 26. v. 7. Lxx. οὐδὲν, Vulg. & alii, *nihil*, *nihilum*. Componitur ex בְּלִי *non*, *nihil*, & מָה *quid*, *aliquid*.

בְּלִיַּעַל, & in pauſa בְּלִיָּעַל, m. Lxx. Sym. παράνομος *iniquus*, *legis tranſgreſſor*. Aq. ἀποστάτης *apoſtata*. Sym. item, ἀνυπότακτος *inobediens*, ἀνυπόστατος *intolerabilis*, ἀπαίδευτος *immorigeratus*, ἄνομος *iniquus*. Lxx. item, ἀσεβὴς *impius*, ἄφρων *inſipiens*, λοιμὸς *peſtilens*. Et ſubſtantive, Lxx. Aq. ἀποστασία *defectio*, ἀνομία, ἀνομίαι, *iniquitas*, παλαιότης *antiquitas*, h. e. *interitus*, *perditio* (à בָּלָה *inveteravit*, *attritus*, *perditus eſt*) ἀντίον, neut. *contrarium*, pro, *contrarietas*. Vulg. fere ſemper vocem Hebraicam *Belial* retinuit. Alii item, *nequam*, *improbus*, *malus*, *Diabolus*, *vir Diabolicus*. Cum præf. הַבְּלִיַּעַל *nequam*, וּבְלִיַּעַל *& nequam*. Componitur ex בְּלִי *non*, & יַעַל in Hiph. *profuit*; unde *Belial*, vir qui non prodeſt, h. e. qui maxime nocet, per Hebraiſmum, quem vide in Gram. Heb. tom. 1. p. 571. can. III. Aliis componitur ex בְּלִי *non*, & עֹל *jugum*, q. d. qui divinæ humanæque legis jugum excuſſit. Vide Vulg. Judic. 19. v. 22.

בָּלַל QAL. Lxx. συγχέω, Vulg. & alii, *confundo*, φυράω *miſceo*, ἀναφυράω *commiſceo*, ἐμφυρῶμαι *immiſceo*, παραμβάλλω *intermiſceo*, *pabulum do*. Alii item, *fundo*, *perfundo*, *perfuſus ſum*.

Praet. 3. p. ſ. m. in forma perf. בָּלַל *confudit*. 1. p. ſ. c. imperfecta, בַּלֹּתִי, unde Pſal. 91. Heb. 92. v. 11. בַּלֹּתִי בְּשֶׁמֶן רַעֲנָן *perfudi me*, *perfuſus ſum*, *oleo viridi*. Sym. ἡ παλαίωσίς μου ὡς ἐλαία εὐθαλής, *ſenectus mea ut oliva florida*; pro בְּשֶׁמֶן legebat כְּשֶׁמֶן *ſicut oliva*. S. Hieron. *ſenectus mea in oleo uberi*. Lxx. τὸ γῆράς μου ἐν ἐλαίῳ πίονι, Vulg. Lat. *ſenectus mea in miſericordia uberi*. Hi omnes referebant בַּלֹּתִי ad infinitivum Piel cum affix. 1. p. ſ. c. verbi בָּלָה *inveteravit*; cui ſententiæ favet accentus in ultima. Dico *favet*; nam in hac perſona accentus eſt vulgo in penultima; interdum tamen in ultima. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 216. c. 2. Præterea mendum eſt in verſione Lxx. ubi pro ἐλαίῳ *oleo*, legitur ἐλέῳ *miſericordia*. Vide Gram. Heb. tom. 2. p. 81. c. 2. 152. c. 2.

Digitized by Google

PAOUL f. m. בָּלוּל, Lxx. πεφυραμένος mistus, ἀναπεφυραμένος, Aq. Sym. ἀναπεφυραμένος, commistus, conspersus. Lxx. item, ἀναπεποιημένος præparatus. Fem. בְּלוּלָה mista. Plur. בְּלוּלֹת mista.

FUT. 3. p. f. m. cum præf. וַיָּבָל vaiiávol, Judic. 19. v. 21. & pabulum dedit. 1. p. pl. c. cum præf. ה parag. & (·) sub ב loco hhólem, accelerandæ pronuntiationis gratia, נָבְלָה, Gen. 11. v. 7. pro נָבֹלָה, & confundamus. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 219. c. 1. 2. initio.

HITHPOEL הִתְבּוֹלֵל, aut הִתְבּוֹלֵל, unde 3. p. f. m. FUTURI ex forma (-) mutati in (·) ob pausam, יִתְבּוֹלָל, Ose. 7. v. 8. Lxx. συνανεμίγνυτο, Vulg. commiscebatur. Alii, commiscetur, miscet se.

בלם QAL, unde INFINIT. cum ל præf. לִבְלוֹם, Psal. 31. Heb. 32. v. 9. ad claudendum, ad obthurandum, ad constringendum, capistro vel fræno. Lxx. ἄγξαι constringere, vel, ut transtulit Vulg. Lat. constringe. Sensus est: Nolite fieri sicut equus & mulus.... quorum os constringendum, obthurandum est chamo & fræno, ne mordeant.

הֶרֶג m. Sym. σφαγή, Vulg. & alii, *occisio, interfectio, mactatio, cædes.* Lxx. Verbaliter, ἀπόλλυμαι *pereo.* Participialiter, κτεινόμενος *occisus.* Et substantive, μάχαιρα *gladius.* Cum præf. וָהֶרֶג *& occisio, & cædes*, כְּהֶרֶג *secundum occisionem*, לְהֶרֶג *ad occisionem.* R. הָרַג *occidit.*

הֲרֵגָה f. Lxx. σφαγή, Vulg. & alii, *mactatio, cædes, interfectio, occisio.* Et participialiter, seu posito concreto pro abstracto, ἀνῃρημένος *interfectus.* R. הָרַג *occidit, interfecit.*

הרה QAL. Lxx. κύω, Lxx. Aq. Sym. συλλαμβάνω, Vulg. & alii, *concipio.* Lxx. item & Theod. ἐν γαστρὶ ἔχω *in utero habeo.* Lxx. item, ἐν γαστρὶ λαμβάνω *in utero capio*, seu *concipio*, γεννάω *gigno.* Hoc verbum metaphorice etiam usurpatur de animi conceptu; cum quis decreta concipit, & quæ decrevit, loquitur aut facit.

Praet. 3. p. s. m. cum præf. וְהָרָה *& concepit.* 3. p. s. f. in pausa; quare remanet (ָ) ult. הָרָתָה *concepit.* 2. p. s. f. cum præf. וְהָרִית *& concipies.* 1. p. s. c. הָרִיתִי *concepi.* 1. p. pl. c. הָרִינוּ *concepimus.*

Infin. הָרֹה, cum (ו) pro ה in fine הָרוֹ, & cum hhólem loco (ָ) sub ה, הֹרוֹ, Isai. 59. v. 13. *concipiendo.* Vide Gram. Heb. t. 1. p. 286. c. 1. 2. in fine.

Fut. 3. p. s. f. cum apocope, וַתַּהַר *& concepit*, pro וַתַּהֲרֶה, ex forma תַּהֲרֶה. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 289. c. 2. 3. p. pl. f. cum præf. & apocope הּ ה incrementi, וַתַּהֲרֶיןָ *& conceperunt.* 2. p. pl. m. תַּהֲרוּ *concipietis.*

HOPHAL הֹרָה, quæ est 3. p. s. m. Praeteriti, Job. 3. v. 2. Sym. ἐκυήθη, Vulg. *conceptus est.* Lxx. adverbialiter, ἰδοὺ *ecce*; sensum, non verbum, expresserunt. Alii, *natus est, in lucem editus est.*

הָרָה f. Lxx. ἔγκυος, Vulg. & alii, *prægnans, gravida*, ὠδίνουσα *pariens*, seu *dolens in partu, dolores partus habens*, ἐν γαστρὶ ἔχουσα *in utero habens.* Et substantive, σύλληψις *conceptio.* Sym. ἐπίτοκος *partui vicina.* Alius, Exod. 21. v. 22. ἔμβρυον ἔχουσα *fœtum habens.*

Digitized by Google

Const. הרת הָרַת *gravida*. Pl. הרות הָרוֹת *gravidæ*. Cum præf. & affix. והרותיו וְהָרוֹתָיו *gravidæ ejus*, f. cum (ָ) sub ה loco (ַ) ob aliud (ַ) sequens sub altero ה, vide Gram. Heb. t. 1. p. 69. c. 1. והריותיהם וְהָרִיּוֹתֵיהֶם *& prægnantes eorum*; servato in utroque nomine (ָ) sub ה radic. quia venit à verbo quiesc. Lam. ה, הרה הָרָה *concepit*. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 87. c. 1. 2.

הרהרין הַרְהֹרִין m. pl. Chald. unde cum præf. והרהורין וְהַרְהֹרִין, Dan. 4. v. 2. Vulg. & alii, *& cogitationes*. Theod. Verbal. καὶ ἐταράχθην *& turbatus sum*; sensum, non verbum, expressit. Rad. הרהר הַרְהַר Chald. *cogitavit*, ab Heb. הרה הָרָה *concepit*, & metaphorice, *cogitavit*.

הרום הָרוּם, al. הרם הָרֻם, Mass. *Haroúm*, vel *Harúm*, Vulg. *Arum*, nomen propr. patris Aharehel, 1. Paral. 4. v. 8. Etym. *excelsus*, *sublimis*; à רום *excelsum, sublimem esse*. Vel *projiciens*; à רמה רָמָה *jecit, projecit*.

הרון הֵרוֹן vel הרן הֵרֹן, m. unde cum præf. & affix. והרנך וְהֵרֹנֵךְ, Gen. 3. v. 16. Lxx. καὶ στεναγμός σου *& gemitus tuus*, f. i. gemitus partus tui. Aq. καὶ συλλήψεις σου, Sym. Theod. καὶ κύησις σου, Vulg. *& conceptus tui*, in plurali per enallagen numeri. Alii, *gravidatio tua*, *prægnatio tua*, *tempus gestationis tuæ in utero*. Rad. הרה הָרָה *concepit*, *in utero gestavit*. In הרון הֵרוֹן retinetur (ֵ) cum affix. quia est ad compensandum dagh. ejectum; nam הרון הֵרוֹן est pro הרון הֵרּוֹן. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 399. c. 2. fin.

הריה הָרִיָּה f. unde plur. cum præf. והריותיו וְהָרִיּוֹתָיו, Ose. 14. v. 1. servato (ָ) antepenultimæ syllabæ; nam הריה הָרִיָּה idem est ac הרה הָרָה, cujus ה mutatur in (י). In הרה הָרָה autem (ָ) penult. remanet, ut diximus supra initio col. Lxx. καὶ αἱ ἐν γαστρὶ ἔχουσαι αὐτῶν, *& in utero habentes eorum*, per enallagen numeri, pro *& in utero habentes ejus*, m. h. e. *& fœta ejus*, Vulg. Vel *& prægnantes*, *& gravidæ ejus*, ut vertunt alii. R. הרה הָרָה *concepit*, *prægnans fuit*. Vide Gram. Heb. t. 1. p. 399. c. 1.

הריון הֵרָיוֹן m. cum (ֵ) sub ה pro (ִ) & dagh. est enim formæ גליון גִּלָּיוֹן, vide Gram. Heb. t. 1. p. 399. c. 2. in fine. Lxx. Aq. Sym. Theod. & V[a]. edit. σύλληψις, Lxx. item, κύησις, Vulg. & alii, *conceptus*, *conceptio*. Cum præf. ומהריון וּמֵהֵרָיוֹן *& à conceptu*. R. הרה הָרָה *concepit*, cujus tertia rad. ה mutatur in (י).

הריסות הֲרִיסוֹת f. pl. à sing. inusit. הריסה הֲרִיסָה. Hinc cum præf. & aff. והריסתיו וַהֲרִיסֹתָיו, Amos. 9. v. 11. Lxx. καὶ τὰ κατεσκαμμένα αὐτῆς *& suffossa ejus*, m. Vulg. *& ea quæ corruerant*. Alii, *& destructiones*, *& ruinæ ejus*, m. R. הרס הָרַס *diruit*, *destruxit*, *evertit*, &c.

הריסות הֲרִיסוּת vel הרסת הֲרִסֻת, f. unde cum aff. הריסתך הֲרִיסֻתֵךְ, Isai. 49. v. 19. Vulg. & alii, *ruinæ*, *destructio tua*, f. Lxx. τὰ πεπτωκότα, *quæ ciderant*, mutato sing. in pluralem. R. הרס הָרַס *diruit*, *destruxit*, &c.

הריפות הֲרִיפוֹת vide in ריפות.

חרמה חָרְמָה Mass. *Háramá*, Vulg. *Aramá* & *Hormá*, nomen proprium civitatis 1°. in Tribu Aser, Jos. 19. v. 29. 2°. in Tribu Nephthali, ibid. v. 36. Etym. *excelsa*, sive *sublimis*; à רום *excelsum*, *sublimem esse*. Vel *vermis*; à רמה רִמָּה idem. Vel denique *projiciens*; à רמה רָמָה *jecit*, *projecit*.

הרמון הַרְמוֹן, unde cum ה articulo initio, & ה locali in fine, ההרמונה הַהַרְמוֹנָה, Amos. 4. v. 3. quod aliis est nom. propr. loci; quare Vulg. transtulit *in Armon*. S. Hieron. comm. in h. l. tom. 3. nov. edit. c. 1397. *in locis Armeniæ*. Sym. teste eodem Hieron. ibid. *in Armenia*; *pro quibus*, inquit S. Doctor, *Septuaginta MONTEM REMMAN*, *Aquila MONTEM ARMONA*, *Theodotio MONTEM MONA*, *quinta autem editio EXCELSUM MONTEM transtulerunt*. Aliis est nomen appellativum, *ad palatium*, *ad arcem*, &c. ita ut idem sit atque ארמון, quod vide supra col. 154. literis א & ה commutatis.

הרן הָרָן Mass. *Harán*, Vulg. *Arán*, nomen proprium 1°. filii Thare patris Abraham, Gen. 11. v. 26. 2°. filii Semei, 1. Paral. 23. v. 9. Etym. *mons*, sive *montanus*; ab הר idem. Vel *concipiens*, aut *concipere faciens*; ab הרה הָרָה *concepit*, *concipere fecit*. Vel *cantans*, aut *præco*; à רנן *cantavit*.

הרן הֵרֹן vide הרון, in col. præced.

הרס QAL. Lxx. Aq. Theod. κατασκάπτω *evello*, *demolior*. Lxx. & alius, κατασκάπτω *suffodio*. Lxx. item, καταβάλλω *dejicio*, καθαιρέω *destruo*, καταστρέφω *subverto*,

Digitized by Google

συντρίβω contero, ἐξαίρω *aufero*, βιάζομαι *vim facio, urgeo*, ἐγγίζω *appropinquo*, Exod. 19. v. 21. ubi Vulg. *transcendo terminos*; sic fere v. 24.

Praet. 3. p. f. m. הָרַס & in pausa הָרָס, *destruxit*. 2. p. f. m. cum praefix. וְהָרַסְתָּ *& destrues*. 1. p. f. c. cum praef. וְהָרַסְתִּי *& destruam*. 3. p. plur. c. in pausa; quare (-) mutatur in (ָ), הָרָסוּ *destruxerunt*. Extra pausam & cum praef. וְהָרְסוּ *& destruent*.

Ben. f. m. הֹרֵס *destruens*.

Paoul f. m. cum praef. הֶהָרוּס *destructum* (altare); cum (ֶ) sub priori ה loco (-) aut (ָ), ob aliud (ָ) sequens sub altero ה. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 69. c. 1.

Infin. cum praef. וְלַהֲרוֹס *& ad destruendum*.

Imper. 2. p. f. m. cum (ֳ hhatouph) sub ר loco hhol. ob Maqqaph sequens, הֲרָס־ haros- *destrue*. Cum praef. & affix. וְהָרְסָהּ vehorsá *& destrue eam*.

Fut. 3. p. f. m. יַהֲרוֹס *destruet*. Cum praef. & affix. יֶהֶרְסֶנָּה *destruet eam*, וַיֶּהֶרְסָהּ *& destruxit eam*, יֶהֶרְסֶךָּ in pausa; unde ך afficitur (ֶ) loco (ְ), *destruet te*, m. יֶהֶרְסֵם *destruet eos*. 3. p. f. f. cum aff. תֶּהֶרְסֶנּוּ *destruet eum*. 2. p. f. m. תַּהֲרֹס (ex forma יַהֲרוֹס) *destrues*. 1. p. f. c. אֶהֱרֹס *destruam*. 3. p. pl. m. יֶהֶרְסוּ, & in pausa ex forma יַהֲרוֹס; quare retinetur hhol. יַהֲרֹסוּ *destruent, destruant, evellant, transiliant* (terminos constitutos).

NIPHAL נֶהֱרַס, Lxx. Aq. καθαιρέομαι *destruor*. Sym. διαλύομαι *dissolvor*. Alius, συντρίβομαι *conteror*. Lxx. item, κατασκάπτομαι *suffodior*, ῥήγνυμαι *frangor*, συμπίπτω *concido*.

Praet. 3. p. f. f. in pausa; quare (-) mutatur in (ָ), נֶהֱרָסָה *destructa est*. 3. p. pl. c. נֶהֶרְסוּ *destructi sunt*. Cum praefix. וְנֶהֶרְסוּ *& destruentur*.

Ben. pl. f. cum praef. הַנֶּהֱרָסוֹת *destructa*, וְהַנֶּהֱרָסוֹת *& destructa*.

Fut. 3. p. f. m. יֵהָרֵס, & 3. p. f. f. תֵּהָרֵס *destruetur*. 3. p. pl. m. in pausa (quare (-) retinetur), & cum ן paragog. יֵהָרֵסוּן *destruentur*. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 173. c. 2. initio.

PIEL הָרֵס, Lxx. καθαιρέω, Vulg. & alii, *destruo*.

Ben. pl. m. cum aff. מְהָרְסַיִךְ *destruentes te, destructores tui*, f.

Infin. הָרֵס *destruendo*, Exod. 23. v. 24. ubi Lxx. substantive, καθαίρεσις *destructio*.

Fut. 2. p. f. m. cum aff. תְּהָרְסֵם *destrues eos*.

הֶרֶס הָרֶס m. unde cum praefix. עִיר הַהֶרֶס, Isai. 19. v. 18. Lxx. Vatic. πόλις Ἀσεδὲκ *urbs Asedec*, quae vox ab amanuensibus, pro more, est insigniter depravata. Complut. πόλις Ἀχερὲς *urbs Acheres*, legebant הַחֶרֶס. Aq. Theod. πόλις Ἄρες *urbs Ares*, vocem Heb. retinuerunt. Sym. πόλις ἡλίου, Vulg. *urbs solis*; legebant הַחֶרֶס ab חֶרֶס *sol*. Alii, *urbs destructionis*, h. e. destruenda. R. הָרַס *diruit, destruxit*.

הָרָפָא Mass. *Hárapha*, Vulg. *Arapha*, 2. Reg. 21. v. 16. nomen commune Gigantibus, seu gigantum populo, qui sic dicti sunt, quod sua proceritate & robore ceteros homines terrerent, eorumque animos quasi dissolverent; à רָפָה in Piel *debilitavit, deficere fecit, dissolvit*.

הָרַקּוֹן Mass. *Háraqqón*, Vulg. *Arecon*, nom. proprium civitatis Tribus Dan, ad Septentrionem, Jos. 19. v. 46. Etym. *vacuus*; à רִיק in Hiph. *evacuavit*. Vel *mons lamentationis*, aut *possessionis*; ab הַר *mons*, & קִינָה *lamentatio*, aut קָנָה *possedit*.

הָרָר m. unde plur. cum apocopa ם, הֲרָרִי, Jerem. 17. v. 3. pro הֲרָרִים, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 54. c. 2. Aq. Sym. Theod. ὄρη *montes*, teste Eusebio l. 10. praeparat. Evang. Vacat apud Lxx. uti & 4. priores versus hujus capitis, quos etiam tempore suo in hac versione desideratos observat idem Eusebius ibid. & S. Hieron. comm. in h. l. tom. 3. nov. edit. c. 607. 608. Vulg. *sacrificantes*, hanc vocem addidisse videtur, ac הֲרָרִי praetermisisse. R. הָרַר inusit.

הַר הָר m. Lxx. Aq. Sym. Theod. ὄρος, Vulg. & alii, *mons*. Hinc cum praef. & aff. לְהַרְרִי, Psal. 29. Heb. 30. v. 8. Lxx. τῷ κάλλει μου, Vulg. Lat. *decori meo*, c. legebant לַהֲדָרִי, ab הָדַר, quod vide supra col. 438. Aq. & Va. edit. ἐν τῷ ὄρει μου, *in monte meo*, S. Hieron. *monti meo*, c. legebant ut fert

Digitized by Google

textus Hebræus. Sym. τῷ γεννήσαντί μου *progenitori meo*; legebat לְהוֹרִי cum (ו) pro ר, ab הוֹרֶה *genitor, progenitor*. Vide supra col. 443. Cum aliis affixis, בְּהָרָם *in monte eorum*, vel *suo*. Plur. const. הָרְרֵי *montes*. Cum præf. בְּהָרְרֵי *in montibus*, כְּהָרְרֵי *sicut montes*, מֵהָרְרֵי *è montibus*. Cum præf. & aff. וּמֵהֲרָרֶיהָ *& de montibus ejus*, f. Rad. הָרַר inusit.

הֲרָרִי Mass. *Hararí*, Vulg. *Arari, Ararites*, & *Arorites*, nomen proprium aut familiæ, aut commune hominibus in montibus degentibus, aut quorum majores in iis vixerant, 1. Paral. 11. vv. 34. 35. &c. Etym. *montanus*; ab הַר *mons*.

הַשְׂכֵּל, & cum (י) antiqua vocali *e*, הַשְׂכֵּיל, m. Lxx. δικαιοσύνη *justitia*, ἐπιστήμη *scientia*, φρόνησις *prudentia*. Vulg. *doctrina*, *disciplina*. Alii item, *intelligentia*. Est potius infinitivus Hiphil verbi radic. שָׂכַל *intellexit*. Vide ibi. Cum præf. וְהַשְׂכֵּל *& intelligentia*.

הָשֵׁם Mass. *Haschém*, Vulg. *Assem*, 1. Paral. 11. v. 33. al. 34. nom. propr. viri, qui 2. Reg. 23. v. 32. dicitur יָשֵׁן *Iaschén*, Vulg. *Jassen*. Etym. *nomen*, vel *nominatus*; à שֵׁם *nomen*. Vel *positio*, aut *positus*; à שׂוּם *ponere*.

הַשְׁמָעוּת f. unde cum præf. לְהַשְׁמָעוּת, Ezech. 24. v. 26. Lxx. Verbaliter, τοῦ ἀναγγεῖλαι, Vulg. *ut annuntiet*. Alii eodem sensu, *ad auditum*, h. e. ut audire faciat. Rad. שָׁמַע *audivit*, in Hiph. *audire fecit, pronuntiavit, declaravit, annuntiavit*, &c.

הַשְׁמָרוֹת vide אַשְׁמֻרוֹת, supra col. 167.

הַשְׁקֵט, quod nonnullis est nomen substantivum, vide in infinitivo Hiph. verbi Rad. שָׁקַט.

הִשְׁתַּחֲוָיָה f. unde cum præf. & aff. בְּהִשְׁתַּחֲוָיָתִי, 4. Reg. 5. v. 18. cum accentu in penult. ob concursum, *in incurvatione mea*, h. e. cum incurvabo me. Lxx. ἐν τῷ προσκυνεῖν αὐτὸν, *cum adorabit ille*. Vulg. *adorante eo*; legebant בְּהִשְׁתַּחֲוֹתוֹ, à שָׁחָה *incurvavit se, adoravit*; geminata tertia radicali, & mutata priori geminata in (ו), posteriori vero in (י); ac insuper trajectis prima rad. שׁ & ת characteristica, ut fit in Hithpael Verborum, quæ incipiunt à ז, ס,

צ, שׂ, aut שׁ. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 189. §. VII.

הִתְבְּהָלָה f. Chald. Theod. σπουδὴ, Vulg. & alii, *festinatio*. Hinc cum præfix. בְּהִתְבְּהָלָה *cum festinatione*, וּבְהִתְבְּהָלָה *& cum festinatione*. R. בְּהַל, & in Pael בַּהֵל, *festinavit*.

הִתּוּךְ m. Hinc cum præf. כְּהִתּוּךְ, Ezech. 22. v. 22. Lxx. ὃν τρόπον χωνεύεται, Vulg. *ut conflatur*. Alii, *sicut fusio*. R. נָתַךְ *fusus, effusus est*; in Hiph. *fudit, conflavit*.

הִתְחַבְּרוּת f. Heb. & Chald. Dan. 11. v. 23. Theod. συναναμίξεις *commixtio*. Vulg. *amicitia*. Alii, *societas, consociatio*. R. חָבַר Heb. *sociatus, associatus est*; & חֲבַר Chald. in Pael, *sociare, associare*.

הֲתָךְ Mass. *Hathách*, Vulg. *Athách*, nomen proprium eunuchi Estheræ, Esth. 4. v. 5. Etym. *fusio*, vel *fundens*; à נָתַךְ *fusus est*.

התל QAL, unde PIEL הֵתֵל cum (-) sub ה loco (·) sequente dagh. per legem æquivalentiæ pro הִתֵּל, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 174. c. 1. Lxx. Aq. Sym. παραλογίζομαι, Lxx. item, ἐξαπατάω, παρακρούω, πλανάω, Vulg. & alii, *circumvenio, seduco, decipio, fallo*. Lxx. item, καταπαίζω, Vulg. & alii, *illudo, deludo*, μυκτηρίζω *subsanno*. Construitur cum בְּ.

Praet. 3. p. f. m. cum (·) in fine loco (-) ob accentum retractum propter concursum, הֵתֶל *illusit*. 2. p. f. m. הֵתַלְתְּ *delusisti*.

Infin. הָתֵל *illudere*, cum (·) pro (-) & dagh. per legem æquivalentiæ. Sic cum præf. כְּהָתֵל *secundum illudere, sicut illuditur*.

Fut. 3. p. f. m. cum præf. & secundum analogiam, וַיְהַתֵּל *& illusit*. 3. p. pl. m. in pausa, quare servatur (·) & cum (·) pro (-) & daghésch per legem æquivalentiæ, יְהָתֵלּוּ *illudunt*. Sic 2. p. pl. m. cum dagh. anomalo in ל, secundum exemplaria non pauca, & accentu in penultima ob concursum; quare ibidem retinetur (·), תְּהָתֵלּוּ, Job. 13. v. 9. *illudetis, illuseritis*. Vide Gram. Heb. t. 1. p. 178. c. 2.

PUAL 3. p. f. m. Praet. הוּתַל, Isai. 44. v. 20. cum (ו) pro (·) & daghésch per legem æquivalentiæ, vide Gram. Heb. t. 1. p. 179. c. 1. Lxx. πλανῶνται *seducuntur*,

Digitized by Google

mutato singulari in pluralem numerum. Aliis est Benoni cum (-) pro (·); unde Vulg. *insipiens.* Alii, *seductum, delusum* (cor).

הֲתֻלִּים m. pl. unde Job. 17. v. 3. אִם־לֹא הֲתֻלִּים עִמָּדִי *si non ludificationes mecum* (sunt), h. e. si non illudunt me amici mei, dum, quod patior, id me esse commeritum dicunt; hæc faciat mihi Deus, &c. ita ut forma sit juramenti elliptica, qua malum, quod quis sibi imprecatur, si fallat, reticet. Vide Gram. Heb. tom. 2. p. 278. c. 1. Vulg. *non peccavi*; sensum, non verba, reddidit. Lxx. hîc perplexi sunt atque intricati. R. הָתַל in Piel, *delusit*, *ludificavit.*

הִתְנַדְּבוּת f. Heb. & Chald. Esd. 7. v. 16. Lxx. ἑκουσιασμὸς *spontanea oblatio*; sic etiam recentiores. Vulg. *quod offerre voluerit* (populus). Rad. נָדַב Heb. נְדַב Chald. *sponte obtulit.*

הַתִּרְשָׁתָא Mass. *Hattirschâtha*, Vulg. *Athersâtha*, nom. proprium vel potius cognomen Nehemiæ, Nehem. 8. v. 9. al. 10. cap. 10. v. 1. Etym. *contemplans*, aut *explorans fundamentum*; ex תּוּר *contemplari*, *explorare*, & שְׁתָא aut שְׁתִיָּא Chald. *fundamentum.* Vel *turturis fundamentum*; ex תֹּר *turtur*, & שְׁתִיָּה *fundamentum.*

הָתַת QAL, unde POEL הוֹתֵת, ex quo 2. p. pl. m. FUTURI, תְּהוֹתְתוּ, Psal. 61. Heb. 62. v. 4. Lxx. ἐπιτίθεσθε *imponitis.* Vulg. Lat. *irruitis.* Aq. ἐπιβουλεύετε, S. Hieron. *insidiamini.* Sym. ματαιοπονεῖτε *vane laboratis*, aut *laboratitis.* Alii, *prava molimini.*

ו

ו Conjunctionum præcipua, cujus motio genuina est (ְ). Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 384. c. 1. Sæpe tamen aliis motionibus afficitur; ac

I. quidem (ָ), 1°. cum duo nomina conjungit, quorum posterius monosyllabum est, aut dissyllabum penacutum, etiamsi posterius illud nomen incipiat vel à ב, vel à מ, vel à פ. Vide Gram. Heb. t. 1. p. 385. c. 2. num. V. & infra num. V. 2°. quando præmittitur vocibus monosyllabis aut dissyllabis penacutis, & cum accentu regio notatis, à quacunque litera incipiant. Vide ibid. 3°. ante (ֲ), quia (ו) istud exclusit ה articulum, quæ litera ה ante hoc (ֲ) afficienda erat (ָ) magno, vide ibid. p. 38. Reg. I. 41. c. 1. & 385. c. 1. num. II. 4°. denique ante primam personam futuri quod convertit in præt. Vide Gram. ibid. p. 384. c. 2. in fine.

II. notatur cum (ַ) 1°. ante (ֲ) vel expressum, vel subintellectum. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 384. c. 1. num. I. in fine. 2°. ante futura, quæ convertit in præterita. Vide ibid.

III. afficitur (ֶ) ante (ֱ). Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 385. col. 1. num. II. Si hoc (ֱ) sub א reperiatur, sæpe ex eo & ex (ְ) sub (ו), fit contractio in (ֵ) sub eodem (ו). Vide ibid.

IV. movetur per (ִ) quando præfigitur vocibus incipientibus ab (י) affecto (ְ); nam ex hoc (ְ), & altero, quod, ut diximus, genuina est motio hujus conjunctionis, fit (ִ) sub eo (ו). Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 385. c. 1. num. IV.

V. denique (ו) istud fit (וּ), 1°. ante voces, quarum prima litera notatur cum (ְ). Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 385. c. 1. num. III. 2°. ante voces incipientes vel à ב, vel à מ, vel à פ, modo non sint monosyllabæ, aut dissyllabæ cum accentu regio in penultima notatæ; aut modo non habeant ante se aliud nomen quocum jungantur per illud (ו), tunc enim (ו) notatur cum (ָ), neque fit (וּ). Vide supra numerum I. & Grammaticam Heb. tom. 1. p. 385. col. 1. num. III.

Ea conjunctio æque varia est in suis sensibus atque in motionibus; nam præter copulandi usum &c, significat insuper *etiam*, *si*, *aut*, *sed*, *autem*, *vero*, *tamen*, *attamen*, *quamvis*, *quia*, *enim*, *nam*, *ut*, *itaque*, *cum*, *tunc*, *donec*, *quum*, *quando*, *sic*,

Digitized by Google

sic, imo, quin, nempe, inquam, id est, qui, quæ, quod, an? utrum? numquid? Interdum deficit; è contrario sæpissime abundat, maxime in principio librorum, capitum, sententiarum, &c. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 611. & seqq.

וָו m. unde pl. וָוִים, Lxx. ἀγκύλαι *ansæ*, κρίκοι *annuli*, *fibulæ*, κεφαλίδες, Vulg. *capitella*. Alii, *unci*, *uncini*. Const. וָוֵי *uncini*. Cum aff. וָוֵיהֶם *uncini eorum*. R. וזה aut ויו inusit. quare (·) remanet in plur. const. & cum affixis constructis. Vide Gram. Heb. t. 1. p. 90. c. 2.

וָלָד m. Gen. 11. v. 30..... *& non erat ei* (Sarai) וָלָד *proles*. Vulg. *nec habebat liberos*. Lxx. καὶ οὐκ ἐτεκνοποίει, *& non pariebat filios*, seu *liberos*. Rad. יָלַד *genuit*, mutato (ו) in (י).

וָלָד m. unde in pausa וָלָד, 2. Reg. 6. v. 23. ut ibi legendum docent Massorethæ, Lxx. παιδίον *puer*, *puerulus*. Vulg. *filius*.

Alii, *proles*, *soboles*. R. יָלַד *genuit*. Vide vocem præced.

וַנְיָה Mass. & Vulg. *Vaniá*, nom. proprium viri è posteris Bani, Esd. 10. v. 36. Etym. *& habitatio Domini*; ex וְ *&*, נָוֶה vel נְוֵה, *habitatio*, & יָהּ *Dominus*.

וָפְסִי Mass. *Vophsí*, Vulg. *Vapsí*, nomen proprium patris Nahabi, Num. 13. v. 15. Etym. *& pars*, *& particula*, *& defectus*, *& imminutio*; à וְ *&*, & פַּס *pars*, *particula*, &c.

וַשְׁנִי Mass. *Vaschní*, Vulg. *Vassení*, nomen proprium primogeniti Samuëlis, 1. Paral. 6. v. 28. Etym. *& secundus*; ex וְ *&*, & שֵׁנִי *secundus*. Vel *& mutatus*; ex וְ *&*, & שָׁנָה *mutatus est*. Vel *& coccineus*; ex וְ *&*, & שָׁנִי idem, &c.

וַשְׁתִּי Mass. *Vaschtí*, Vulg. *Vasthí*, nomen proprium uxoris Assueri, Esth. 1. v. 9. Etym. *& potus*, *& compotatio*, *& stamen*; ex וְ *&*, & שְׁתִי *potus*, *compotatio*, *stamen*. Vel *ponens*; ex וְ *&*, & שִׁית *posuit*, &c.

זאב זאת

זְאֵב m. Lxx. λύκος, Vulg. & alii, *lupus*. Aq. Habac. 1. v. 8. πάρδαλις *pardalis*, seu *panthera*. Plur. cum præfix. כִּזְאֵבִים *sicut lupi*. Const. זְאֵבֵי *lupi*. Cum præf. מִזְּאֵבֵי *præ lupis*. Servatur ubique (-) ultimæ ob (·) præcedens. Vide Gram. Heb. t. 1. p. 60. c. 1. num. II. p. 94. c. 1. num. II.

זְאֵב Mass. *Zeév*, Vulg. *Zéb*, nom. proprium unius è principibus Madianitarum, quem interfecerunt Ephraïmitæ, Jud. 7. v. 25. Psal. 82. Heb. 83. v. 12. Etym. *lupus*. Vide vocem præced.

זֹאת pronomen demonstrativum singul. femininum. Formatur ex זֶה, de quo infra, inserto א, & ה mutato in ת. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 73. §. II. p. 74. c. 2. initio. Lxx. αὕτη, Vulg. & alii, *hæc*, *ista*, *illa*, τοῦτο, *hoc*, *istud*, *illud*; Hebræi enim feminino etiam genere utuntur ad exprimendum neutrum, quo caret eorum lingua. Vide Gram. Heb. tom. 1. pag. 50. Cum præf. הֲזֹאת *num hoc?* הֲזֹאתָה *hæc*, Jerem. 26. v. 6. cum ה abundante in fine,

זבד

secundum Massorethas; בְּזֹאת *in hoc*, בְּזֹאת וּבְזֹאת *secundum hoc & secundum hoc*, id est, *sic*, *ita*; לְזֹאת & לָזֹאת, *huic*, *ad hoc*. R. זֶה *hic*.

זָבַד QAL, unde 3. p. s. m. PRÆT. cum affixis, זְבָדַנִי, Gen. 30. v. 20. Lxx. δεδώρηταί μοι *dedit*, *donavit mihi*. Vulg. *dotavit me*, c. Sic etiam recentiores.

זָבָד Mass. *Zavádh*, Vulg. *Zabád*, nom. proprium 1°. filii Nathan filii Ethei filii Sesan, 1. Paral. 2. v. 36. &c. 2°. filii Tahath, 1. Paral. 7. v. 20. 3°. filii Oholi, 1. Paral. 11. v. 41. 4°. filii Semmath, qui regem Joas dominum suum interfecit, 2. Paral. 24. v. 26. Etym. *donum*, *dos*, vel *donatus*. Vide vocem præced. & sequentem.

זֶבֶד m. Gen. 30. v. 20. Lxx. δῶρον *donum*. Vulg. *dos*. Sic etiam alii. R. זָבַד *dedit*, *donavit*, *dotavit*.

זַבְדִּי Mass. *Zavdí*, Vulg. *Zabdí* & *Zebedæus*, nomen proprium 1°. patris Charmi patris Achan, Jos. 7. v. 1. 2°. filii Semei, 1. Paral. 8. v. 19. 3°. Levitæ, Nehem. 11. v. 17.

Digitized by Google

4°. patris Jacobi & Joannis, Matth. 4. v. 21. Etym. *donum meum*; ex זֶבֶד *donum*, & affix. 1. p. s. c. Vel *fluxus abundantiæ*; ex זב *fluxus*, & דַּי *abundantia*.

זַבְדִּיאֵל Masf. *Zavdiél*, Vulg. *Zabdiël*, nom. proprium patris Jesboam, 1. Paral. 27. v. 2. Etym. *donum meum Deus*; ex זֶבֶד *donum*, affix. 1. p. s. c. & אֵל *Deus*.

זְבַדְיָה Masf. *Zevadhiá*, Vulg. *Zabadiás* & *Zebediá*, nomen proprium 1°. filii Bariæ, 2. Paral. 8. v. 15. 2°. filii Elphaal, ibid. v. 17. 3°. filii Asaël, ibid. c. 27. v. 7. 4°. filii Michaël, Esd. 8. v. 8. Etym. *dos*, vel *donum Domini*; ex זֶבֶד *dos*, *donum*, & יָהּ *Dominus*.

זְבוּב m. Lxx. Sym. μυῖα, Vulg. & alii, *musca*. Cum præfix. לִזְבוּב *muscæ*. Plur. const. זְבוּבֵי *muscæ*. R. זָבַב inusit.

זָבוּד Masf. *Zavúdh*, Vulg. *Zabúd*, nomen proprium filii Nathan Sacerdotis, 3. Reg. 4. v. 5. Etym. *donatus*, *dotatus*; à זָבַד *donavit*, *dotavit*.

זְבוּדָה Masf. *Zevudhá*, Vulg. *Zebidá*, legebat זְבִידָה, ut habet קרי; Lxx. vero legerunt ut Masforethæ; habent enim *Zechudá*. Nomen proprium matris Joakim, 4. Reg. 23. v. 36. Etym. *donata*, vel *dotata*. Vide nomen præced.

זְבוּל, & cum (ֹ) pro ו. זְבֻל, m. Lxx. οἶκος *domus*, Aq. οἰκητήριον, Vulg. & alii, *habitatio*, *habitaculum*. Lxx. item, ἅγιος *sanctus*, δόξα *gloria*, h. e. habitaculum sanctum & gloriosum; unde Sym. Psal. 48. Heb. 49. v. 15. οἴκησις ἔντιμος *habitatio honorabilis*. R. זָבַל *habitavit*.

זְבוּלָה, unde cum (ֻ) pro (ו) זְבֻלָה, Habac. 3. v. 11. Lxx. τάξις *ordo*. Vulg. & alii, *habitaculum*. Idem videtur ac nomen præcedens זְבוּל, seu זְבֻל, cui adjectum est ה locale; quare accentus est in penultima. Ea etiam de causa Lxx. transtulerunt ἐν τῇ τάξει αὐτῆς *in ordine suo*, Vulg. *in habitaculo suo*; nisi spectarint ה ut affixum, & præpositionem ἐν *in* ad sensum complendum addiderint.

זְבוּלֹנִי Masf. *Zevúloní*, Vulg. *Zabulonita*, *Zabulonites*, nomen commune Israëlitis ex Tribu Zabulon oriundis, Jud. 12. v. 11.

Etym. *habitaculum*; à זָבַל *habitavit*.

זבח QAL. Lxx. Aq. θύω, Lxx. Aq. Sym. θυσιάζω, Vulg. & alii, *macto*, *sacrifico*, *immolo*. Lxx item, προσφέρω *offero*, σφάζω, σφάττω, *jugulo*, ἐκζητεῖν *requiro*, sacrificiis nimirum & hostiis. Hoc verbum affinitatem habet cum טָבַח idem significante, literis ז & ט permutatis, ut sæpe fit in lingua Chaldaica.

PRAET. 3. p. s. m. זָבַח *sacrificavit*. Cum præf. וְזָבַח *& mactavit*. 2. p. s. m. cum præf. וְזָבַחְתָּ *& sacrificabis*. 1 p. s. c. זָבַחְתִּי *sacrificavi*. 3. p. pl. c. cum præf. וְזָבְחוּ *& sacrificabunt*. 2. p. pl. m. cum præf. וּזְבַחְתֶּם *& sacrificabitis*. *& sacrificate*. 1. p. pl. c. cum præf. וְזָבַחְנוּ *& ut sacrificemus*.

BEN. s. m. זֹבֵחַ *sacrificans*. Cum præfix. הַזֹּבֵחַ *qui sacrificat*, וְזֹבֵחַ *& sacrificans*, וְלַזֹּבֵחַ *& sacrificanti*. Plur. m. absol. זֹבְחִים, cum præf. הַזֹּבְחִים, & const. זֹבְחֵי *sacrificantes*.

INFIN. זְבֹחַ *sacrificare*, & substantive Lxx. θυσία *victima*. Cum præf. לִזְבֹּחַ *ad sacrificandum*, וְלִזְבֹּחַ *& ad sacrificandum*. Cum præf. & aff. בְּזָבְחוֹ bezovhhó *in sacrificando eo*, *cum sacrificaret*.

IMPER. 2. p. s. m. ex forma (-), זְבַח *sacrifica*, *immola*. 2. p. pl. m. זִבְחוּ *sacrificate*.

FUT. 3. p. s. m. cum præf & ex forma (-), וַיִּזְבַּח *& sacrificavit*. Cum præf. aff. & ex eadem forma, וַיִּזְבָּחֵהוּ *& sacrificavit illud*. 3. p. s. f. cum præf. aff. & in ead. forma, וַתִּזְבָּחֵהוּ *& mactavit eum*. 2. p. s. m. ex eadem forma (-), תִּזְבַּח *sacrificabis*. Cum aff. & ex eadem forma, תִּזְבָּחֶנּוּ *immolabis eum*. 2. p. s. f. cum præf. aff. & ex eadem forma, וַתִּזְבָּחִים *& sacrificasti illos*. 1. p. s. c. ex eadem forma, אֶזְבַּח, & cum ה parag. אֶזְבְּחָה, *sacrificabo*. Cum præf. & eodem ה parag. וְאֶזְבְּחָה *& sacrificabo*. 3. p. pl. m. יִזְבְּחוּ *sacrificabunt*. Cum præf. וְיִזְבְּחוּ *& sacrificabunt*, וַיִּזְבְּחוּ *& sacrificaverunt*, הֲיִזְבָּחוּ *num sacrificabunt?* cum (ָ) loco (ְ) sub ב ob pausam, qua revocata est motio primariæ vocis (-), ac insuper mutata est in (ָ). Vide Gram. Heb. tom. 1 p. 160. in medio, 168. c. 2. 2. p. plur. m. תִּזְבְּחוּ, & in pausa תִּזְבָּחוּ, *sacrificabitis*. Cum affix. ex forma (-), & cum (ֻ) pro (ו) sub ח, תִּזְבָּחֻהוּ

sacrificabitis illud. 1. p. pl. c. ex forma (-), נִזְבַּח, & cum ה parag. נִזְבְּחָה, *sacrificabimus, sacrificemus* Cum præf. & eodem ה parag. וְנִזְבְּחָה *& sacrificemus.*

PIEL זִבַּח vel זִבֵּחַ, Lxx. θύω, θυσιάζω, Vulg. & alii, *macto, sacrifico*, ut in Qal. Lxx. item, θυμιάω *adoleo.*

Praet. 3. p. s. m. זִבַּח *sacrificabat.* 3. p. plur. c. זִבְּחוּ, & in pausa ex forma (-), זִבֵּחוּ, *sacrificarunt.*

Ben. s. m. מְזַבֵּחַ *sacrificans.* Pl. m. מְזַבְּחִים *sacrificantes.* Plur. f. cum præf. וּמְזַבְּחוֹת *& sacrificantes.*

Infin. cum præf. לְזַבֵּחַ *sacrificando.*

Fut. 3. p. s. m. יְזַבֵּחַ *sacrificabit.* Cum præf. וַיְזַבַּח *& sacrificavit.* 1. p. s. c. אֲזַבֵּחַ *sacrificabo.* 3. p. pl. m. ex forma (-), quod retinetur ob pausam, יְזַבֵּחוּ *sacrificabunt.*

זֶבַח & in pausa זָבַח, m. Lxx. Aq Sym. θυσίασμα, Lxx. item, θῦμα, σφάγιον, Vulg. & alii, *victima, sacrificium, hostia.* Lxx. item, θυμίαμα *thymiama, incensum*, ὁλοκαύτωμα *holocaustum*, θεοὶ *Dii*, Ezech. 20. v. 28. ubi tamen hanc vocem addidisse videntur potius quam eâ Hebraicam expressisse. Alii item, *mactatio, mactatilia animalia.* Cum præf. הַזֶּבַח & in pausa הַזָּבַח, *sacrificium*, זֶבַח, זָבַח, in pausa זָבַח, & cum ה artic. הַזֶּבַח, *& sacrificium*, בַּזֶּבַח & in pausa בַּזָּבַח, *cum sacrificio*, לְזֶבַח, in pausa לְזָבַח & לַזָּבַח, *in sacrificium*, וּלְזֶבַח & in pausa וּלְזָבַח, *& sacrificii, & sacrificio, & in sacrificium*, מִזֶּבַח & in pausa מִזָּבַח, *de sacrificio, præ sacrificio.* Cum præf. & affix. זִבְחוֹ *sacrificium ejus*, m. מִזִּבְחוֹ *de sacrificio ejus*, m. זִבְחִי *sacrificium meum*, c. בְּזִבְחִי *in sacrificium meum*, c. מִזִּבְחִי *de sacrificio meo*, c. זִבְחֲכֶם *sacrificium vestrum*, m. Plur. זְבָחִים *sacrificia.* Cum præfix. הַזְּבָחִים idem, זְבָחִים & הַזְּבָחִים, *& sacrificia.* Const. זִבְחֵי *sacrificia.* Cum præf. לְזִבְחֵי *ad sacrificia*, מִזִּבְחֵי *de sacrificiis.* Cum præf. & aff. זְבָחֶיךָ *sacrificia tua*, m. וּזְבָחֶיךָ *& sacrificia tua*, m. זִבְחֵיהֶם, & cum affixo poëtico זִבְחֵימוֹ, *sacrificia eorum*, וְזִבְחֵיהֶם *& sacrificia eorum*, מִזִּבְחוֹתָם, Ose. 4. v. 19. ex terminatione feminina, *à sacrificiis eorum*, זִבְחֵיכֶם *sacrificia vestra* m. וְזִבְחֵיכֶם *& sacrificia vestra*, m. וּבְזִבְחֵינוּ *& de sacrificiis nostris*, c. Rad. זָבַח *sacrificavit.*

זֶבַח Mass. *Zèva*, Vulg. *Zebée*, nomen propr. regis Madianitarum, Jud. 8. v. 5. Psal. 82. Heb. 83. v. 12. Etym. *victima, sacrificium.* Vide vocem præced.

זִבְחוֹת f. unde pl. cum præf. & affix. מִזִּבְחוֹתָם, Ose. 4. v. 19. Lxx. Vatic. ἐκ τῶν θυσιαστηρίων αὐτῶν, *ab altaribus eorum.* Ald. ἐκ τῶν θυσιῶν αὐτῶν, Vulg. & alii, *à sacrificiis suis*, m. ita ut idem sit ac זֶבַח in plurali ex terminatione fem. Vide in fine col. præced. Rad. זָבַח *sacrificavit.*

זַבַּי Mass. & Vulg. *Zabbái*, nomen proprium unius è posteris Bebai, Esd. 10. v. 28. Etym. *fluens*, aut *fluxus*; ex זוּב *fluere.*

זְבִינָא Mass. *Zeviná*, Vulg. *Zabiná*, nomen propr. viri de filiis Nebo, Esd. 10. v. 43. Etym. *fluens nunc*; ex זוּב *fluere*, & נָא *nunc.*

זבל QAL, unde 3. p. s. m. Fut. cum aff. יִזְבְּלֵנִי, Gen. 30. v. 20. contracte pro יִזְבֹּל עִמִּי, Lxx. αἱρετιεῖ με *eliget me* ad habitandum mecum. Sym. συνοικήσει μοι *cohabitabit mecum.* Alii, *habitabit mecum.* Vulg. *mecum erit.*

זְבֻל *habitaculum*, vide זְבוּל supra col. 483.

זְבֻל Mass. *Zevúl*, Vulg. *Zebúl*, nomen proprium servi Abimelech filii Gedeonis, Jud. 9. v. 28. Etym. *habitaculum*; ex זָבַל *habitavit.* Vel Chaldaice, *sterquilinium*; à זֶבֶל aut זֶבֶל, *stercus, fimus.*

זְבֻלֻן vide זְבוּלֻן, supra col. 483.

זְבֻלוּן Mass. *Zevulún*, Vulg. *Zabulón*, nom. proprium decimi filii Jacobi ex Lia ejus uxore; à quo & denominata est Tribus Zabulon, Gen. 30. v. 20. Etym. *habitans* vel *habitaculum*; à זָבַל *habitavit.*

זבן Chald. PEAL, unde Benoni pl. m. זָבְנִין, Dan. 2. v. 8. *redimentes* (estis). Theod. ἐξαγοράζετε, Vulg. *redimitis.*

זָג m. Num. 6. v. 4. Lxx. γίγαρτον *acini vinacei nucleus* (Gallice *pepin*); sic etiam Chald. cum quibusdam Rabbinis. Vulg. *acinus.* Alii, quos inter Qimhhi, *cutis, cortex uvarum exterior.* R. זגג inusit.

זֵד m. Lxx. Aq. Sym. Theod. ὑπερήφανος, Vulg. & alii, *superbus.* Lxx. item, ἄνομος *iniquus*, παράνομος *transgressor legis*, θρασὺς

Digitized by Google

audax, ἀλλογενὴς, Malach. 3. v. 19. al. 4. v. 1. *alienigena*, ἀλλότριος, Psal. 18. Heb. 19. v. 13. al. 14. Malach. 3. v. 15. *alienus*; his tribus ultimis in locis legebant זֵר à זוּר *alienum esse*. Plur. cum præfix. הַזֵּדִים *superbi*, מִזֵּדִים *à superbis*. Servatur (ֵ), quia nomen istud venit à R. זוּד *superbire*. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 94. c. 1.

זָדוֹן & זְדוֹן, m. Lxx. ὑπερηφάνεια, ὑπερηφανία, Vulg. & alii, *superbia*. Lxx. item, ἀσέβεια *impietas*, ἰταμία *temeritas*, ὕβρις *contumelia*. Adjective, ὑβρίστρια *contumeliosa*, *convitiatrix*. Et subintellecto nomine אִישׁ *vir*, παράνομος *transgressor legis*, Prov. 21. v. 24. ubi Sym. ὑπερήφανος *superbus*. Pro ellipsi nominis אִישׁ, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 494. §. XI. Cum præf. הַזָּדוֹן *superbia*, בְּזָדוֹן *in*, *cum superbia*. Const. זְדוֹן *superbia*. Cum affix. זְדֹנְךָ *superbia tua*, m. Rad. זוּד *superbire*.

זֵידוֹן m. unde plur. cum præfix. הַזֵּידוֹנִים vel הַזֵּידֹנִים, Psal. 123. Heb. 124. v. 5. Lxx. ἀνυπόστατον, Vulg. Lat. *intolerabilis* (aqua). Aq. ὑπερήφανοι *superbi*. S. Hieron. *superbia*. Sym. Theod. ὑπερήφανα (ὕδατα) *superbæ* (aquæ). Alii, *elatæ*, *intumescentes*, *superbientes* (aquæ). R. זוּד vel זִיד, *superbire*; quare in הַזֵּידוֹנִים (ֵ) penultimæ servatur ad compensandam secundam radicalem (ו) exsulantem.

זְדוֹן vide זָדוֹן supra.

זֶה pronomen demonstrativum singulare masculinum, Lxx. οὗτος, Vulg. & alii, *hic*, *iste*; *hoc*, *istud*; eo enim quandoque utuntur Hebræi ad exprimendum neutrum genus, quo caret eorum lingua. Vide Gram. Heb. t. 1. p. 50. 474. can. I. Geminato hoc pronomine distributio significatur, זֶה, זֶה, *hic*, *ille*. Eo interdum exprimitur relativum *qui*, *quæ*, *quod*, aut in eo includitur. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 507. can. III. Interdum est adverbium temporis, *jam*, *jam nunc*, *hoc tempore*. Cum præf. הַזֶּה, cum ל epenthetico הַלָּזֶה, & cum apocopa ה posterioris & motionis præcedentis, הַלָּז, *iste*, *ille ipse*, הֲזֶה *num iste?* כָּזֶה cum (ָ) loco (ְ) & daghesch per legem æquivalentiæ, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 380. c. 1. & sine præpositione זֶה, *hic*, *in hoc*, וּבָזֶה *& in hoc*, וְזֶה *& hic*, & plural. Job. 19. v. 19. *& hi*, כָּזֶה pro כְּזֶה, vide supra כָּזֶה, & Gram. ibid. p. 376. c. 2. *sicut hic*, הֲכָזֶה *num sicut hoc?* וְכָזֶה *& secundum hoc*, לָזֶה *huic*, מִזֶּה *ab hoc*, *hinc*, וּמִזֶּה *& ab hoc*, *inde*. Vide Gram. Heb. t. 1. p. 73. c. 1. fin.

זוֹ pronomen demonstrativum singulare femininum, *hæc*, *ista*, Lxx. τοῦτο *hoc*, usurpato feminino genere pro neutro exprimendo. Vide Gram. Heb. tom. 1. pag. 50. 474. can. I. Cum præf. כָּזוֹ *secundum hoc*, cum (ָ) sub כ loco (ְ) & daghesch per legem æquivalentiæ. Vide supra in זֶה. Rad. זֶה *hic*.

זָהָב m. Lxx. Aq. Sym. Theod. χρυσίον, Lxx. item, χρυσός, Vulg. & alii, *aurum*. Lxx. item adjective, χρυσοῦς *aureus*. Alii item metonymice, *nummus*, seu *siclus aureus*; & metaphorice, *serenitas*, *serenum*, *lux purissima*, &c. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 142. c. 1. Cum præf. הַזָּהָב *aurum*, וְזָהָב & וְהַזָּהָב, *& aurum*, בְּזָהָב & בַּזָּהָב, *in auro*, וּבְזָהָב & וּבַזָּהָב, *& in auro*, כַּזָּהָב *sicut aurum*, לַזָּהָב *auro*, וְלַזָּהָב *& auro*, מִזָּהָב *præ auro*, וּמִזָּהָב *& præ auro*. Const. זְהַב *aurum*. Cum præfix. וּזְהַב *& aurum*, מִזְּהַב *de auro*. Cum præf. & affix. וּזְהָבוֹ *aurum ejus*, m. זְהָבְךָ in pausa, quare ב afficitur (ָ) pro (ְ), *aurum tuum*, m. וּזְהָבְךָ *& aurum tuum*, m. וּזְהָבִי *& aurum meum*, c. וּלְזְהָבִי *& auro meo*, c. מִזְּהָבִי *ex auro meo*, c. זְהָבָם *aurum eorum*, וּזְהָבָם *& aurum eorum*. R. זָהַב inusit.

זְהִירִין m. pl. Chald. unde cum præf. וּזְהִירִין, Esd. 4. v. 22. Lxx. πεφυλαγμένοι *custoditi* (sitis), h. e. cauti, caventes vobis. Vulg. Verbaliter, *videte*. Alii, *moniti*, *admoniti* (estote). Potest esse Peil, sive participium passivum, Verbi Rad. זְהַר in Aphel *monuit*, *admonuit*.

זָהַם QAL, unde PIEL זִהֵם vel זִהַם, sine daghesch excidentis compensatione. Hinc 3. p. s. f. PRAETERITI cum præf. & affix. וְזִהֲמַתּוּ, Job. 33. v. 20. contracte pro וְזִהֲמַתְהוּ, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 340. c. 1. *& abominatur ipsum*. Lxx. οὐ μὴ δύνηται προσδέξασθαι *non potest sumere*, *accipere*,

Digitized by Google

manducare. Vulg. intransitive, *abominabilis ei fit*. Alii, *& fastidit ipsum*. Pro affixo hic pleonastico vide Gram. Heb. tom. 1. p. 513. can. II.

זָהַם Mass. *Záham*, Vulg. *Zoom*, nomen proprium filii Roboam ex Abihail, 2. Paral. 11. v. 19. Etym. *abominans*, vel *abominatio*. Vide vocem præcedentem.

זהר QAL, unde NIPHAL נִזְהַר, Lxx. Aq. φυλάσσω, φυλάσσομαι, *custodio*, *observo*. Lxx. item, προσέχω *attendo*, *caveo*, Sym. *præcaveo*, Eccle. 4. v. 13. secundum S. Hieron. comm. in h. l. Alii, *moneor*, *commoneor*, *admoneor*.

Praet. 3. p. s. m. נִזְהַר *custodit*, *custodivit*, *monitus*, *admonitus est*.

Ben. s. m. נִזְהָר *monitus*, *admonitus*, *cavens*, *præcavens*, &c.

Infin. cum præf. לְהִזָּהֵר *admoneri*, *cavere*, *præcavere*.

Imper. 2. p. s. m. הִזָּהֵר *monitus esto*, *cave*.

HIPHIL הִזְהִיר, Lxx. διαμαρτύρομαι *testificor*, σημαίνω *significo*, διαστέλλω *edico*, *præcipio*, διαμηνύω *minor*, προαπαγγέλλω *prænuntio*. Sym. προφυλάσσω *præcaveo*. Alii item, *moneo*, *admoneo*. Et in alia significatione, Lxx. Theod. λάμπω, Vulg. & alii, *splendeo*, *fulgeo*.

Praet. 3. p. s. m. cum præfix. וְהִזְהִיר *& monuerit*. Cum præf. & aff. וְהִזְהִירָה *& monuerat eum*, 4. Reg. 6. v. 10. ubi est ה in fine pro (ו), sic הִזְהִירוֹ, ut ibi legendum docent Massorethæ. 2. p. s. m. הִזְהַרְתָּ *admonuisti*. Cum præf. וְהִזְהַרְתָּ, & expresso ה in fine וְהִזְהַרְתָּה, *& admonebis*. Cum affix. הִזְהַרְתּוֹ *monueris eum*. 2. p. pl. m. cum præf. וְהִזְהַרְתֶּם *& monebitis*.

Infin. cum præf. לְהַזְהִיר *ad monendum*.

Fut. 3. p. pl. m. יַזְהִירוּ *splendebunt*, *fulgebunt*.

זֹהַר m. Lxx. Theod. αὐγὴ *aura* (splendens). Lxx. item, λαμπρότης, Vulg. & alii, *splendor*. Aq. Sym. participialiter, φέγγων *splendens*. Cum præf. כְּזֹהַר *sicut splendor*. R. זָהַר in hiph. *splenduit*.

זִו, 3. Reg. 6. vv. 1. 37. Mass. *Zív*, Vulg. *Zib*, legebat זִיו, nomen mensis octavi in anno civili, secundi autem in anno sacro. Hinc Lxx. Δύστρος *secundus*. Respondet Aprili & Maio. Vide Gram. Heb. tom. 2. p. 427. c. 2. Sunt qui velint mensem hunc sic dictum à voce Chaldaïca זִיו *splendor*, *amœnitas*, quod eo tempore conspiciatur arborum amœnitas. Vide Gram. ibid. p. 428. c. 2.

זוּ, & cum (ו) pro (ו)

זוּ, pronomen demonstrativum singulare communis generis, maxime זוּ, Lxx. οὗτος αὕτη, τοῦτο, Vulg. & alii, *hic*, *hæc*, *hoc*. Interdum זוּ ponitur pro relativo אֲשֶׁר *qui*, *quæ*, *quod*; aut saltem hoc relativum subintelligitur, ut illud supplent Lxx. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 507. can. III. Rad. זֶה *hic*, mutato ה in (ו).

זוב QAL. Lxx. Aq. Sym. Theod. ῥέω, Lxx. item, ῥύω, Vulg. & alii, *fluo*, proprie de fluxu seminis in viro, & sanguinis menstrui in muliere. Hinc iidem Lxx. γονοῤῥυέω *fluxum seminis patior*. Insuper iidem, Thren. 4. v. 9. πορεύομαι *proficiscor* nimirum ex hac vita lente & quasi liquescendo; unde Vulg. ibid. *extabesco*.

Ben. s. m. זָב & cum præf. הַזָּב, Lxx. γονοῤῥυὴς *seminifluus*, *fluxu laborans*. Fem. זָבָה & construct. זָבַת, *fluens*, *fluxu laborans*. Servatur (ָ) penult. in regimine ad compensandam secundam radicalem (ו) abjectam. Vide Gram. Heb. t. 1. p. 87. c. 1.

Fut. 3. p. s. m. יָזוּב *fluet*. 3. p. s. f. תָּזוּב *profluet*. 3. p. pl. m. cum (ֻ) pro (ו) sub י, יָזֻבוּ *fluxerint*. Cum præf. וְיָזוּבוּ, & cum (ֻ) pro (ו) וַיָּזֻבוּ, *& fluxerunt*.

זוֹב m. Lxx. ῥύσις, Vulg. & alii, *fluxus*, *profluvium* seminis aut sanguinis. Cum præf. מִזּוֹב *à fluxu*. Cum præf. & affix. זוֹבוֹ *fluxus ejus*, m. בְּזוֹבוֹ *in fluxu ejus*, m. מִזּוֹבוֹ *à fluxu ejus*, m. זוֹבָהּ *fluxus ejus*, f. מִזּוֹבָהּ *à fluxu ejus*, f. R. זוּב *fluere*.

זוד Heb. & Chald. QAL. ἀνθίσταμαι *resisto*, ἐπιτίθεμαι *aggredior*, *adorior per insidias*. Aq. Sym. Theod. ὑπερηφανεύομαι, Vulg. & alii, *superbio*, *superbe ago*.

Praet. 3. p. s. f. זָדָה *superbiit*. 3. p. pl. c. זָדוּ *superbiunt*, *superbierunt*.

HIPHIL הֵזִיד, & in Aphel Chaldæorum הֲזִיד vel אֲזִיד, Lxx. Aq. Theod. ὑπερ-

Digitized by Google

ὑπερηφανεύομαι, Lxx. item, ὑπερηφανεύω, Vulg. & alii, *superbio, superbe, arroganter ago.* Lxx. item, ἀσεβέω *impius sum, impie ago*, ἐπιτίθεμαι *per insidias aggredior*, ut in Qal, καταδυναστεύω *vim facio.*

PRAET. 3. p. pl. c. הֵזִידוּ *superbe egerunt.*

INFIN. Chald. cum duplici ה pro duplici א, לַהֲזָדָה, Dan. 5. v. 20. *ad superbiendum.* Vide Gram. Chald. tom. 2. p. 604. c. 2. fin.

FUT. 3. p. s. m. יָזִיד & יָזֵד, *superbe egerit.* 2. p. pl. m. cum ן parag. יְזִידוּן *superbe agent.* 2. p. pl. m. cum præfix. וַתָּזִידוּ *& superbe egistis.*

זוחת Mass. *Zohhéth*, Vulg. *Zoheth*, nomen proprium filii Jesi, 1. Paral. 4. v. 20. Etym. *iste stupens, pavidus*, aut *confractus*; ex זֶה vel זוּ, *hic, iste*, & חתת *territus, confractus est, stupens, pavidus fuit.*

זויות f. plur. à sing. inusit. זָוִית. Hinc cum præf. כְּזָוִיֹּת, Psal. 143. Heb. 144. v. 12. Lxx. κεκαλλωπισμέναι, Vulg. Lat. *composita.* Aq. ὡς ἐπιγώνια, S. Hieron. & alii, *sicut anguli*, h. e. lapides angulares. Zach. 9. v. 15. Vulg. *quasi cornua*, alii, *quasi anguli.* Vacat apud Lxx. Rad. זָוָה inusit. aut potius זוי itidem inusit. ob (׳) servatum in antepen. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 87. c. 1.

זול QAL, unde BENONI pl. m. cum præf. הַזָּלִים, Isai. 46. v. 6. Lxx. συμβαλλόμενοι *conferentes, symbolam dantes.* Vulg. *qui confertis.* Alii, *vilipendentes, ut rem vilem profundentes.*

FUT. 2. p. s. f. ex forma quiesc. Pe (׳), quam huc referunt nonnulli, תֵּזְלִי, Jerem. 2. v. 36. Lxx. κατεφρόνησας *contempsisti.* Vulg. passive aut intransitive, *vilis facta es.* Alii, *vilipendis te.* Alii, *ibis, abibis*, ab אזל, quod vide supra col. 49. Vide etiam Gram. Heb. tom. 1. pag. 230. c. 1. 409. c. 2.

HIPHIL הֵזִיל, unde 3. p. pl. c. PRAET. cum aff. & ex forma defect. Pe ו, הִזִּילוּהָ, Thren. 1. v. 8. pro הֵזִילוּהָ aut הִזִּילוּהָ, Lxx. ἐταπείνωσαν αὐτὴν *humiliaverunt eam.* Vulg. *spreverunt illam.* Alii, *vilipenderunt illam.*

זולל & זֹלֵל, m. Lxx. συμβολοκοπῶν, Aq. Sym. Theod. συμβολοκόπος, *qui symbolam dat ad convivium.* Lxx. item, πορνοκόπος *scortator*, ἀνάξιος *indignus.* Et substantive, ἀσωτία *luxuria, prodigalitas, profusio, nequitia.* Alii, *comessator, epulo.* Cum præf. וְזֹלֵל *& comessator*, מִזּוֹלֵל *à comessatore.* Pl. זֹלְלִים *comessatores.* Const. cum præfix. בְּזֹלְלֵי *cum epulonibus.* R. זָלַל inusit.

זוללה f. Thren. 1. v. 11. al. 12. Lxx. ἠτιμωμένη *ignominia affecta.* Vulg. *vilis facta.* R. זוּל *vilem esse.*

זולת, unde cum (׳) paragogico, aut potius antiqua vocali ִ,

זולתי, זוּלָתִי, Lxx. πάρεξ, Aq. παρεκτός, Vulg. & alii, *præter.* Lxx. item, πλὴν *præterquam, nisi*, ἀλλ' ἢ *sed.* Const. זוּלַת *præter*; nam hæc præpositio videtur esse composita ex nomine substantivo זוּלָה inusit. & præpositione subintellecta, quales sunt aliæ quædam præpositiones & adverbia. Vide Gram. Heb. t. 1. p. 375. c. 1. 379. c. 1. Cum affix. זוּלָתָהּ *præter eam*, זוּלָתְךָ, & in pausa זוּלָתֶךָ, *præter te*, m. זוּלָתִי *præter me*, c. R. זָלַת inusit. aut זוּל inusit. pariter in hac significatione.

זון Chald. unde 3. p. s. m. FUT. ITHPEAL ex forma hhiriq, יִתְּזִין, Dan. 4. v. 9. Theod. ἐτρέφετο *nutriebatur, alebatur.* Vulg. *vescebatur.* מְיֻזָּנִים, Jerem. 5. v. 8. quod trajectis literis, huc referunt nonnulli, vide in יזן.

זונה & זֹנָה, f. Lxx. Aq. Sym. Theod. πόρνη, Vulg. & alii, *meretrix, scortum.* Lxx. item, πορνεία *fornicatio*, ἀλλότριος οἶκος *aliena domus*, per metonym. continentis pro contento. Alii item, *hospita, cauponaria*, Jos. 2. v. 1. quasi *cibatrix*, à זוּן *alere, cibare*; atque ita explicant Chaldæus, R. Salomon, & plerique omnes Hebræi. Alii tamen, & maxime SS. Patres, זוֹנָה hîc *meretricem* interpretantur aut intelligunt. Cum præf. הַזּוֹנָה *meretrix*, בְּזוֹנָה *pro meretrice*, כְּזוֹנָה *sicut meretrix*, הַכְזוֹנָה *an sicut meretrix?* לְזוֹנָה *pro scorto*, מִזּוֹנָה *à scorto.* Plur. זֹנוֹת *meretrices.* Cum præf. הַזֹּנוֹת *meretrices*, וְהַזֹּנוֹת, 3. Reg. 22. v. 38. Lxx. καὶ αἱ πόρναι *& meretrices.* Vulg. *& habenæ.* Alii, *& arma*; à זַיִן Chald. *arma, armatura.* R. זָנָה *scortatus est.*

Digitized by Google

זוע Heb. & Chald. QAL. Lxx. σαλεύομαι, Vulg. & alii, *moveor*, *commoveor*, timore aut debilitate; hinc Theod. τρέμω *tremo*.

Praet. 3. p. s. m. זָע *metus est*.

Ben. pl. m. Chald. זָאעִין, Dan. 5. v. 19. ubi Massorethæ legendum docent זָיְעִין, vide Gram. Chald. t. 2. p. 604. c. 1. Theod. τρέμοντες *trementes*. Vulg. *tremebant*.

Fut. 3. p. pl. m. cum præf. & (·) pro (ו), יָזֻעוּ, Eccle. 12. v. 3. Lxx. ἐν ᾗ ἂν σαλευθῶσι *qua* (die), Vulg. *quando commovebuntur*. Alii, *contremiscent*.

PIEL geminata prima & tertia radicali, זִעְזַע, unde

Ben. pl. m. cum aff. מְזַעְזְעֶיךָ, Habac. 2. v. 7. Lxx. ἐπίβουλοί σου *insidiatores tui*, m. Vulg. *lacerantes te*, m. Alii, *commoventes*, *exagitantes te*, m.

זְוָעָה f. Isai. 28. v. 19. Lxx. ἐλπὶς πονηρὰ *spes mala*. Aq. βρασμὸς *æstus*, *ebullitio*. Sym. σεισμὸς, Theod. κίνημα, *motus*, *motio*, *commotio* (sic etiam recentiores). Vulg. *vexatio*. R. זוּעַ *moveri*, *commoveri*, secunda radicali (ו) facta mobili.

זור QAL. Lxx. ἀπαλλοτριόομαι *abalienor*, Vulg. & alii, *alienor*, ἀλλότριός εἰμι *alienus sum*. Alii reciproce, *alieno me*. Et in alia significatione, Lxx. & alius, ἐκπιάζω *premo*, *comprimo*, σκορπίζω (à זָרָה) *spargo*, στέρομαι *privor*. Et in alio sensu, *sanor*, *curor*, Vulg. *circumligor*, de vulneribus, quæ alligantur ut curentur.

Praet. 3. p. s. m. זָר *alienatus est* (spiritus). 3. p. pl. c. זָרוּ, & ex forma hhólem זֹרוּ, vide Gram. Heb. tom. 1 p. 249. c. 1. *alienati*, *abalienati sunt*; & in alia significatione, Isai. 1. v. 6. *ligata, curata sunt* (vulnera).

Paoul s. f. cum præf. & (ּ) in fine pro (-), vide Gram. Heb. tom. 1. p. 250. c. 2. וְהַזּוּרֶה, Isai. 59. v. 5. Lxx. καὶ συντρίψας οὖρον *& frangens putridum*; legisse videntur וְהַזֹּרֶה à זָרָה in Benoni Qal. Aq. & Theod. καὶ τὸ ἀλλοῖον *& fotum*. Vulg. *& quod confotum est*. Sym. τὸ δὲ συντετριμμένον, *quod autem convolutum* (est). Alii, *& hoc* (ovo) *compresso*, seu *fracto*.

Fut. 3. p. s. m. cum præf. & (-) in fine pro (- hhatoúph), ob tertiam radicalem ר, & accentum ab ultima ad penultimam retractum, וַיָּזַר, Jud. 6. v. 38. *& compressit*. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 251. c. 1. 3. p. s. f. cum aff. תְּזוּרֶהָ, Job. 39. v. 15. *comprimit illud* (ovum).

NIPHAL נָזוֹר, unde 3. p. pl. c. Praet. נָזֹרוּ, Isai. 1. v. 4. Aq. vel Theod. ἀπηλλοτριώθησαν, Vulg. *abalienati sunt*. Vacat apud Lxx. Et Ezech. 14. v. 5. Lxx. Participialiter, ἀπηλλοτριωμέναι (καρδίαι) *abalienata* (corda). Vulg. *recesserunt*. Alii, *alienati*, *abalienati sunt*.

POEL זוֹרֵר, unde 3. p. s. m. Futuri cum præf. וַיְזוֹרֵר, 4. Reg. 4. v. 35. Complut. καὶ ἀνδρίζετο *& viriliter egit*. Alius, καὶ διεκινήθη *& commotus est*. Vulg. *& oscitavit*. Alii, *& sternutavit*. Vacat apud Lxx. Vatic.

HOPHAL הוּזַר, unde Paoul s. m. מוּזָר, Psal. 68. Heb. 69. v. 9. Lxx. ἀπηλλοτριωμένος *abalienatus*. Vulg. Lat. *extraneus*. Alii, *alienus*.

זִיזָא Masf. Ζιζά, Vulg. *Zizá*, nomen proprium filii Jonathan filii Jada filii Onam, 1. Paral. 2. v. 33. Etym. *fera*, aut *splendor*; à זִיז idem.

זחח QAL, unde 3. p. s. m. Fut. NIPHAL יִזַּח .... וְלֹא, Exod. 28. v. 28. Complut. & alius, ἵνα μὴ χαλᾶται *ut non laxetur*. Alius, καὶ οὐ μὴ ἀποσπάσῃς *& non abstraxeris*, h. e. ita ut abstrahi, separari nequeat. Alius, καὶ οὐ σαλευθήσεται *& non movebitur*. Alius, καὶ μὴ ἐκκλίνητε *& non declineris*, h. e. separetis. Vulg. *& à se invicem nequeant separari*. Alii, *neque tolletur*, *auferetur*, *removebitur*, *separabitur*, &c. Vacat apud Lxx. Vatic. ut & Exod. c. 39. v. 21. ubi incertus vertit ἵνα μὴ χαλᾶται *ut non laxetur*, sicut c. 28. v. 28.

זחל QAL. Lxx. ἡσυχάζω *quiesco*, σύρω, Vulg. *traho me*, h. e. ut interpretantur recentiores, *repo*, *serpo*. Vulg. item, *demisso sum capite*. Alii item, *vereor*, *revereor*, *paveo*.

Praet. 1. p. s. c. זָחַלְתִּי, Job. 32. v. 6. Lxx. ἡσύχασα *quievi*, *quiesco*. Vulg. *demisso* (sum) *capite*. Alii, *veritus sum*.

Digitized by Google

Ben. f. f. ex forma ת præcedente duplici (·), עִם אֶבֶן הַזֹּחֶלֶת, 3. Reg. 1. v. 9. Lxx. μετὰ αιθη τοῦ Ζωελεθι, *cum Æthe Zoelethi.* Vox αιθη mendum est graphicum pro λιθη. Ms. Alex. παρὰ τὸν λίθον τοῦ Ζωελέθ, Ald. & Complut. παρὰ τὸν λίθον τοῦ Ζωελεθι, Vulg. *juxta lapidem Zoeleth*, qui vicinus erat fonti Rogel, prope Jerusalem ad orientem; quique sic dictus est, ut volunt, ob serpentum multitudinem. Plur. m. const. זֹחֲלֵי *serpentes.* Cum præfix. כְּזֹחֲלֵי *sicut serpentes.*

זֹחֶלֶת vide Benoni Verbi præcedentis.

זֵידוֹן vide זֵדוֹן supra col. 487.

זִיו m. Chald. Theod. μορφὴ *forma*, Vulg. *figura*, ὄψις *aspectus*, Vulg. *facies*, *vultus*, *intuitus.* Alii, *splendor.* Cum præf. & affix. וְזִיוֵהּ *& intuitus ejus*, m. וְזִיוִי *& figura, & forma mea*, c. Plur. cum præfix. & aff. זִיוֹהִי *facies*, *vultus*, *splendores ejus*, m. וְזִיוֹהִי *& vultus ejus*, m. וְזִיוָךְ *& vultus tuus*, m. וְזִיוַי *& facies mea*, c.

זִיז m. Lxx. Psal. 49. Heb. 50. v. 11. ὡραιότης, Vulg. Lat. *pulchritudo.* Aq. παντοδαπὰ *omnimoda*, *omnigena* (animalia, &c.) S. Hieron. *universitas.* Qimhhi *fera.* R. Salomon *reptile.* Aben-Esra *aves*, *volatilia.* Chald. *gallus sylvestris.* Et Psal. 79. Heb. 80. v. 13. al. 14. Lxx. Sym. μονιὸς, Vulg. Lat. *singularis*, h. e. *aper.* Vide Bochart. de anim. sac. part. 1. col. 978. Idem Sym. secundum alios, vel in altera versione, ζῶα *animalia.* Aq. παντοδαπὸν *omnimodum.* S. Hieron. *omnes bestiæ.* Isai. 66. v. 11. Lxx. εἴσοδος *ingressus.* Aq. παντοδαπίας, Vulg. *omnimoda.* Theod. πλῆθος *multitudo.* Alii, *splendor*, *fera.* Item, *motio*, *commotio*, à זוּז *movere se*, *moveri*, secundum Rabbinos. Hinc cum præf. וְזִיז *& fera*, מִזִּיז *à splendore*, *à multitudine*, &c. R. זוּז vel זִיז inusit.

זִיזָא Mass. & Vulg. *Zizá*, nomen proprium filii Sephei, 1. Paral. 4. v. 37. Etym. *splendor*, vel *fera.* Vide vocem præced.

זַיִן m. Chald. unde cum א heemantico אֲזֵן, ex quo cum affix. & in pausa; quare ב afficitur (·) pro (·), אֲזֵנֶךָ, Deut. 23. v. 13. al. 14. Lxx. ζώνη σου *zona tua*, m. Vulg. *baltens tuus*, m. Alii, *arma tua*; leguntque אֲזֵנֶיךָ in plurali, & ex dialecto Chaldaïca, in qua זַיִן *arma* significat. Alii, *paxillus*, *instrumentum auris formam habens*; ab אָזַן in Piel *auscultavit.*

זִינָא Mass. *Ziná*, Lxx. Ζιζὰ, Vulg. *Zizá*, legebant זִיזָא, nomen propr. filii Semei, 1. Paral. 23. v. 10. Etym. *fornicatio*; à זָנָה *fornicatus est.* Vel Chald. *arma*, vide vocem præced. Vel *alimentum*, *cibus*; à זוּן, Chald. *alere*, *pascere.*

זִיעַ Mass. *Zía*, Vulg. *Zie*, nomen proprium viri è Tribu Gad, 1. Paral. 5. v. 13. Etym. *sudor*; à זֵעָה idem. Vel *motio*, *commotio*; à זוּעַ *moveri.* Vel denique *tremor*; ab eodem Verbo Chaldæis *tremere.*

זִיף Mass. & Vulg. *Ziph*, nomen proprium 1°. unius, vel, secundum alios, duarum civitatum in Tribu Juda, quarum altera nomen dedit vicinæ solitudini, Jos. 15. vv. 24. 55. 1. Reg. 23. v. 14. & 1. Paral. 2. v. 42. 2°. filii Jaleleel, 1. Paral. 4. v. 16. Etym. *istud os*, *oris*; ex זוּ *istud*, & פֶּה *os*, *oris.* Vel Chaldaice, *falsus*, *falsitas*; à זִיף, aut in Pael זַיֵּף *falsare*, *corrumpere.*

זִיפָה Mass. & Vulg. *Ziphá*, nom. proprium alterius è filiis Jaleleel, 1. Paral. 4. v. 16. Vide nom. præced. cum ejus etymologia.

זֵרוּעַ m. Levit. 11. v. 37. Lxx. σπέρματος *sativus*, sic etiam recentiores, quasi esset זָרוּעַ in Paoul Qal verbi זָרַע *seminavit.* Plur. cum præf. זֵרוּעֶיהָ, Isai. 61. v. 11. Lxx. τὰ σπέρματα αὐτῆς *semina ejus*, f. Vulg. *germen suum.* Alii, *sata sua.* Retinetur (ֻ), quia est pro (ּ) & dagh. nam hoc nomen est formæ גְּדוּף, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 390. c. 2. num. 10. & quia magna motio, quæ ad compensandum daghésch ejectum usurpatur, non est vulgo mutationi obnoxia. Vide eandem Gram. ibid. p. 56. num. 1. & p. 60. c. 2. num. III.

זַרְזִיף m. Psal. 71. Heb. 72. v. 6. Lxx. σταζοῦσαι *stillantes*, S. Hieron. *irrorantes* (stillæ seu guttæ), Vulg. Lat. *stillantia* (stillicidia), sensum expresserunt. Alii substantive, *stillatio, irrigatio, irroratio.* Aliis est *herba excisa*, à זְרַף Chaldæis *excidit*, geminata prima radicali. Alii radicem quadriliteram זרזף constituunt.

זַרְזִיר m. Prov. 30. v. 31. זַרְזִיר מָתְנַיִם *zarzír mothnáiim*, Lxx. ἀλέκτωρ ἐμπεριπατῶν *gallus incedens.* Aq. Theod. ἀλεκτρυὼν νώτου *gallus dorso.* Sym. περιεζωσμένος, vel περιεζωμένον τὴν ὀσφὺν *accinctus lumbos*, à זְרַז Chaldæis & Syris, vel ab אָזַר Hebræis, *accingere.* Vulg. *gallus succinctus lumbis.* Chald. interpretatur etiam *gallum succinctum*, h. e. generosum. Ex quo patet antiquis זַרְזִיר esse *gallum gallinaceum.* Aliis, & maxime recentioribus, est *lelaps*, seu canis venaticus, *pardus, leopardus, equus generosus*, &c. Vide Bochart. de animal.

Digitized by Google

sacr. part. 1. col. 102. & Fullerum Miscell. lib. 5. c. 12.

זָרַח QAL. Lxx. Aq. Sym. Theod. ἀνατέλλω, Lxx. item, ἐξανατέλλω, Vulg. & alii, *orior, exorior.* Lxx. item, φαίνομαι, Aq. ἀναφαίνομαι, Sym. ἐπιφαίνομαι, *appareo.*

Praet. 3. p. s. m. זָרַח & in pausa זָרָח, *oritur, orta est* (gloria). Cum praef. וְזָרַח *& orietur.* 3. p. s. f. זָרְחָה *orta est.* Cum praef. וְזָרְחָה *& orietur.*

Ben. s. m. זֹרֵחַ *oriens* (est), *oritur.*

Infin. cum praef. כִּזְרֹחַ *secundum oriri, cum ortus est, cum orietur* sol.

Fut. 3. p. s. m. יִזְרַח & in pausa יִזְרָח, *orietur.* Cum praef. וַיִּזְרַח *& ortus est.* 3. p. s. f. תִּזְרַח *orietur.*

זֶרַח m. unde cum aff. זַרְחֵךְ, Isai. 60. v. 3. Aq. Sym. Theod. ἡ ἀνατολή σου *oriens tuus*, f. Vulg. *ortus tuus*, f. Vacat apud Lxx. Rad. זָרַח *ortus est.*

זֶרַח Mass. *Zérahh*, Vulg. *Zára* & *Záre*, nom. proprium 1°. filii Rahuel filii Esaii, Gen. 36. v. 13. 2°. filii Judae ex Thamar, Gen. 38. v. 30. 3°. filii Simeonis filii Jacob, Num. 26. v. 13. 1. Paral. 4. v. 24. 4°. filii Adaia, 1. Paral. 6. v. 41. 5°. patris Jobab regis Edom, Gen. 36. v. 33. 6°. regis Æthiopum, 2. Paral. 14. v. 9. 7°. patris Zabdi patris Charmi patris Achan, Jos. 7. v. 1. Etym. *oriens*, vel *ortus*, aut *orientalis*; à זָרַח *ortus est.*

זַרְחִי Mass. *Zarhhí*, Vulg. *Zarahí* & *Zareita*, nomen commune posteris Zare filii Simeonis, Num. 26. v. 13. Etym. eadem ac nominis praeced.

זְרַחְיָה Mass. *Zerahhiá*, Vulg. *Zaraias*, nom. proprium filii Ozi filii Bocci, 1. Paral. 6. v. 6. Etym. *oriens Dominus*; à זָרַח *oriens, ortus*, & יָהּ *Dominus.*

זָרִים m. plur. à sing. inusit. זָר, Jerem. 51. v. 2. Lxx. ὑβρισταὶ *convitiatores.* Vulg. & alii, *ventilatores.* R. זָרָה *ventilavit, dispersit.*

זָרַם QAL, unde 2. p. s. m. Praet. cum affix. זְרַמְתָּם, Psal. 89. Heb. 90. v. 5. *inundasti, inundatione abripuisti eos.* S. Hier. *percutiente te eos*, h. e. percussisti. Lxx. ἐξουδενώματα αὐτῶν *nullitates eorum.* Vulg. Lat. *quae pro nihilo habentur eorum*, legebant זְרֻמָּה à וּרְמֹתָם, de quo infra.

POEL זוֹרֵם pro PIEL זֵרֵם, unde 3. p. pl. c. Praet. זֹרְמוּ, Psal. 76. Heb. 77. v. 18. *inundarunt*, S. Hieron. *excusserunt* (aquas nubila). Alii, *eruperunt, exundarunt* (aquae è nubibus). Lxx. πλῆθος ἤχους, Vulg. Lat. *multitudo sonitus*, sensum utcunque, non verba, expresserunt.

זֶרֶם & in pausa זָרֶם, m. Lxx. Theod. ψεκὰς *gutta.* Aq. ἐπιτίναγμα *commotio.* Sym. λαῖλαψ, Vulg. *turbo, procella, tempestas.* Lxx. item, σκληρότης *durities*, ὕδωρ *aqua*, σκορπίζων *dispergens*, Habac. 3. v. 9. al. 10. ubi legebant זֹרֵם à זָרַם *dispersit.* Alii, *cataracta, rapidus imber, inundatio subita & repentina.* Vulg. item, *gurges.* Cum praef. וְזֶרֶם *& inundatio*, כְּזֶרֶם *sicut inundatio*, מִזֶּרֶם *ab inundatione.* R. זָרַם *inundavit.*

זִרְמָה f. Lxx. αἰδοῖον *pudendum.* Alius, ἐκχύσις (?) *exsertio*, pudendi videlicet. Vulg. & alii, *fluxus.* Hinc const. & cum praefix. וְזִרְמַת *& fluxus.* Cum affix. זִרְמָתָם *fluxus eorum.* R. זָרַם *fluxit, inundavit.*

זָרַע QAL. Lxx. Sym. Theod. σπείρω, Vulg. & alii, *sero, semino.* Lxx. item, διασπείρω *dissemino.* Aq. Theod. σπερμαίνω *semino, semen in me habeo.*

Praet. 3. p. s. m. זָרַע *seminavit.* 1. p. s. c. cum praef. וְזָרַעְתִּי *& seminabo.* Cum praef. & affix. וּזְרַעְתִּיהָ *& seminabo eam.* 3. p. pl. c. זָרְעוּ *seminarunt.* 2. p. pl. m. זְרַעְתֶּם *seminastis.* Cum praef. וּזְרַעְתֶּם *& seminabitis.*

Ben. s. m. זוֹרֵעַ & זֹרֵעַ, *seminans.* Cum praefix. וְזֹרֵעַ *& seminans*, לַזֹּרֵעַ *satori.* Plur. absol. cum praef. וְזֹרְעִים *seminantes.* Const. זֹרְעֵי *seminantes.* Cum praef. וְזֹרְעֵי *& seminantes.*

Paoul s. m. cum (ָ) pro (וּ), זָרוּעַ *seminata, sata, orta* (lux). Fem. זְרוּעָה, Aq. Theod. Jerem. 2. v. 2. ἐσπαρμένη *sata, seminata.* Vacat apud Lxx.

Infin. cum praef. לִזְרֹעַ *ad seminandum.*

Imper. 2. p. s. m. זְרַע *semina.* 2. p. pl. m. זִרְעוּ *seminate.*

Fut. 3. p. s. m. in pausa; quare ר afficitur (ִ) loco (ְ), יִזְרָע *seminabit.* Cum praef. וַיִּזְרַע *& seminavit.* Cum praef. & aff. וַיִּזְרָעֶהָ *& sevit, & seminavit eam.* 2. p. s. m.

תזרע & in pausa תזרע, *seminabis.* Cum aff. תזרענו *seminabis eum.* 1. p. s. c. cum ה parag. אזרעה *seminabo.* Cum præf. & aff. ואזרעם *& disseminabo, & dispergam eos.* 3. p. pl. m. in pausa; unde ר notatur cum (ּ) loco (־), יזרעו *seminabunt.* Cum præf. ויזרעו *& seminarunt.* 2. p. pl. m. תזרעו & in pausa תזרעו, *feretis, seminabitis.* 1. p. pl. c. in pausa, נזרע *seminabimus.*

NIPHAL נזרע, Lxx. σπείρεται, Vulg. & alii, *seminor.* Lxx. item active, σπερματίζω *semento, liberos suscipio.*

Praet. 3. p. s. f. cum præfix. ונזרעה *& sementabit, & semen accipiet, & faciet liberos.* 2. p. pl. m. cum præf. ונזרעתם *& feremini, & seminabimini, & semen accipietis.*

Fut. 3. p. s. m. יזרע, & ex forma (־) יזרע, *seminabitur.* 3. p. s. f. תזרע *feretur.*

PUAL זרע, unde 3. p. pl. c. Praet. in pausa; quare ר notatur cum (ּ) pro (ּ), זרעו, Isai. 40. v. 24. Lxx. σπείρωσιν *seminaverint, semen emiserint.* Alii, *sati sunt, seminati sunt.*

HIPHIL הזריע, Lxx. Aq. Sym. σπερματίζω, Vulg. & alii, *semen facio, semen efficio, semento.*

Ben. s. m. מזריע *semen faciens, sementans.*

Fut. 3. p. s. f. תזריע *sementaverit, semen susceperit.*

זרוע m. unde const. & cum præf. כזרע, Num. 11. v. 7. Lxx. ὡσεὶ σπέρμα, Vulg. & alii, *quasi semen.* R. זרע *seminavit.*

זרע & in pausa זרע, m. Lxx. Aq. Sym. Theod. σπέρμα, Lxx. item, σπόρος, Vulg. & alii, *semen, sementis.* Lxx. item metaphorice, γενεὰ *generatio,* γένος *genus,* ἔθνος *gens,* υἱὸς *filius,* &c. Cum præfix. הזרע & in pausa הזרע, *semen,* וזרע & וזרע, *& semen,* כזרע *sicut semen,* לזרע & in pausa לזרע, *semini,* מזרע *de semine,* ומזרע *& de semine.* Cum præf. & affix. זרעו *semen ejus,* m. וזרעו *& semen ejus,* m. בזרעו *in semine ejus,* m. לזרעו *semini ejus,* m. ולזרעו *& semini ejus,* m. מזרעו *de semine ejus,* m. ומזרעו *& de semine ejus,* m. זרעה *semen ejus,* f. זרעך & in pausa זרעך, *semen tuum,* m. וזרעך & in pausa וזרעך, *& semen tuum,* m. בזרעך *in semine tuo,* m. ובזרעך & in pausa

ובזרעך, *& in semine tuo,* m. לזרעך *semini tuo,* m. ולזרעך *& semini tuo,* m. מזרעך *de semine tuo,* m. ומזרעך *& de semine tuo,* m. זרעך *semen tuum,* f. זרעי *semen meum,* c. זרעם *semen eorum,* וזרעם *& semen eorum,* בזרעם *in semine eorum,* ולזרעם *& semini eorum,* מזרעם *de semine eorum,* זרעכם *semen vestrum,* m. לזרעכם *semini vestro,* m. Plur. cum præf. & affix. וזרעיכם, 1. Reg. 8. v. 15. *& semina vestra,* m. Vulg. *& segetes vestræ,* m. R. זרע *seminavit.*

זרע m. Chald. unde cum præf. בזרע, Dan. 2. v. 43. Theod. ἐν σπέρματι *in semine.* Vulg. *semine.* R. זרע *seminavit.*

זרע vide זרוע, supra col. 519.

זרעים m. pl. unde cum præf. הזרעים, Dan. 1. v. 12. Theod. σπέρματα *semina,* Vulg. & alii, *legumina,* à sing. inusit. זרע cum (־) ad compensandum dagh. ejectum; est enim formæ גבור, quare (־) non mutatur. Vide Gram. Heb. t. 1. p. 56. num. I. &c. R. זרע *seminavit.*

זרענים m. plur. Dan. 1. v. 16. à sing. inusit. זרען formæ קלשון; quare (־) immutabile est, utpote quod dagh. ejectum compenset, vide vocem præced. Theod. σπέρματα *semina.* Vulg. & alii, *legumina.* R. זרע *seminavit.*

זרק QAL. Lxx. ῥαίνω, Vulg. & alii, *aspergo,* πάσσω *spargo,* καταπάσσω *circumspargo,* κατασκεδάζω, διασκορπίζω *dispergo,* ἐκχέω, προσεκχέω *effundo,* προσχέω (sic etiam alius), *affundo,* ῥίπτω *jacio,* &c.

Praet. 3. p. s. m. זרק *aspersit, fudit.* Cum præf. וזרק *& aspersit.* Cum præf. & affix. וזרקו *& aspersit eum.* 3. p. s. m. זרקה *aspersit se, sparsa est, effusa est.* 2. p. s. m. cum præf. וזרקת *& sparges.* 1. p. s. c. cum præf. וזרקתי *& spargam.* 3. p. pl. c. cum præfix. וזרקו *& spargent.*

Ben. s. m. cum præf. הזורק *spargens, qui spargit.* Plur. m. זרקים *spargentes.*

Infin. cum præf. ולזרק *& ad spargendum.*

Imper. 2. p. s. m. cum præf. וזרק *& sparge.*

Fut. 3. p. s. m. יזרק *sparget.* Cum præf. ויזרק *& sparsit.* Cum præf. & aff. ויזרקהו *& sparsit eum.* 2. p. s. m. תזרק *sparges.* 3. p. pl. m. cum præf. ויזרקו *& sparserunt.*

PUAL זֹרַק, 3. p. ſ. m. Praeteriti, Num. 19. vv. 13. 20. Lxx. περιεῤῥαντίσθη circumaſperſus eſt. Vulg. & alii, aſperſus eſt.

זֶרֶשׁ Maſſ. *Zéreſch*, Vulg. *Záres*, nomen proprium uxoris Aman, Eſth. 5. v. 10. Etym. *extranea miſeria*, vel *hæreditas*; à זָר *alienus*, *extraneus*, & רִישׁ *paupertas*, *miſeria*, vel יָרַשׁ *poſſedit*. Vel *ſparſa miſeria*, aut *hæreditas*; à זָרָה *ſparſit*, & vocibus mox poſitis. Vel *corona miſeriæ*, aut *hæreditatis*; ex זֵר *corona*, & prædictis vocibus.

זֶרֶת m. Lxx. σπιθαμή, Vulg. & alii, *ſpithama*, *palmus*, major videlicet, ac duodecim digitis conſtans. Vide Gram. Heb. tom. 2. p. 523. c. 1. 524. c. 2. Cum præf. וְזֶרֶת & in pauſa זָרֶת, *&* *ſpithama*, *&* *palmus*, בַּזֶּרֶת *in* vel *cum ſpithama*, aut *palmo*. Rad. זָרַת inuſit.

זַתּוּא Maſſ. *Zattû*, Vulg. *Zethú*, Nehem. 10. v. 13. al. 14. & *Zethuá*, Eſd. 2. v. 8. nomen proprium viri principis familiæ, quæ duce Zorobabele è captivitate Babylonica Jeroſolymam rediit, & fœdus cum Deo initum ſignavit. Etym. *olivetum*; ex זַיִת idem.

זֵתָם Maſſ. *Zethâm*, Vulg. mendoſe, *Zathán*, & *Zethán*, nomen proprium filii, aut unius è poſteris Leedan, 1. Paral. 23. v. 8. c. 26. v. 21. al. 22. Etym. *oliva eorum*; ex זַיִת *oliva*, & affix. 3. p. pl. m. Vel, *iſte perfectus* aut *ſimplex*; ex זֶה *iſte*, & תָּם vel תֹּם *perfectus*, *ſimplex*.

זֵתַר Maſſ. & Vulg. *Zethár*, nomen proprium unius è ſeptem eunuchis primariis regis Aſſueri, Eſth. 1. v. 10. Etym. *iſte turtur*, aut *explorans*, vel *contemplans*; ex זֶה *iſte*, & תּוֹר *turtur*, aut תּוּר *explorare*, *contemplari*. Vel, *oliva turturis*, *contemplationis*, *explorationis*; ex זַיִת *oliva*, & תּוֹר *turtur*, aut תּוּר *contemplari*, *explorare*.

חבא

חבא

חָבָא QAL, unde 2. p. ſ. f. Imperativi ex forma quieſc. Lam. ה, חֲבִי, Iſai. 26. v. 20. Lxx. ἀποκρύβηθι, Vulg. & alii, *abſcondere*, *abſconditor tu*, *latita*. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 287. c. 1.

NIPHAL נֶחְבָּא vel נַחְבָּא, Lxx. κρύπτομαι, Vulg. & alii, *abſcondor*, *abſcondo me*, *latito*, καταφεύγω *fugio*.

Praet. 3. p. ſ. m. נֶחְבָּא contracte pro נֶחְבָּא, *abſconderat ſe*. 2. p. ſ. m. נֶחְבֵּאתָ contracte pro נֶחְבֵּאתָ, *abſcondiſti te*. Sic cum præf. וְנֶחְבֵּאתָ *&* *abſcondes te*. 3. p. plur. c. נֶחְבְּאוּ & in pauſa נֶחְבָּאוּ, contracte pro נֶחְבְּאוּ, *abſconderunt ſe*. Sic cum præf. & in pauſa, וְנֶחְבָּאוּ *&* *abſconderunt ſe*. 2. p. pl. m. cum præf. וְנֶחְבֵּאתֶם contracte pro וְנֶחְבֵּאתֶם, *&* *abſconderis vos*.

Ben. pl. m. cum (ִ) pro (ֶ) ſub ב accelerandæ pronuntiationis gratia, נֶחְבָּאִים, Joſ. 10. v. 17. pro נֶחְבָּאִים, *abſconditi*, *latentes*. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 274. c. 2.

Infin. cum præf. בְּהֵחָבֵא, Dan. 10. v. 7. *in abſcondendo ſe*, *ut abſconderent ſe*. Vulg. *in abſconditum*. Theod. ἐν φόβῳ *in timore*.

לְהֵחָבֵא, & cum ה pro א quaſi ex forma quieſc. Lam. ה, לְהֵחָבֵה, 3. Reg 22. v. 25. 4. Reg. 7. v. 12. *ad abſcondendum ſe*. In forma Præteriti & cum ה in fine pro א, וְנֶחְבָּה, Jerem. 49. v. 10. contracte pro וְנֶחְבָּה, Lxx. κρυβῆναι *abſcondi*. Vulg. *celari*. Alii, *abſcondere ſe*. Aliis eſt Benoni ejuſdem conjugationis cum ה pro א. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 274. c. 1.

Fut. 2. p. ſ. m. תֵּחָבֵא *abſconderis*, *abſcondes te*. 1. p. ſ. c. cum præf. וְאֵחָבֵא *&* *abſcondi me*. 3. p. pl. m. יֵחָבְאוּ *abſcondent ſe*. Cum præf. וַיֵּחָבְאוּ *&* *abſconderunt ſe*.

PUAL חֻבָּא, unde 3. p. pl. c. Praet. חֻבְּאוּ, Job. 24. v. 4. Lxx. ἐκρύβησαν *abſconditi ſunt*. Sym. Theod. ἀφανεῖς ἐποίησαν *è medio ſuſtulerunt*. Vulg. *oppreſſerunt*. Sym. Theod. & Vulg. legiſſe videntur חִבְּאוּ in Piel; vel activum pro paſſivo, ut ſæpe fit, tranſtulerunt.

HIPHIL הֶחְבִּיא, Lxx. κρύπτω, κατακρύπτω, Vulg. & alii, *abſcondo*, *occulto*.

Praet. 3. p. ſ. m. cum aff. & in pauſa; quare א afficitur (ֶ) loco (ַ), הֶחְבִּיאַנִי

Digitized by Google

contracte pro חֲבָאַנִי, *absconditme*, c. 3. p. f. f. חֶחְבִּיאַתָה contracte pro חֶחְבִּיאַתָה, & cum duplici terminatione fem. mutatoque (ִי) in (ִ) accelerandæ pronuntiationis gratia הֶחְבְּאַתָה, Jos. 6. v. 17. *abscondit, absconderat.* Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 277. c. 2. 278. c. 1.

Fut. 3. p. f. m. cum præf. & aff. וַיַּחְבִּיאֵם contracte pro וַיַּחְבִּיאֵם *& abscondit eos.* 3. p. f. f. cum præf. eadem contractione, & (ִ) pro (ִי), וַתַּחְבִּא *& abscondit.* Sic 1. p. f. c. cum præf. וָאַחְבִּא *& abscondi.*

HOPHAL הָחְבָּא, unde 3. p. plur. c. Praet. in pausa; quare ב afficitur (ָ) pro (ְ), הָחְבָּאוּ hohhbaou contracte pro הָחְבְּאוּ hóhhovaou, Isai. 42. v. 22. Vulg. *absconditi sunt.* Lxx. ἔκρυψαν αὐτοὺς *absconderunt eos.*

HITHPAEL הִתְחַבֵּא vel הִתְחַבָּא, Lxx. κρύπτομαι, Vulg. & alii, *abscondor, abscondo me, latito, καταβαίνω descendo*, Job. 38. v. 30. ubi Vulg. *duror.*

Praet. 3. p. pl. c. הִתְחַבְּאוּ *absconderunt se.*

Ben. f. m. מִתְחַבֵּא *latitans.* Pl. m. מִתְחַבְּאִים, & cum præf. הַמִּתְחַבְּאִים, *latitantes, qui absconderant se.*

Fut. 3. p. f. m. יִתְחַבֵּא *absconditur, latitat.* Cum præf. וַיִּתְחַבֵּא *& abscondit se.* 3. p. pl. m. in pausa; quare servatur (ֵ) vocis primariæ, יִתְחַבָּאוּ *abscondent se.* Cum præfix. וַיִּתְחַבְּאוּ *& absconderunt se.*

חבב QAL, unde Ben. f. m. חֹבֵב, Deut. 33. v. 3. *amans, diligens* (fuit). Vulg. *dilexit.* Lxx. ἐφείσατο *pepercit*, per meiosin, cujus alia exempla vide in Gram. Heb. tom. 2. p. 254. c. 1. 2.

Infin. cum præf. & affix. בְּחֻבִּי, Job. 31. v. 33. *in amore meo*, vel *mei*, h. e. propter amorem mei; Vulg. & alii, *in sinu meo*, ex dialecto Chald. in qua חֻבָּא idem est atque Hebraicum חֵק *sinus, gremium.* Vacat apud Lxx.

חֹבָב Maff. *Hhováv*, Vulg. *Hobáb*, nom. propr. filii Raguel, soceri Moysi, Num. 10. v. 29. Judic. 4. v. 11. Etym. *dilectus*; ab חָבַב *dilexit.*

חֲבוּלָה f. Chald. Dan. 6. v. 22. al. 23. Theod. παράπτωμα *lapsus.* Vulg. *delictum.* Alii, *pravitas, corruptio*, &c. Rad. חֲבַל in Pael *perdidit, corrupit.*

חָבוּק vide חבק, infra col. 533.

חָבוֹר Maff. *Hhavór*, Vulg. *Habór*, nom. proprium fluvii vel regionis in terra Gozan, 4. Reg. 17. v. 6. c. 18. v. 11. & 1. Paral. 5. v. 26. Etym. *socius, particeps, incantatio*; ab חָבַר *sociatus, conjunctus est, incantavit.*

חַבּוּרָה & חֲבֻרָה, f. Lxx. Aq. Sym. Theod. μώλωψ, Vulg. & alii, *vulnus, plaga, vibex, tumor, livor, ulcus.* Cum præf. וְחַבּוּרָה *& vibex.* Cum præf. & affix. לְחַבֻּרָתִי *in vulnus meum, in livorem meum.* Plur. חַבּוּרוֹת *vibices.* Cum affix. & in pausa; quare ת notatur cum (ָ) pro (ַ), חַבּוּרֹתָי *vibices, cicatrices meæ.* Rad. חָבַר *sociatus est*, unde חַבּוּרָה *plaga*, quod sanguis cum ea societur, nec fluat; proindeque corrumpatur.

חֲבֻרָה, idem ac nomen præcedens, sed in alia forma. Hinc cum præf. aff. & (ֻ) pro (וּ), וּבַחֲבֻרָתוֹ, Isai. 53. v. 5. Lxx. τῷ μώλωπι αὐτοῦ, Vulg. *& livore ejus* (sanati sumus). R. חָבַר. Vide vocem præced.

חבט QAL. Lxx. Aq. Sym. Theod. ῥαβδίζω, Vulg. & alii, *virga excutio, decutio*, nimirum fructus ex arboribus, & frumenta ex folliculis. Lxx. item, συμποδίζω *concludo*, h. e. perdo. Vulg. *percutio.* Cum voce זַיִת *oliva*, Lxx. ἐλαιολογέω, Deut. 24. v. 20. *olivas*, (Vulg. *fruges olivarum*) *colligo.*

Ben. f. m. חֹבֵט *excutiens.*

Fut. 3. p. f. m. יַחְבֹּט contracte pro יַחְבֹּט, *excutiet.* Sic 3. p. f. f. cum præf. וַתַּחְבֹּט *& excussit*; & 2. p. f. m. תַּחְבֹּט *excuties.*

NIPHAL נֶחְבַּט, unde 3. p. f. m. Fut. cum (ֶ) in fine pro (ֵ) ob accentum retractum in concursu, יֵחָבֶט, Isai. 28. v. 27. Lxx. ῥάβδῳ τινάσσεται *virga excutitur.* Alius, ῥαβδὶ σείεται *virga* (Vulg. *in virga*) *excutietur.*

חֲבִי vide in חבא, supra col. 525.

חֲבַיָּה Maff. *Hhavaiá*, Vulg. *Habiá*, nomen proprium Sacerdotis cujus filii è captivitate Babylonica reduces genealogiam suam invenire non potuerunt, Nehem. 7. v. 63. Is, Esd. 2. v. 61. dicitur *Hobiá.* Etym. *absconsio*, vel *dilectio Domini*; ex חָבָא *absconditus est*, vel חָבַב *dilexit*, & יָהּ *Dominus.*

Digitized by Google

חֶבְיוֹן m. Habac. 3. v. 3. al. 4. Lxx. ἀγάπησις *dilectio*, ab חָבַב *dilexit*. Aq. teste S. Hieron. comm. in h. l. *absconsio*. Sic etiam recentiores. Sym. teste eod. Hieron. ibid. & Vulg. *abscondita est*. Alius, ἐπιγίνεται *firmata est*. R. חָבָא in Niphal *absconditus est*, sed forma est ab חָבָה.

חבל QAL. Lxx. Aq. Sym. Theod. ἐνεχυράζω, Lxx. item, ἐπενεχυράζω, *pigneror*. Complut. λαμβάνω εἰς ἐνέχυρον, Vulg. *in pignus accipio*. Lxx. item, διαλύω *dissolvo*, λυμαίνομαι *vasto*, ταπεινόω *humilio*, χηρεύω *viduo*, &c. Alii item, *corrumpo, perdo, ligo, obligo, constringo*, ex usu Chald. & Arabico.

PRAET. 3. p. s. m. in pausa; quare (-) ultimæ mutatur in (-), חָבָל *pigneratus est*. 1. p. pl. c. חָבַלְנוּ, Nehem. 1. v. 7. Lxx. διελύσαμεν *dissolvimus*. Vulg. *vanitate seducti sumus*. Legebat חָבַלְנוּ, ab חָבַל, quod vide supra col. 431. Alii, *corrupimus*.

BEN. s. m. חֹבֵל *pignerans*.

PAOUL pl. m. cum (·) pro (ו), חֲבֻלִים *oppignerata, in pignus data* (vestes).

INFIN. חֲבֹל, & in alia forma חָבֹל, *pignerando, corrumpendo*.

IMPER. 2. p. s. m. ex forma (-) חֲבָלֵהוּ *pignerare eum, pignus ab eo accipe*, Prov. 20. v. 16. & cap. 27. v. 13. anomalos pro חַבְלֵהוּ ex forma חֲבֹל; nam ex forma חֲבֹל esset חַבְלֵהוּ. Alii referunt ad Piel, sublato dagh. ex ל ob (·) suppositum.

FUT. 3. p. s. m. יַחְבֹּל *pignerabitur*. 2. p. s. m. תַחְבֹּל contracte pro תַּחֲבֹל, *pigneraberis*. 1. p. s. c. אֶחְבֹּל contracte pro אֶחֱבֹל, *corrumpam, perdam*. 3. p. plur. m. יַחְבְּלוּ & in pausa יַחְבֹּלוּ, contracte pro יַחֲבֹלוּ, *pignore accipiunt*.

NIPHAL נֶחְבַּל, unde 3. p. s. m. FUT. cum (·) in fine loco (-) ob accentum retractum in concursu, יֵחָבֶל, Prov. 13. v. 13. Lxx. καταφρονηθήσεται *contemnetur*. Alius, καταφθαρήσεται *corrumpetur, perdetur*. Vulg. *obligat se*.

PIEL חִבֵּל, Lxx. Theod. διαφθείρω, Lxx. item, καταφθείρω, *corrumpo, perdo*, &c. sic etiam recentiores. Vulg. *dissipo, demolior*. Lxx. item, ἀφανίζω *destruo*; & in alia signi-

ficatione, ὠδίνω vel ὠδινάω, *cum dolore pario*.

PRAET. 3. p. s. m. cum præfix. וְחִבֵּל & *perdet*. 3. p. s. f. חִבְּלָה, Cant. 8. v. 5. Lxx. ὠδίνησέ σε *peperit te*, legebant חִבְּלַתְךָ, quod paulo ante legitur. Vulg. *corrupta est*; legebat חֻבְּלָה in Pual. Ibidem cum affix. חִבְּלַתְךָ, Lxx. ὠδίνησέ σε *peperit te*, m. cum (·) pro (-) sub ל, sic: חִבְּלָתְךָ. Vel error est amanuensium, pro חִבְּלָתְךָ, quod sensus postulare videtur. Aq. διεφθάρη *corrupta est*, Vulg. *violata est*; legebant חֻבְּלָה, ut paulo ante, sine affixo; vel illud neglexerunt.

BEN. pl. m. מְחַבְּלִים *corrumpentes*.

INFIN. cum præf. לְחַבֵּל *ad corrumpendum, ad perdendum*.

FUT. 3. p. s. m. cum (-) in fine pro (·), ob sequens Maqqaph, יְחַבֶּל־ *parturiet, parturiit*. 3. p. s. f. תְּחַבֵּל *perdet*.

PUAL חֻבַּל, Lxx. καταφθείρομαι *corrumpor*, ὀλλύομαι *perdor, pereo*.

PRAET. 3. p. s. m. cum præf. וְחֻבַּל, Isai. 10. v. 27. & *corrumpetur*. Vulg. & *computrescet*. 3. p. s. f. in pausa; quare (-) primariæ vocis revocatur, ac insuper mutatur in (·), חֻבָּלָה, Job. 17. v. 1. *corruptus est*, Vulg. *attenuabitur* (spiritus meus).

חבל Chald. PEAL, unde PAEL חַבֵּל, Lxx. ἀφανίζω *destruo, è conspectu removeo*. Theod. διαφθείρω *corrumpo*, λυμαίνομαι *vasto, perdo*. Vulg. *dissipo, noceo*.

PRAET. 3. p. pl. m. cum aff. חַבְּלוּנִי *perdiderunt, læserunt me*, c. Vulg. *nocuerunt mihi*.

INFIN. cum præf. & ה in fine pro א, לְחַבָּלָה *ad destruendum, ad perdendum*.

IMPER. 2. p. pl. m. cum præf. & affix. וְחַבְּלוּהִי & *perdite*, & *dissipate eum* (arborem).

ITHPAEL אִתְחַבַּל, unde 3. p. s. f. FUT. תִּתְחַבַּל, Theod. διαφθαρήσεται, *corrumpetur, destruetur*. Vulg. *dissipabitur*.

חֲבָל־ m. Chald. unde cum præf. וַחֲבָל, Dan. 3. v. 25. Theod. καὶ διαφθορὰ, Vulg. & alii, & *corruptio*. R. חַבֵּל in Pael *corrupit, perdidit*.

חֲבֹל־ m. Lxx. ἐνεχύρασμα, ἐνεχυρασμός, Vulg. & alii, *pignus*. Potest esse Infinitivus Qal

Digitized by Google

verbi חָבַל *pigneratus est.* Vide supra col. 529.

חֵבֶל m. Lxx. Sym. ὠδὶν *dolor parturientis.* Lxx. item, ὠδὶνα, Vulg. & alii, *dolor*, in genere, sed gravissimus, & qualis est dolor parturientium. Plur. absol. חֲבָלִים *dolores.* Cum præf. וַחֲבָלִים *& dolores.* Const. חֶבְלֵי *dolores.* Cum præf. & affix. בַּחֲבָלֶיהָ *in doloribus ejus*, f. חֶבְלֵיהֶם *dolores eorum.* Rad. חָבַל in Piel *parturiit;* unde חֵבֶל *dolor proprie parturientis.*

חֶבֶל m. Lxx. Aq. Sym. Theod. σχοίνισμα, Lxx. Aq. Sym. σχοινίον, Lxx. item, σχοινισμὸς, Vulg. & alii, *funis*, *funiculus;* & metaphorice, seu metonymice, Lxx. κλῆρος, Vulg. & alii, *sors*, *hæreditas*, *portio*, quod olim hæreditates funibus metiri solerent. Hinc Sym. Soph. 2. v. 5. περίμετρον *mensura.* Lxx. item, σειρὰ *catena*, περίχωρος, περίχωρον, *circumjacens regio*, χορὸς *chorus.* Alii, *turba*, *caterva*, *cœtus hominum* quasi fune colligatorum, Vulg. *grex*, *cuneus*, διαφθορὰ, Ose. 11. v. 4. al. 5. *corruptio*, &c. Cum præf. הַחֶבֶל *funis*, וְחֶבֶל *& pars*, *& portio*, בַּחֶבֶל & בְּחֶבֶל, *fune*, *funiculo*, וּבְחֶבֶל *& fune*, מֵחֶבֶל *de portione* Cum aff. חַבְלוֹ *funiculus ejus*, m. Plur. חֲבָלִים *funes*, *funiculi.* Cum præf. וַחֲבָלִים *& funes*, בַּחֲבָלִים *cum funibus*, לַחֲבָלִים *funibus.* Const. חַבְלֵי *funes*, cum (ּ) sub ח pro (-), quasi ab חֶבֶל, quod vide supra, ut & Gram. Heb. tom. 1. p. 98. c. 2. Cum præf. בְּחַבְלֵי *funibus*, וּבְחַבְלֵי *& funibus.* Cum aff. חֲבָלָיו *funes ejus*, m. חֲבָלָיִךְ *funes tui*, f. in pausa; quare (-) mutatur in (ּ). R. חָבַל *ligavit*, *constrinxit.*

חִבֵּל m. Prov. 23. v. 34. Lxx. κλύδων *fluctus.* Alii, *malus navis*, *carchesius.* R. חָבַל *ligavit*, *constrinxit;* unde *malus nauticus*, vel quod funibus circumstringatur; vel quod ab ejus capite funes omnes ordinentur disponanturque.

חֹבֵל m. Lxx. πρωρεὺς *proræ dux*, h. e. *nauclerus*, ut vertunt alii, κυβερνήτης, Vulg. *gubernator*, nauticus, videlicet. Alii item, *nauta*, à funibus, quibus regitur navis. Cum præfix. הַחֹבֵל *nauclerus.* Plur. חֹבְלִים, Zach. 11. v. 7. & cum præf. הַחֹבְלִים, ibid. v. 14. Lxx. σχοίνισμα, Vulg. *funiculus*, sing. Aliis est nomen proprium baculi pastoralis, cujus etymologia est *funiculus*, aut *gubernator.* Const. חֹבְלֵי *nautæ.* Cum aff. & in pausa; quare ל afficitur (ּ) pro (-), וְחֹבְלָיִךְ *nautæ tui*, f. Sic cum præf. וְחֹבְלַיִךְ *& nautæ tui*, f. Rad. חָבַל *ligavit*, *constrinxit;* unde *nauclerus*, quod præsit funibus, quibus vela eriguntur, aut laxantur.

חֲבָלָא m. Chald. Esd. 4. v. 22. Lxx. ἀφανισμὸς *perditio*, *ruina.* Vulg. *malum.* Rad. חֲבַל in Pael *perdidit*, *destruxit.*

חֲבֹלָה f. Lxx. ἐνεχυρασμὸς, Vulg. & alii, *pignus.* Hinc cum aff. חֲבֹלָתוֹ *pignus ejus*, m. R. חָבַל *pigneratus est*, *pignus accepit.*

חֲבַצֶּלֶת f. Cant. 2. v. 1. Lxx. ἄνθος, Vulg. *flos*, Aq. καλυκωσις *rosa tumens.* Et Isai. 35. v. 1. Lxx. κρίνον, Vulg. *lilium*, Aq. κάλυξ, idem quod supra καλύκωσις. Alii utrobique, *rosa.* Cum præf. כַּחֲבַצֶּלֶת *sicut rosa.* R. חבצל inusit.

חֲבַצִּנְיָה Mass. *Hhabatsfiniá*, Vulg. *Habsaniás*, nom. proprium patris Jeremiæ patris Jezoniæ, Jerem. 35. v. 3. Etym. *debitum*, vel *absconsio clypei Domini;* ex חֹב *debitum*, *debitor*, vel חָבָא in Niph. *absconditus est*, צִנָּה *clypeus*, & יָהּ *Dominus.*

חבק QAL. Lxx. edit. Complut. Ald. & ms. Alex. περιλαμβάνω, Lxx. Vatic. περιβάλλω, Vulg. & alii, *complico*, *amplexor*, *complexor.* Sym. περιπλέκομαι *complicor.*

Ben. f. m. חֹבֵק, Eccle. 4. v. 5. *complicans* (est), *complicat.* Sym. περιπλέκεται *complicatur.* Fem. ex forma ה præcedente duplici (ּ), חֹבֶקֶת, 4. Reg. 4. v. 16. *amplexans* (eris), Vulg. *habebis in utero* (filium).

PIEL חִבֵּק, Lxx. περιλαμβάνω, Vulg. & alii, *complector*, *amplexor*, *amplector*, ut in Qal, περιβάλλομαι *induor*, συνέχομαι, Prov. 5. v. 20. *contineor.* Vulg. *foveor.*

Praet. 3. p. pl. c. חִבְּקוּ *amplectuntur*, *amplexati sunt.*

Infin. cum præf. מֵחַבֵּק *ab amplectendo*, Eccle. 3. v. 5. ubi Lxx. ἀπὸ περιλήμματος *ab amplexu.*

Fut. 3. p. f. m. cum præf. וַיְחַבֵּק, & cum (ּ) in fine pro (-), ob sequens Maqqaph, וַיְחַבֶּק־, *& amplexatus est.* Cum præf.

Digitized by

וַיְחַבְּקוּ & *amplexatus est eum.* 3. p. s. f. cum affix. תְּחַבְּקֵנִי *amplexabitur me*, c. 2. p. s. m. cum præf. וּתְחַבֵּק & *amplectêris.* Cum aff. תְּחַבְּקֶנָּה *amplexaberis eam.*

חִבֻּק m. Prov. 6. v. 10. c. 24. v. 33. *amplexus, complexus, complicatio* (manuum). Lxx. Verbaliter, ἐναγκαλίζομαι *ulnis amplector, ulnis complector.* Vulg. *complico, consero.* R. חָבַק *amplexus, complexus est.*

חֲבַקּוּק Maſſ. *Hhabaqqôuq*, Vulg. *Habacúc*, nomen propr. prophetæ, qui inter minores octavus eſt, Habac. 1. v. 1. Etym. *luctator*, ab אָבַק in Niph. *luctatus est*, mutato ח in א, cum ſint ejuſdem ordinis. Vel *amplexans*, ab חָבַק *amplexatus est.*

חָבַר QAL. Lxx. Sym. συνέχομαι, Lxx. item, συμφωνέω, Vulg. & alii, *convenio.* Aq. συμβάλλω *congredior.* Vulg. & alii item, *jungor, conjungor, socior, consocior*, &c. Et in alia ſignificatione, Lxx. ἐπάδω, Vulg. *incanto*, quod magicis carminibus ſerpentes & aliæ res noxiæ ita ſocientur, ut, ſecundum vulgi opinionem, vim nocendi amplius non habeant.

Praet. 3. p. pl. c. חָבְרוּ *convenerunt, sociati sunt.*

Ben. s. m. חוֹבֵר & חֹבֵר, Lxx. ἐπάδων, Sym. ἐπάδων, Vulg. & alii, *incantans, incantator.* Cum præf. וְחֹבֵר & *incantans.* Plur. f. חֹבְרֹת *sociantes se, juncta*, &c.

Paoul s. m. חָבוּר, unde conſt. חֲבוּר, Oſe. 4. v. 17. Lxx. μέτοχος, Vulg. & alii, *particeps, socius.*

PIEL חִבֵּר vel חִבַּר, Lxx. συνάπτω, Vulg. & alii, *conjungo, compono, connecto*, &c.

Praet. 3. p. s. m. חִבֵּר *conjunxit.* 2. p. s. m. cum præf. וְחִבַּרְתָּ & *conjunges.*

Infin. cum præf. לְחַבֵּר *ad conjungendum.*

Fut. 3. p. s. m. cum præf. וַיְחַבֵּר & *conjunxit.* Cum præf. & aff. וַיְחַבְּרֵהוּ, 2. Paral. 20. v. 36. & *consociavit eum*, & *in societatem eum admisit.* Vulg. & *particeps fuit* (cum eo).

PUAL חֻבַּר, Lxx. συνέχω, συνέχομαι, *conjungor*, συμπλέκομαι *complicor*, κοινωνέω *communico.* Alii, *socior, consocior.*

Praet. 3. p. s. m. in pauſa; quare (-) mutatur in (ָ), חֻבָּר, Exod. 39. v. 4. *conjungitur, conjunctio, commissura fit.* Cum præf. & in eadem pauſa, וְחֻבָּר, ibid. c. 28. v. 7. *ut conjunctio fiat, ut conjungantur.* 3. p. s. f. cum præf. שֶׁחֻבְּרָה *quæ conjungitur*, Pſal. 121. Heb. 122. v. 3. ubi Lxx. ἧς μετοχὴ αὐτῆς, Vulg. Lat. & S. Hieron. *cujus participatio ejus*, legebant שֶׁחֶבְרָהּ ab חֶבֶר, de qua voce infra col. 535.

Fut. 3. p. s. m. יְחֻבַּר, Eccle. 9. v. 4. ubi trajectis literis legitur יְבֻחַר, Lxx. κοινωνεῖ *communicat.* Alii, *sociabitur.* Vulg. ſenſum, non verbum, expreſſit. Cum præf. & aff. הַיְחָבְרְךָ haiehhovrecha, Pſal. 93. Heb. 94. v. 20. cum (ֳ hhatouph) pro (ֻ), & exſulante dagh. ex ב ob (ְ) ei ſuppoſitum, pro הַיְחֻבָּרְךָ, aut הַיְחֻבְּרְךָ, quod & ipſum contractum eſt pro הַיְחֻבַּר עִמְּךָ, vide Gram. Heb. t. 1. p. 181. c. 1. 2. Lxx. Theod. μὴ συμπροσέσται σοι, *nunquid aderit, adhærebit*, Vulg. Lat. *adhæret tibi?* Aq. μὴ μεθέξει σε, S. Hieron. *nunquid particeps erit tui?* Sym. μὴ συναφθήσεταί σοι, *nunquid conjungetur tibi?* Alii, *nunquid sociabitur tecum?*

HIPHIL הַחְבִּיר, unde 1. p. s. c. Fut. cum ה parag. אַחְבִּירָה, Job. 16. v. 4. contracte pro אַחְבִּירָה, Lxx. ἐναλοῦμαι *insiliam, insultabo.* Sym. προσηγορευόμην (ἑτέροις λόγοις) *loquerer* (vobiſcum aliis verbis). Vulg. *consolarer* (vos). Alii, *consociarem me* (vobiſcum aliis verbis).

HITHPAEL הִתְחַבֵּר vel הִתְחַבַּר, Lxx. κοινωνέω *communico*, φιλιάζω, Vulg. & alii, *amicitiam, societatem ineo.* Theod. συμμίγνυμαι *commisceor.* Alii, *socio, consocio me.*

Praet. 3. p. s. m. ex forma (-) cum א affecto (ֶ) pro ה notando cum (ִ), ex forma Chald. אֶתְחַבַּר, 2. Paral. 20. v. 35. pro הִתְחַבַּר, *amicitiam iniit, consociavit se.* Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 190. c. 1. 408. c. 1.

Infin. cum præf. & aff. כְּהִתְחַבֶּרְךָ, 2. Paral. 20. v. 37. *in consociando te*, m. Vulg. *quia habuisti fœdus.*

Fut. 3. p. pl. m. ex forma (-) mutati in (ָ) ob pauſam, יִתְחַבָּרוּ, Dan. 11. v. 6. *consociabunt se.* Vulg. *fœderabuntur.*

חַבָּר m. unde pl. חַבָּרִים, Job. 40. v. 25. Lxx. ἔθνη *gentes.* Vulg. *amici.* Alii, *sodales, socii*; &, ſecundum quoſdam interpretes,

socii incantatorum. Rad. חָבַר *sociavit, consociavit.*

חָבֵר m. Heb. & Chald. Lxx. Aq. Sym. Theod. μέτοχος, Vulg. *particeps.* Lxx. Aq. φίλος *amicus.* Lxx. Sym. ἑταῖρος, Vulg. & alii, *socius, sodalis.* Lxx. item, κοινωνὸς *particeps*, προσκείμενος, προσθεὶς, *adjectus*, ἐρχόμενος *veniens.* Sym. item, συνημμένος *conjunctus.* Theod. item, λοιπὸς *reliquus.* Cum aff. חֲבֵרוֹ *socius ejus*, m. Plur. absol. חֲבֵרִים *socii.* Const. חַבְרֵי *& socii.* Cum aff. חֲבֵרָיו, sine (י) חֲבֵרָו, vide Gram. Heb. t. 1. p. 128. §. IV. & Chald. חַבְרוֹהִי, Dan. 2. v. 17. *socii ejus*, m. Cum præf. & aff. itidem Chald. וְחַבְרוֹהִי *& socii ejus*, m. Dan. 2. v. 13. חֲבֵרֶיךָ *socii tui*, m. Cum præf. & aff. מֵחֲבֵרֶיךָ *præ sociis, præ participibus tuis*, m. Plur. f. Chald. cum aff. חַבְרָתַהּ, Dan. 7. v. 20. *sociæ ejus*, h. e. cetera cornua. Rad. חָבַר *sociatus est, socius fuit.*

חֶבֶר & in pausa חָבֶר, m. Lxx. Prov. 21. v. 9. cap. 25. v. 24. κοινὸς, Vulg. *communis*, h. e. ut interpretantur Sym. & Theod. ἑταιρικὸς *meretricius.* Alii item, Ose. 6. v. 9. *societas, sodalitium.* Et in alia significatione, Psal. 57. Heb. 58. v. 5. al. 6. Lxx. Aq. ἐπαοιδὴ, Sym. ἐπῳδὴ, *incantatio.* Lxx. item & Theod. adjective, φαρμακευόμενος, Vª. edit. φάρμακος, *veneficus, incantans, incantator*, sic etiam Vulg. alibi; legebant חֹבֵר in Benoni Qal, quod vide supra col. 533. Plur. חֲבָרִים *incantationes, incantatores.* Cum aff. חֲבָרַיִךְ *incantationes tuæ, incantatores tui*, f. Cum præf. & aff. בַּחֲבָרַיִךְ *cum incantationibus, incantatoribus tuis*, f. R. חָבַר *sociatus est, incantavit.*

חֶבֶר vel חָבֶר, Mass. *Hhéver*, Vulg. *Héber & Háber*, nomen proprium 1°. filii Beria filii Aser filii Jacob, Gen. 46. v. 17. 2°. patris Socho, 1. Paral. 4. v. 18. 3°. viri principis Cinæi, Jud. 4. v. 11. Etym. *socius* vel *incantator*; ab חָבַר *socius fuit, incantavit.*

חֲבַרְבֻּרֹת f. plur. unde cum affix. חֲבַרְבֻּרֹתָיו, Jerem. 13. v. 23. Lxx. τὰ ποικίλματα αὐτῆς, Vulg. *varietates ejus*, m. Alii, *maculæ livernes ejus*, m. Rad. חָבַר *sociatus est*, unde חֲבַרְבֻּרֹת, quod variæ maculæ in pardo, de quo hîc est sermo, simul socientur.

חַבּוּרָה vide חַבֻּרָה, } supra col. 528.
חַבֻּרָה vide חַבּוּרָה, }

חֶבְרָה f. unde cum præf. לְחֶבְרָה, Job. 34. v. 8. *in societate, ut societatem ineat.* Lxx. κοινωνήσας *communicans.* Vacat apud Vulg. R. חָבַר *sociatus est, societatem iniit.*

חֶבְרוֹן Mass. *Hhevrón*, Vulg. *Hebrón*, nomen propr. 1°. civitatis in Tribu Juda, Gen. 13. v. 18. &c. Dicitur Arbee, ibid. c. 23. v. 2. & Cariath Arbe, Jos. 15. v. 13. 2°. filii Caath filii Levi, Exod. 6. v. 18. & 1. Paral. 6. v. 18. Etym. *societas* sive *participatio*, vel *incantatio*, aut *livor*; ex חָבַר *sociatus est, incantavit*, aut חַבּוּרָה *livor.*

חֶבְרוֹנִי Mass. *Hhevroní*, Vulg. *Hebroni*, nom. commune familiæ Hebron, Num. 26. v. 58. Etym. vide nom. præcedens.

חֲבֶרֶת f. unde cum affix. חֲבֶרְתֶּךָ, Malach. 2. v. 14. cum (ֶ) pro (ַ) sub ב, quia duæ illæ motiones sæpius invicem permutantur, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 98. c. 2. fin. Lxx. κοινωνός σε, Vulg. *particeps tua.* Alii, *socia, conjux tua*, m. Rad. חָבַר *sociatus est.*

חֹבֶרֶת, & in pausa חֹבָרֶת, f. Lxx. συμβολὴ *junctura, commissura, conjunctio.* Sic etiam recentiores. Vulg. sensum, non verbum, expressit. Hinc cum præf. הַחֹבֶרֶת *junctura*, בַּחֹבָרֶת in pausa, *in junctura.* R. חָבַר *sociatus, conjunctus est.*

חָבַשׁ QAL. Lxx. δέω, καταδέω, Aq. Sym. ἐπιδέω, Vulg. & alii, *ligo, alligo, obligo*, proprie de vulneribus, quando curantur; & de equis, mulis, &c. cùm cingulis, in eorum instratu, obligantur. Hinc Lxx. Aq. item, & Theod. μοτόω *linamentum vulneri appono.* Lxx. item, ἰάομαι *sano*, πάλιν ἀποκαθίστημι *iterum restituo*, ἐμπίπλημι *impleo*, συμπλέκω *complico*, ζωννύω *cingo*, περιτίθημι *circumpono*, ὑποτίθημι (sic etiam alius) *insterno.* Alii item, *dominor*, quod principes subditos suos legibus, quasi vinculis, obligent.

Praet. 2. p. s. m. cum præf. וְחָבַשְׁתָּ *& alligabis.* 2. p. pl. m. חֲבַשְׁתֶּם *alligastis.*

Ben. s. m. חֹבֵשׁ, Isai. 3. v. 5. al. 6. Lxx. ἀρχηγὸς *princeps, dux.* Alii, *obligans, alligans, sanans.* Vulg. *medicus.*

Digitized by Google

Paoul f. m. חָבוּשׁ *alligata, ligata* (alga). Plur. m. חֲבוּשִׁים, & cum (-) pro (ו) חֲבֻשִׁים, *ligati.*

Infin. חֲבֹשׁ *obligare.* Cum præf. לַחֲבֹשׁ *ad obligandum.* Cum præf. & affix. לְחָבְשָׁהּ lehhovſcha *ad obligandum, ad ſanandum illud* (brachium).

Imper. 2. p. f. m. חֲבֹשׁ *liga, obliga.* 2. p. pl. m. חִבְשׁוּ *ligate, ſternite.*

Fut. 3. p. f. m. יַחֲבֹשׁ *ligabit, obligabit.* Cum præf. וַיַּחֲבֹשׁ, & ſequente Maqqaph וַיַּחֲבָשׁ־ vaiiahhavoſch- *& ligavit, & inſtravit.* Ex forma (-) mutati in (·) ob pauſam, וַיַּחְבֹּשׁ contracte pro וַיַּחֲבֹשׁ, *& obligat, & ſanat, & medetur.* Cum præf. & aff. וְיַחְבְּשֵׁנוּ *& obligabit, & curabit nos,* c. 3. p. f. f. cum præf. וַתַּחְבֹּשׁ *& ligavit, & ſtravit.* 1. p. f. c. אֶחְבֹּשׁ *ligabo, obligabo, curabo.* Cum ה parag. אֶחְבְּשָׁה *ligabo, ſternam.* Cum præf. & aff. וָאֶחְבָּשֵׁךְ *& circumligavi te,* f. Vulg. *& cinxi te,* f. 3. p. pl. m. יַחְבְּשׁוּ, & in pauſa, quare ſervatur hhól יַחֲבֹשׁוּ, *& inſtraverunt.*

PIEL 3. p. f. m. Praet. חִבֵּשׁ, Job. 28. v. 11. Lxx. ἀνεκάλυψεν *retexit, revelavit.* Aq. Theod. ἐξηρεύνησεν, Vulg. *ſcrutatus eſt.* Alii, *ligat, ligavit.*

Ben. f. m. cum præf. וּמְחַבֵּשׁ, Pſal. 146. Heb. 147. v. 3. Lxx. καὶ δεσμεύων *& ligans, & alligans,* h. e. & ſanans, & curans.

PUAL, חֻבַּשׁ, Lxx. κατεδέθησαν, Sym. ἐνδέομαι, Vulg. & alii, *ligor, obvolvor.*

Praet. 3. p. f. f. חֻבָּשָׁה, Ezech. 30. v. 21. *ligatum, involutum, obvolutum eſt* brachium. 3. p. pl. c. in pauſa; quare (-) mutatur in (·), חֻבָּשׁוּ *alligata ſunt* vulnera.

חֲבִתִּים m. plur. unde cum præf. הַחֲבִתִּים, 1. Paral. 9. v. 31. Lxx. τήγανον, Vulg. & alii, *ſartago,* ſeu *ſartagines.* R. חבת inuſit.

חַג, & in pauſa חָג, m. Lxx. Aq. Theod. ἑορτή, Sym. πανήγυρις, Vulg. & alii, *feſtum, feſtivitas, ſollemnitas;* & metonymice, *victima, hoſtia,* quæ in die feſto offerebatur. Vide Gram. Heb. t. 2. p. 54. fin. Cum præf. & in pauſa, הֶחָג *feſtum,* cum (·) loco (-) aut (·) ſub ה, ob aliud (·) ſequens ſub ח, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 69. c. 1. circa fin. הֶחָג & הַחָג, וְהֶחָג, *& feſtum,* בֶּחָג & בַּחַג, *in feſto,* וּבֶחָג *& in feſto,* כֶּחָג *ſicut feſtum.* Pro (·) ſub ב & כ in his exemplis, vide eandem Gram. ibid. pag. 380. c. 1. Cum præf. & affix. חַגָּהּ *feſtum ejus,* f. בְּחַגֶּךָ in pauſa, *in feſto tuo,* m. חַגִּי *feſtum meum,* c. חַגֵּנוּ *feſtum noſtrum,* c. Plur. חַגִּים *feſta.* Cum præf. בְּחַגִּים *in feſtis,* וּבְחַגִּים *& in feſtis.* Cum aff. חַגַּיִךְ *feſta tua,* f. חַגֵּיכֶם *feſta veſtra,* c. R. חָגַג *feſtum celebravit.*

חָגָּא hhoggá, m. aut potius f. nam א eſt pro ה. Hinc cum præf. לְחָגָּא lehhoggá Iſai. 19. v. 17. Lxx. εἰς φόβητρον *in terriculamentum.* Sym. εἰς γῦρον *in gyrum, in circuitionem* (referebat ad חוג חג *circuire*) Vulg. *in pavorem.* Alii, *in titubationem, in commotionem.* R. חָגַג *feſtum celebravit,* & Catachreſtice, *more ebriorum titubavit.*

חָגָב m. Lxx. ἀκρίς, Vulg. & alii, *locuſta;* & metaphorice, *ſpina dorſi,* Eccle. 12. v. 5. Vide Gram. Heb. tom. 2. p. 257. c. 2. Cum præf. הֶחָגָב *locuſta,* cum (·) pro (-) aut (·) ſub ה ob aliud (·) ſequens ſub ח. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 69. c. 1. Pl. cum præf. כַּחֲגָבִים *ſicut locuſtæ.* R. חגב inuſit.

חָגָב Maſſ. *Hhaghâv,* Vulg. *Hagáb,* nomen propr. viri, cujus filii è captivitate Babylonica duce Zorobabele reverſi ſunt, Eſd. 2. v. 46. Etym. *locuſta.* Vide vocem præcedentem.

חֲגָבָה Maſſ. *Hhaghavá,* Vulg. *Hagabá,* nomen propr. viri, cujus poſteri duce Zorobabele in Judæam reverſi ſunt, Eſd. 2. v. 45. Etym. *locuſta.* Vide tertiam ante vocem.

חָגַג QAL Lxx. Aq. Theod. ἑορτάζω, Sym. πανηγυρίζω, Vulg. & alii, *feſtum, ſollemnitatem celebro, ferior.* Lxx. item, ταράσσομαι *turbor, titubo more ebriorum.* Alii item, *ſalto, tripudio.*

Praet. 2. p. pl. m. cum præf. וְחַגֹּתֶם *& celebrabitis.*

Ben. f. m. חוֹגֵג *tripudians.* Plur. m. cum præf. וְחוֹגְגִים *& tripudiantes.*

Infin. cum præf. לָחֹג *ad celebrandum,* וְלָחֹג *& ad celebrandum.*

Imper. 2. p. f. f. חָגִּי hhoggi *celebra,*

Nah. 1. v. 15. ubi est (ֳ hhatouph) pro hhólem ob accentum à penult. ad ultimam præter analogiam retractum. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 218. c. 1. initio.

Fut. 2. p. s. m. תָּחֹג *festum celebrabis*. 3. p. plur. m. יָחוֹגּוּ *titubabunt*. Cum præf. וְיָחֹגּוּ veiahhóggou *&* *festum celebrabunt*. 2. p. pl. m. תָּחֹגּוּ tahhóggou *celebrabitis*. Cum affix. תְּחָגֻּהוּ tehhoggúhou *celebrabitis eum* (diem).

חֲגָוִים m. pl. Lxx. σκεπὴ *tegmen*, *tegumentum*, ὀπαὶ, τρυμαλιαὶ, Vulg. & alii, *foramina*, *caverna*, *fissuræ*. Hinc const. & cum præf. בְּחַגְוֵי *in foraminibus*, *in fissuris*. R. חָגָה inusit. cujus ה mutatur in (ו).

חֲגוֹר & חֲגֹר, m. Lxx. & alius, ζώνη, Lxx. item, ζῶσις, περίζωμα, Vulg. & alii, *zona*, *perizoma*, *cingulum*. Cum præfix. וַחֲגוֹר *&* *cingulum*. Cum aff. חֲגֹרוֹ *cingulum ejus*, m. Plur. const. חֲגוֹרֵי, Ezech. 23. v. 15. Lxx. adjective, διεζωσμένοι, Vulg. & alii, *accincti*. Forte legebant חֲגֻרֵי, in Paoul Qal Verbi Rad. חָגַר *cinxit*, *accinxit*.

חֲגוֹרָה & חֲגֹרָה, f. Lxx. ζώνη, παραζώνη, περίζωμα, Vulg. & alii, *zona*, *perizoma*, *cingulum*, *cinctura*, *balteus*. Cum præfix. וַחֲגֹרָה *&* *cingulum*. Cum præf. & aff. בַּחֲגֹרָתוֹ *in balteo suo*, m. Plur. חֲגֹרֹת, Gen. 3. v. 7. Lxx. περιζώματα, Vulg. *perizomata*. Alii, *cinctoria*, *subligacula*. R. חָגַר *cinxit*.

חַגַּי Mass. *Hhaggái*, Vulg. *Aggæus*, nomen proprium prophetæ inter minores decimi, Agg. 1. v. 1. Etym. *festivus*, *sollemnis*, vel *gyrans*; ab חָגַג *festum celebravit*, aut חוּג *circinare*, *gyrare*.

חַגִּי Mass. *Hhaggí*, Vulg. *Haggí* & *Aggí*, nomen proprium filii Gad, Gen. 46. v. 16. Ab eo dicta est familia Aggitarum, Num. 26. v. 15. Etym. eadem ac nominis præcedentis.

חַגִּיָּה Mass. *Hhaggiiá*, Vulg. *Haggia*, nom. proprium filii Merari, 1. Paral. 6. v. 29. al. 30. Etym. *festivitas*, *sollemnitas*, aut *gyrus Domini*; ab חַג *festum*, *sollemnitas*, aut חוּג *gyrare*, & יָהּ *Dominus*.

חַגִּית Mass. *Hhaggíth*, Vulg. *Haggith* & *Aggith*, nomen proprium matris Adoniæ filii David, 2. Reg. 3. v. 4. 1. Paral. 3. v. 2. Etym. *festiva*, *sollemnis*, vel *gyrans*; ab חַג *festum*, *sollemnitas*, aut חוּג *gyrare*.

חָגְלָה Mass. *Hhoglá*, Vulg. *Heglá*, nomen proprium filiæ Salphaad filii Hepher filii Galaad, Num. 26. v. 33. Etym. *festum*, *sollemnitas*, aut *gyratio ejus*, vel *ei*, f. ab חַג *festum*, *sollemnitas*, aut חוּג *gyrare*, & לָהּ *ejus*, *ei*, f.

חָגַר QAL. Lxx. Aq. & alius, ζωννύω, vel ζώννυμι, ζώννυμαι, Vulg. & alii, *cingo*, *cingor*. Lxx. item, ἀναζώννυμαι *accingo*, περιζώννυμι (sic etiam alius) περιζώννυμαι *circumcingo*, *accingor*, ἐνδύω (sic etiam alius) *induo*, ἀναλαμβάνω *assumo*, ἑορτάζω *festum agito*, Psal. 75. Heb. 76. v. 10. al. 11. sed pro חָגַר legerunt חָגַג; σφάλλω *erro*, *labor*, 2. Reg. 22. v. 46. ubi legisse videntur חָרַג, ut scribitur in Psalmo parallelo 17. Heb. 18. v. 46. Alii item, *impedio*, *coerceo*, *reprimo*; & passive aut reciproce, *accingor*, *accingo me*, &c.

Praet. 3. p. s. f. חָגְרָה *accingit*. 2. p. s. m. cum præf. וְחָגַרְתָּ *&* *cinges*. 3. p. pl. c. חָגְרוּ *accingunt se*. Cum præf. וְחָגְרוּ *&* *accingent*.

Ben. s. m. חֹגֵר *accingens*, 3. Reg. 20. v. 11. ubi Lxx. κυρτὸς *gibbosus*. Vulg. *accinctus*. Et 4. Reg. 3. v. 21. Lxx. περιζωσμένος, Vulg. *accinctus*. Legisse videntur חָגֻר.

Paoul s. m. חָגוּר, & cum præf. וְחָגוּר, *accinctus*, cum (ָ) pro (ַ) sub ח ob aliud (ְ) sequens sub ח. Vide Gram. Heb. t. 1. p. 69. c. 1. Fem. const. cum (ֻ) pro (וּ), חֲגֻרַת *accincta*. Plur. m. חֲגֻרִים *accincti*.

Infin. cum præf. לַחְגֹּר *ad accingendum*.

Imper. 2. p. s. m. חֲגֹר & חֲגוֹר, *accinge*. 2. p. s. m. חִגְרִי *accinge*. 2. p. pl. m. חִגְרוּ *accingite*. Cum præf. וְחִגְרוּ *&* *accingite*. 2. p. pl. f. חֲגֹרְנָה *accingite vos*.

Fut. 3. p. s. m. יַחְגֹּר contracte pro יַחֲגֹר, *accinget*. Sic cum præfix. וַיַּחְגֹּר *&* *accinxit*. Cum aff. יַחְגְּרֶהָ *præcinget se ea*, *qua præcingitur*. 2. p. s. m. תַּחְגֹּר contracte pro תַּחֲגֹר, *accinge*. 3. p. pl. m. יַחְגְּרוּ *accingent se*. Cum præf. וְיַחְגְּרוּ *&* *accingent se*. וַיַּחְגְּרוּ *&* *accinxerunt*. 3. p. pl. f. תַּחְגֹּרְנָה contracte pro תַּחֲגֹרְנָה, *accingent se*. 2. p. pl. m. cum præf. וַתַּחְגְּרוּ *&* *accinxistis*.

חֲגֹר vide חֲגוֹר, in col. præced.

Digitized by Google

חֲנֻכָּה vide חֲנֻכָּה, supra col. 539.

חַד m. Chald. ab Heb. אֶחָד aut אַחַד, sublato א per aphæresin, Lxx. Theod. εἷς, Vulg. & alii, *unus*. Fem. חֲדָא, & cum ה in fine pro א, חֲדָה, Lxx. Theod. *μία una*. Lxx. Theod. item, *πρῶτος primus* (annus). Cum præfix. כַּחֲדָה, Dan. 2. v. 35. Theod. *εἰσάπαξ semel*. Vulg. & alii, *simul, unà, pariter*.

חֲדָא vide in voce præcedenti.

חָדַד QAL. Lxx. *ὀξύνω, acuo*, Vulg. & alii, *acuor, παροξύνω exacuo*, Vulg. *acuo*, *ὀξύτερος (εἰμὶ) acutior*, Vulg. *velocior* (sum).

Praet. 3. p. pl. c. cum præf. וְחַדּוּ, Habac. 1. v. 8. *& acuti*, Vulg. *& velociores sunt*.

Fut. 3. p. f. m. יָחַד *acuetur*, alii, *acuet, acuit*, Prov. 27. v. 17. ubi est accentus in penult. quasi ex forma quiesc. Lamedh ה cum apocopa, pro יָחַד, quod legitur ibid. & in pausa יָחַד. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 288. c. 2. Alii fingunt verbum חָדָה *acuit*.

HOPHAL הוּחַד, Lxx. *ὀξύνομαι acuor, ἐξακονίομαι*, Vulg. & alii, *exacuor*.

Praet. 3. p. f. f. הוּחַדָּה *exacutus est* (gladius).

חָדָד nom. propr. vide חָדָד infra col. 544. fin.

חָדָה QAL. Lxx. *ἐξίσταμαι obstupesco, εἰμὶ sum*, Job. 3. v. 6. ubi Vulg. *computor*. Sym. *συνάπτομαι conjungor*. Vulg. item & alii, *gaudeo, lætor*.

Fut. 3. p. f. m. יִחַדְּ iiahhd, Job. 3. v. 5. al. 6. per apocopen pro יֶחֱדֶה, sublato ה, & (·) sub primam rad. transeunte יֵחַד; deinde hoc (·) resoluto in duplex (·), quorum prius convertitur in (-) furtivum ob gutturalem cui subjicitur, יִחַדְּ, vide Gram Heb. tom. 1. p. 23. circa med. & p. 288. col. 2. Lxx. *εἴη sit*. Sym. *συναφθείη conjungatur*. Vulg. *computetur*. Alii, *uniatur* (ab אֶחָד *unus*). Alii denique, *lætetur*. Cum præf. & eadem apocope, וַיִּחַדְּ vaiiahhd, Exod. 18. v. 9. Lxx. *ἐξέστη δὲ obstupuit autem*. Vulg. & alii, *lætatusque est* (Jethro).

PIEL חִדָּה, unde 2. p. f. m. Futuri cum affix. תְּחַדֵּהוּ, Psal. 20. Heb. 21. v. 6. al. 7. Lxx. *εὐφρανεῖς αὐτὸν* Sym. *χαροποιήσεις αὐτὸν*, Vulg. & alii, *lætificabis, exhilarabis eum*.

חַדָּה f. à sing. inusit. חַד, Lxx. *ὀξεῖα*, Vulg. & alii, *acuta, acutus* (gladius), *ἠκονημένον acutum* (*ὕστερον novissimum*). R. חָדַד *acuit, acutus est*.

חַדַּת vide חַד, in col. præced.

חַדּוּדִים m. plur. unde conſt. חַדּוּדֵי, Job. 41. v. 21. al. 22. Lxx. *ὀβελίσκοι obelisci*. Aq. *ὀξυτόμοι acumina*. Sic etiam recentiores. Sym. *σιδήρεια ferramenta*. Theod. *σιδήρειον ferramentum* (fabri). Vulg. *radii* (solis). R. חָדַד *acutus, exacutus est*.

חֶדְוָה f. Lxx. *εὐφροσύνη*, Vulg. & alii, *gaudium, lætitia, καύχημα gloriatio*. Hinc cum præf. וְחֶדְוָה *& gaudium, & lætitia*. Conſt. חֶדְוַת *gaudium*. R. חָדָה *gavisus, lætatus est*, cujus tertia rad. ה mutatur in (ו).

חֲדִי & emphat. חֲדֵא, m. Chald. unde cum affix. plur. pro sing. vide Gram. Chald. tom. 2. p. 582. c. 2. חֲדוֹהִי, Dan. 2. v. 32. Theod. *στῆθος*, Vulg. *pectus*, neglecto affixo. Alii, *pectus ejus*, m. Idem est atque Heb. חָזֶה, mutato pro more Chaldæorum ז in ד.

חָדִיד Maſſ. *Hhadhîdh*, Vulg. *Hadîd*, nomen proprium civitatis in Tribu Benjamin, Nehem. 7. v. 37. cap. 11. v. 34. Etym. *acutus*, vel *gaudens*; ab חָדַד *acutus fuit*, vel חָדָה *lætatus est*.

חָדַל & חָדֵל, QAL, Lxx. Aq. Sym. *παύω*, Lxx. item, *παύομαι*, Lxx. item & Theod. *κοπάζω*, Aq. *κοπάω*, Vulg. & alii, *cesso, desino*. Lxx. Sym. item, *ἀπέχω*, vel *ἀπέχομαι, abstineo*. Aq. Sym. Theod. item, *σχολάζω vaco*. Lxx. item, *ἀνίημι, ἀφίημι* (sic etiam Theod.) *παρίημι, dimitto, ἀπειθέω non obedio, ἀπεῖπον nego, abdico, ἀπολείπω relinquo, ἀποτρέχω aufugio, ἀφίσταμαι recedo, οὐ βούλομαι, μὴ θέλω, nolo, διαλείπω, ὑστερέω, desino, οὐ δύναμαι non possum, ἐκλείπω deficio, ἐκφεύγω effugio, ἐνδίδωμι cedo, remitto, ἐπέχω inhibeo, ἡσυχάζω quiesco, κοπάω* vel *κοπάζω*, Psal. 48. Heb. 49. v. 8. al. 9. (nisi sit mendum pro *κοπάζω*) *laboro, παρέρχομαι prætereo, προσέχω attendo, πτοέω terreo, σιωπάω taceo*, &c.

Praet. 3. p. f. m. חָדַל *desiit, cessavit*. Cum præf. וְחָדַל *& desierit*. 2. p. f. m. cum præf. וְחָדַלְתָּ *& cessas*. 1. p. f. c. cum præf.

Digitized by Google

& (-) sub ח pro (-), idque amanuensium, ut videtur, oscitantia, חֲחַדַלְתִּי pro הֶחֳדַלְתִּי, Jud. 9. vv. 9. 11. 13. Lxx. *μὴ ἀπολείψασα num derelinquens?* Sym. ἆρα παύσομαι *num cessabo?* Theod. μὴ ἀφεῖσα *num dimittens?* Vulg. *nunquid deserere possum?* Alii, הֶחֳדַלְתִּי componunt ex Hiphil & Hophal, ita ut הֶ sit ex Hiphil, חֳ ex Hophal, & דַלְתִּי ex utroque. Vel הֶחֳדַלְתִּי mendum est pro הֶחֱדַלְתִּי in Hiphil, aut הָחֳדַלְתִּי in Hophal, subintellecto ה interrogativo, ut fit interdum. Vide Gram. Heb. t. 1. p. 187. c. 1. 2. 423. c. 1. 2. 3. p. pl. c. חָדְלוּ & in pausa ex forma (-), quod idcirco retinetur, חָדֵלּוּ *cessarunt, desierunt.* Sym. 1. Reg. 2. v. 5. ἀνενδεεῖς ἐγένοντο *non egentes facti sunt.* Vulg. *saturati sunt*, recte; nam hic *desierunt* (esurire), idem est per meiosin ac *cibo repleti sunt.* 1. p. pl. c. חָדַלְנוּ *cessavimus.*

Infin. cum præf. חדל מֵחֲדֹל *à cessando.*

Imper. 2. p. f. m. ex forma (-) חֲדַל & in pausa; quare (-) mutatur in (-), חֲדָל *desine, desiste.* 2. p. pl. m. חִדְלוּ & in pausa חֲדָלוּ, *desistite.*

Fut. 3. p. f. m. ex forma (-) quæ in toto hoc futuro obtinet, יֶחְדַּל contracte pro יֶחְדַּל, sic in pausa יֶחְדָּל & יֶחֱדָל, *cessabit, desinet, desistat.* Cum præf. & contracte וַיֶּחְדַּל *& cessavit, & desiit*, וַיֶּחְדָּל, in pausa, *& desistet.* 3. p. f. m. contracte & in pausa תֶּחְדָּל *desistet.* Cum præf. וַתֶּחְדַּל *& destitit.* 2. p. f. m. contracte תֶּחְדַּל *desieris.* 1. p. f. c. contracte & in pausa אֶחְדָּל *desistam.* Cum præf. & ה parag. וְאֶחְדְּלָה *& desistam.* 3. p. pl. m. contracte & in pausa, יֶחְדָּלוּ, & cum ן parag. & in eadem pausa יֶחְדָּלוּן, *cessabunt, desinent, desinant.* Cum præf. & ex forma יֶחְדַּל, וַיֶּחְדְּלוּ *& desierunt.* 1. p. pl. c. in pausa נֶחְדָּל contracte pro נֶחְדַּל *desistemus.*

חדל חָדֵל m. Lxx. Psal. 38. Heb. 39. v. 5. ὑστερῶ *deficio*; legebant חדל vel חָדֵל in Benoni Qal. Vulg. & S. Hieron. *desit*; referebant ad tertiam p. f. m. Præteriti ejusdem Qal ex forma (-). Alii, *desinens, deficiens, nullus sim.* Cum præf. וַחֲדַל, Ezech. 3. v. 26. al. 27. cum (-) sub ה loco (-) ob aliud (-) sequens sub ה, vide Gram. Heb. t. 1.

p. 69. c. 1. Lxx. καὶ ὁ ἀπειθῶν *& incredulus, & inobediens.* Vulg. *& qui quiescit.* Alii, *& cessans, & abstinens, & desinens.* Const. & cum præf. וַחֲדַל, Isai. 53. v. 3. Lxx. καὶ ἐκλεῖπον (εἶδος) *& deficiens* (species). Sym. καὶ ἐλάχιστος *& minimus.* Vulg. *novissimus*, h. e. *abjectissimus, contemtissimus* virorum, q. d. vir esse desinens. Rad. חָדַל *cessavit, desiit.*

חדל חֶדֶל m. unde in pausa חָדֶל, Isai. 38. v. 11. Vulg. *quies.* Alii, *mundus, tempus, sæculum*, instabile videlicet, & cito desinens. Lxx. Theod. Verbal. ἐξέλιπεν *defecit.* Aq. ἐπαύσατο *quievit, cessavit.* Legebant חדל in Præterito aut Benoni Qal Verbi Rad. חָדַל aut חָדֵל, *quievit, cessavit.*

חדלי חַדְלָי, unde in pausa חַדְלָי, Mass. *Hhadhlái*, Vulg. *Hadalí*, vel *Adalí*, nom. proprium patris Amasæ, 2. Paral. 28. v. 12. Etym. *cessatio, quies, defectus*, &c. ab חָדַל *cessavit, quievit, defecit*, &c.

חדק חֵדֶק m. unde cum præf. כְּחֵדֶק, Mich. 7. v. 4. Lxx. ὡς σὴς ἐκτρώγων *quasi tinea corrodens.* Vulg. *quasi paliurus.* Alii, *quasi spina.* Rad. חָדַק. Vide vocem seq.

חדק חֵדֶק m. unde in pausa חֵדֶק, m. Prov. 15. v. 19. Lxx. ἀκανθαι, Vulg. & alii, *spina.* R. חָדַק inusit. Quidam referunt ad דָּחַק, trajectis literis ד & ח, *arctavit, arcte adhæsit*; unde *spina*, quod carni infigatur, eique arcte adhæreat.

חדקל חִדֶּקֶל Mass. *Hhiddéqel*, Vulg. *Tigris*, Gen. 2. v. 14. nomen proprium fluvii Asiæ celeberrimi, qui è montibus Armeniæ ortus ad meridiem Assyriæ fluit, receptoque Euphrate, in sinum Persicum effunditur. Etym. *acutus, levis*; ab חָדַד *acuit, acutus est*, & קָלַל *levis fuit.* Sic dictus est quod sit rapidissimus.

חפשה m. Lxx. Levit. 19. v. 20. ἐλευθερία, Vulg. & alii, *libertas.* Lxx. item adjective, ἐκλεκτὸς, Ezech. 27. v. 20. *electus*, h. e. pretiosus, & viris ingenuis conveniens. Cum aff. & (ֻ) pro (ָ hhatouph) חפשה *libertas ejus*, f. Levit. 19. v. 20. ubi deficit Mappiq in ה, pro quo defectu vide Gram. Heb. tom. 1. p. 128. §. IV. col. 2. Aliis est substantivum fem. sed repugnat verbum sequens masculinum. Rad. חפש, in Pual *libertate donatus est.*

חפשה vide in præcedenti nomine חפש.

חפשי hhophschi, m. Lxx. Aq. Sym. ἐλεύθερος, Vulg. & alii, *liber.* Lxx. item, μὴ ἀδεδιὼς *non timens*, sensum, non verbum, expresserunt. Et substantive, ἄφεσις *dimissio*, Isai. 58. v. 6. ubi pariter solum sensum expresserunt. Cum præf. לחפשי *libero.* Plur. חפשים hhophschim *liberi.*

חפשית hhophschith, f. 4. Reg. 15. v. 5. Et cum (ו) mendoso pro (י), חפשות hhophschouth, 2. Paral. 26. v. 21. ubi Mass. legendum tradunt חפשית, ut 4. Reg. 15. v. 5. Hinc cum præfix. החפשית hahhophschith, 4. Reg. 15. v. 5. .... *& habitavit* (Azarias) *in domo* החפשית, Aq. ἐλευθερίας *libertatis*, Vulg. *libera*, h. e. *separata*, ut vertit idem Vulg. 2. Paral. 26. v. 21. Sym. ἐγκεκλεισμένος *inclusus.* Alius hic & 2. Paral. 26. v. 21. κρυφαίως *clam*, *occulte*, h. e. seorsim. Alius item 2. Paral. 26. v. 21. κρυφαίως ἐγκεκλεισμένος *clam inclusus.* Lxx. vocem Hebraicam, sed corruptam, retinent, ἀφφουσώθ, ἀπφουσώθ; legebant חפשות. Ms. Coislin. 2. Ἀφφσώθ, Euseb. de locis Heb. Ἀφφσὼθ, vel Ἀφουσώθ. R. חפש, in Pual *libertate donatus est.*

Digitized by Google

חִץ, & cum (י) parag. ut indicat accentus in penult. חִצִּי, m. Lxx. Aq. Sym. Theod. βέλος, Lxx. item, βολὶς, ῥίζα, Vulg. & alii, *sagitta*, *telum*, *jaculum*. Lxx. Sym. item, τόξον *arcus*. Lxx. item, τόξευμα *sagittatio*, κοντὸς *contus*, *hastile*, ῥάβδος *virga*. Cum præf. וְחִצִּי *sagitta*, וְחֵץ *& sagitta*, לַחֵץ & לְחִצִּי, *sagittæ*, *ad sagittam*, מֵחֵץ *à sagitta*. Cum aff. חִצּוֹ *sagitta ejus*, m. mutato (-) in (·) sequente daghésch ad compensandam secundam radicalem ejectam. Vide Gram. Heb. t. 1. p. 94. c. 1. Sic חִצִּי *sagitta mea*, c. חִצָּם *sagitta eorum*. Plur. abs. חִצִּים *sagittæ*, mutato (-) in (·) & dagh. eandem ob causam, qua cum aff. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 60. c. 2. fin. Cum præf. הַחִצִּים *sagittæ*, וְחִצִּים *& sagittæ*, בַּחִצִּים *in*, vel *cum sagittis*, וּבַחִצִּים & וּבְחִצִּים, *& cum sagittis*, כַּחִצִּים *sicut sagittæ*. Conſt. חִצֵּי *sagittæ*. Cum præf. & aff. וְחִצּוֹ *sagitta ejus*, m. וְחִצּוֹ *& sagitta ejus*, m. חִצֶּיךָ *sagitta tua*, m. וְחִצֶּיךָ *& sagitta tua*, m. חִצַּי *sagittæ mea*, c. Rad. חָצַץ *discidit*, *divisit*, *dilaceravit*, unde *sagitta*; quod partes corporis, quas penetrat, dilaceret. Alii חָצַץ *sagittandi* etiam potestatem sive sensum affingunt. Vide infra suo loco.

חֵץ vide חוּץ, supra col. 555.

חצב QAL. Lxx. Aq. Sym. Theod. λατομέω, Lxx. item, ἐκλατομέω, *exscindo*, proprie lapides, ut חָטַב *ligna exscindere* significat; *exstruo*, *effodio*. Lxx. item, κόπτω *cædo*, διακόπτω *discindo*, μεταλλεύω *metallum eruo*, ὀρύσσω *fodio*, λαοθετέω *demeto*, ποιέω *facio*, ἐρείδω *fulcio*. Sym. item, καταδιαιρέω *divido*.

Praet. 3. p. s. m. חָצַב *excîdit*, *extrusit*, *effodit*. 3. p. s. f. חָצְבָה *excîdit*. 2. p. s. m. חָצַבְתָּ *excidisti*. 1. p. s. c. חָצַבְתִּי *excîdi*.

Ben. s. m. חֹצֵב, Lxx. λατόμος *lapicida*, *cæsor lapidum*, τεχνίτης *artifex*, in genere. Alii, *cædens*. Cum (י) parag. חֹצְבִי *cædens*, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 164. c. 1. Cum præf. הַחֹצֵב *cædens*. Plur. m. חֹצְבִים *cædentes*. Cum præf. לַחֹצְבִים *cædentibus*. Conſt. & cum præf. וּלְחֹצְבֵי *& cæsores*.

Paoul plur. m. חֲצוּבִים *excisæ*, *effossæ* (cisternæ).

Infin. cum præf. לַחְצֹב & לַחְצוֹב, contracte pro לַחֲצֹב, aut לַחְצֹב, *ad cædendum*, *ad fodiendum*.

Fut. 3. p. s. m. cum præf. וַיַּחְצֹב contracte pro וַיַּחֲצֹב, *& excîdit*, *& effodit*. Sic 2. p. s. m. תַּחְצֹב *excîdes*, *effodies*.

NIPHAL נֶחְצַב, unde 3. p. pl. m. Fut. cum ן parag. יֵחָצְבוּן, Job. 19. v. 24. Lxx. ἐγγλυφῆναι *insculpi*, Vulg. *sculpantur*, alii, *incîdantur*, *excidantur*.

PUAL חֻצַּב, unde 2. p. pl. m. Praet. חֻצַּבְתֶּם, Isai. 51. v. 1. Theod. ἐλατομήθητε, Vulg. & alii, *excisi estis*. Lxx. ἐλατομήσατε *excidistis*, legebant חִצַּבְתֶּם in Piel.

HIPHIL הֶחְצִיב, unde Ben. s. f. ex forma ה præcedente duplici (ּ), & cum præf. הַמַּחְצֶבֶת, Isai. 51. v. 9. al. 10. Theod. λατομήσασα *excîdens*, alius, κατακόψασα *amputans* (es vel fuisti). Vulg. *percussisti*. Vacat apud Lxx.

חצה QAL. Lxx. Aq. Sym. ἡμισεύω, Vulg. & alii, *dimidio*, h. e. in duas partes æquales divido. Lxx. item, διαιρέω, διαιρέω, Sym. διαμερίζω, Vulg. & alii, *divido*, *distribuo*. Lxx. item, διαστέλλω *discerno*, μεριτεύομαι *partior*. Theod. item, Job. 40. v. 25. ἀγοράζω *emo*, referebat ad חוּץ *forum*, *platea*.

Praet. 3. p. s. m. חָצָה *divisit*, *partitus est*. 2. p. s. m. cum præfix. וְחָצִיתָ *& divides*. 3. p. pl. c. cum præf. וְחָצוּ *& divident*.

Fut. 3. p. s. m. יֶחֱצֶה *dividet*. Cum præf. & apocopa, de qua vide Gram. Heb. t. 1. p. 288. c. 2. וַיַּחַץ pro וַיֶּחֱצֶה, *& divisit*. Cum præf. & aff. וַיֶּחֱצֵם *& divisit eos*. 3. p. pl. m. יֶחֱצוּ, & cum ן parag. יֶחֱצָיוּן, *dimidiabunt*, *partientur*. Cum aff. יֶחֱצוּהוּ *divident eum*.

NIPHAL נֶחֱצָה, Lxx. διαιρέομαι, Vulg. & alii, *dividor*, διαρρήγνυμαι *disrumpor*.

Fut. 3. p. s. f. cum præf. & apocopa, quam vide in Gram. Heb. tom. 1. p. 293. c. 2. וַתֵּחָץ pro וַתֵּחָצֶה, *& dividetur*. 3. p. pl. m. יֵחָצוּ *dividentur*. Cum præf. וַיֵּחָצוּ *& divisæ sunt* (aquæ).

חוּצוֹת חָצוֹת vide חוּצוֹת, supra col. 555. in חוּץ.

חֲצֹצְרוֹת vide חֲצֹצְרָה, infra col. 649.

חָצוֹר Mass. *Hhatsôr*, Vulg. *Hasôr*, & *Asôr*, nomen proprium 1°. civitatis regiæ ac

Digitized by Google

metropoleos Chananæorum, quæ postea fuit Tribus Nephthali, Josue 19. v. 36. &c. 2°. alterius civitatis in Tribu Juda, Jos. 15. v. 23. 3°. alterius itidem civitatis in eadem Tribu, quæ, ut à præcedenti distingueretur, dicta est Asor nova, Jos. 15. v. 25. Etym. *atrium*, aut *fœnum*; ab חָצֵר *atrium*, aut חָצִיר *gramen*, *fœnum*.

חֲצוֹת f. plur. unde const. חֲצוֹת, Lxx. *μέσος*, Vulg. & alii, *medius*; & cum voce לַיְלָה *nox*, quacum semper construitur, *μεσονύκτιον media nox*. Alii, *medium*, *dimidium*, *medietas*. Cum præfix. וַחֲצוֹת *& medium*, כַּחֲצוֹת *secundum medium*. R. חָצָה *dimidiavit*.

חֲצִי m. & in pausa חֵצִי, quasi ab חֲצִי, Lxx. *ἥμισυ*, Vulg. & alii, *medium*, *dimidium*, *βολὶς* seu *βολίδες*, *sagitta*, 1. Reg. 14. v. 14. ubi legebant חֵצִי ab חֵץ, *sagitta*. Et Verbaliter, *μεσοῦμαι dimidior*. Cum præf. הַחֲצִי & in pausa הַחֵצִי *dimidium*, וַחֲצִי, הַחֲצִי, & in pausa וַחֵצִי *& dimidium*, בַּחֲצִי *in medio*, כְּבַחֲצִי *quasi in medio*, לַחֲצִי & in pausa לַחֵצִי, *dimidio*, *in dimidium*, *in duas partes*, וְלַחֲצִי *& dimidio*, מֵחֲצִי *à dimidia* (Tribu), וּמֵחֲצִי *& à dimidia* (Tribu). Cum præf. & affix. חֶצְיוֹ *dimidium ejus*, cum (ֶ) pro (ֲ), vel quia duæ illæ motiones facile invicem permutantur; vel est à forma חֶצִי, vide Gram. Heb. t. 1. p. 100. paulo post med. Sic, וְחֶצְיוֹ & וַחֲצִיוֹ, *& dimidium ejus*, m. וּלְחֶצְיוֹ *& dimidiæ* (Tribui) *ejus*, m. מֵחֶצְיוֹ *à dimidio ejus*, m. חֶצְיָהּ *medium ejus*, f. חֶצְיָם *dimidium eorum*, וְחֶצְיָם *& medium eorum*, חֶצְיֵנוּ *dimidium nostri*, c. R. חָצָה *dimidiavit*.

חֵצִי *sagitta*, vide in חֵץ, supra col. 645.

חָצִיר m. Lxx. Sym. Theod. *χόρτος*, Vulg. & alii, *fœnum*, *gramen*. Lxx. item & Aq. *πράσον*, Vulg. *porrum* vel *porrus*. Lxx. item & Sym. *χλωρὸν viride*. Lxx. item, *βοτάνη*, *χλόη*, *herba viridis*, *αὐλὴ atrium*, Isai. 34. v. 14. ubi legebant חָצֵר aut חֲצַר, vel (י) in חָצִיר pro antiqua vocali *e* acceperunt. Cum præf. הֶחָצִיר *porrum*, pro (ֶ) sub ה loco (ַ), vide Gram. Heb. t. 1. p. 69. c. 1. כֶּחָצִיר *sicut fœnum*, pro eodem (ֶ) sub כ, vide ibid. p. 376. c. 2. Const. חֲצִיר *fœnum*. Cum præf. כַּחֲצִיר *sicut fœnum*. R. חָצַר inusit.

חֹצֶן m. Lxx. *κόλπος*, Vulg. & alii, *sinus*, *ἀναβολή*, Nehem. 5. v. 13. *amictus*; sensum expresserunt; ibi enim metaphora subjecti recipientis in genere, pro adjuncto, vide Gram. Heb. tom. 2. p. 46. c. 1. Aq. Sym. Theod. *ἀγκάλαι*, Vulg. *ulnæ*. Alii, *brachium*, *lacertus*, *ora vestis*. Hinc cum præf. בְּחֹצֶן *in lacerto*, *in ulnis*. Cum affix. חָצְנִי hhotsni *sinus meus*, c. Cum præf. & aff. וְחִצְנוֹ *& sinus ejus*, m. Psal. 128. Heb. 129. v. 7. cum (ִ) pro (ֳ hhatoúph) sub ח quasi ab חֵצֶן aut חִצֶן, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 96. c. 1. R. חָצַן inusit.

חצף Chald. PEAL, unde APHEL אַחְצִף, ex quo BEN. f. f. מַחְצְפָה, Dan. 3. v. 22. & servato charactere præteriti, מְהַחְצְפָה, ibid. c. 2. v. 15. vide Gram. Chald. tom. 1. p. 590. c. 1. Theod. *ἐξῆλθεν*, Vulg. *egressa est*, *ὑπερίσχυε prævalebat*, Vulg. *urgebat*, alii, *accelerans erat* (sententia regis).

חצץ QAL, unde PIEL חִצֵּץ, ex quo BEN. pl. m. מְחַצְצִים, Jud. 5. v. 11. in forma perfecta, & sine dagh. in priori צ ob (ְ) ei suppositum, Lxx. *ἀνακρουομένων pulsantes*, alii, *sagittarii*, *sagittantes*, *jacientes*, seu *ejaculantes sagittas*.

PUAL חֻצַּץ, unde 3. p. pl. c. PRÆT. in pausa; quare (ֻ) mutatur in (ָ), חֻצָּצוּ, Job. 21. v. 21. Lxx. *διῃρέθησαν divisi sunt*, alii, *dimidiati sunt* (quasi ab חָצָה, quod vide supra col. 646.) *excisi*, *succisi sunt*. Vulg. *dimidietur* numerus mensium ejus, in singulari; nam, quanvis Verbum sit plurale ob nomen præcedens, pertinet tamen ad vocem singularem *numerus*. Vide hanc enallagen in Gram. Heb. tom. 1. p. 551. can. IV.

חָצָץ m. Lxx. *ψῆφος lapillus*, *χάλιξ silex*, Vulg. *calculus*, proprie acutus & instar sagittæ discindens. Vulg. item, *numerus*, Thren. 3. v. 16. al. 17. quod olim calculorum ope numeraretur. Et in alia significatione, Psal. 76. Heb. 77. v. 17. al. 18. Lxx. *βέλος*, Vulg. Lat. *sagitta*. Alii, *fulgur*, *lapis grandinis*. Cum præf. בֶּחָצָץ *lapillo*, *silice*; cum (ֶ) sub ב loco (ַ) ob aliud (ָ) sequens sub ח, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 380. c. 1. Plur. cum aff. חֲצָצֶיךָ,

Digitized by Google

Psal. 76. Heb. 77. v. 17. al. 18. *sagittæ tuæ*, m. alii, *fulgura tua*, *lapilli tui grandinis*. R. חָצַץ in Piel *sagittavit*, secundum quosdam interpretes.

חָצָץ m. Prov. 30. v. 27. Lxx. *ἀτάκτως ordinate*. Sym. *ὡς ψῆφος ut calculus*, aculeatus videlicet quasi hasta. Vulg. *per turmas suas* instar agminis sagittariorum. Alii, *gregatim*, *turmatim*; & adjective, *exscindens* herbas & arbores, quasi esset Benoni Qal verbi חָצַץ *excîdit*, quod vide supra. Aben-Esra, *congregata*, *collecta* (locusta). R. חָצַץ *excîdit*, *discidit*, &c.

חַצְצוֹן תָּמָר Mass. *Hbátsatsôn Tamár*, Vulg. *Asásonthamár*, nomen proprium civitatis in Tribu Juda prope mare mortuum, Gen. 14. v. 7. quæ 2. Paral. 20. v. 2. eadem est atque Enggaddi. Etym. *calculus*, sive *lapillus commutationis*; ab חָצָץ *lapillus*, *calculus*, & מוּר in Hiph. *mutare*, *commutare*. Vel *divisio*, seu *sagitta palmæ*; ab חָצַץ *divisit*, vel חֵץ *sagitta*, & תָּמָר *palma*.

חֲצֹצְרָה f. Lxx. *σάλπιγξ*, Vulg. & alii, *tuba*, *buccina*. Plur. חֲצֹצְרוֹת & חֲצֹצְרֹת, *tubæ*. Cum præf. הַחֲצֹצְרוֹת & הַחֲצֹצְרֹת, *& tubæ*, בַּחֲצֹצְרוֹת & בַּחֲצֹצְרֹת, *cum tubis*, וּבַחֲצֹצְרוֹת *& cum tubis*. R. חָצַר in Piel & Hiphil *tuba cecinit*.

חָצַר QAL, unde PIEL חִצֵּר, ex quo Ben. pl. m. cum præf. לַמְחַצְּצְרִים, 2. Paral. 5. v. 13. cum duplici צ loco unius per daghésch geminati, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 30. c. 2. 176. c. 2. Lxx. *ἐν τῷ σαλπίζειν in tuba canendo*, Vulg. *tubis concinentibus*. Alii, *tuba clangentibus*.

HIPHIL הֶחְצִיר, unde Benoni pl. m. מַחְצְצְרִים cum צ redundante & (:) sub priori צ pro (·) accelerandæ pronuntiationis gratia. Vel potius istud Benoni idem ac Benoni Piel, quod vide supra; & Gram. Heb. tom. 1. p. 184. c. 2. Lxx. *σαλπίζοντες*, Vulg. & alii, *tubis*, vel *tuba canentes*.

חָצֵר c. sed sæpius f. Lxx. Aq. Sym. Theod. *αὐλὴ*, Vulg. & alii, *atrium*. Lxx. item, *ἔπαυλις villa*, *κώμη vicus*, *οἰκία domus*, *πύλη porta*, *σκηνὴ tentorium*, *ὁδὸς via*; & adjective, *πλούσιος dives*, Psal. 9. v. 30. ubi legisse videntur עָשִׁיר *dives*. Sym. item, *ἀγρὸς ager*. Cum præfix. הֶחָצֵר *atrium*, pro (·) loco (·) sub ח, vide Gram. Heb. t. 1. p. 69. c. 1. הֶחָצֵר & וְהֶחָצֵר *& atrium*, בֶּחָצֵר *in atrio*, cum (·) pro (·) sub ב ob (·) aliud sequens sub ח, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 380. c. 1. לֶחָצֵר *atrio*, וְלֶחָצֵר *& atrio*, cum (·) pro (·) sub ל, vide eand. Gram. ibid. p. 70. c. 2. מֵהֶחָצֵר *ex atrio*, cum (·) pro (·) sub ה, ut supra. Cum ה locali, הֶחָצֵרָה *in atrium*. Const. חֲצַר *atrium*. Cum præf. בַּחֲצַר *in atrio*, וּבַחֲצַר *& in atrio*, לַחֲצַר *atrio*, וְלַחֲצַר *& atrio*, מֵחֲצַר *ex atrio*. Cum præf. & aff. בַּחֲצֵרוֹ *in atrio ejus*, m. Plur. ex terminatione masc. חֲצֵרִים *atria*, *villæ*. Cum præf. וַחֲצֵרִים *villæ*. Const. & cum præf. בְּחַצְרֵי *in atriis*. Cum præf. & aff. חַצְרֶיהָ *villæ ejus*, f. וַחֲצֵרֶיהָ *& villæ ejus*, f. חֲצֵרֶיךָ *atria tua*, m. בַּחֲצֵרֶיךָ *in atriis tuis*, m. חֲצֵרָי *atria mea*, c. & in pausa, quare (-) mutatur in (·); חַצְרֵיהֶם *villæ eorum*, וְחַצְרֵיהֶם *& villæ eorum*, בְּחַצְרֵיהֶם *in villis eorum*, וְחַצְרֵיהֶן *& villæ earum*. Plur. ex terminatione femin. חֲצֵרוֹת, & cum præfix. הַחֲצֵרוֹת & חֲצֵרוֹת *atria*, *villæ*. Const. חַצְרוֹת *atria*, בְּחַצְרוֹת *in atriis*, וּבְחַצְרוֹת *& in atriis*, לְחַצְרוֹת *atriis*. Cum præf. & affix. חֲצֵרֹתָיו *atria ejus*, m. servato anomalus (-); nam feminina pluralia sumunt plerumque affixa in forma constructa, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 86. initio. לְחַצְרֹתָיו *in atria ejus*, m. mutato (-) in (·) secundum communem analogiam; וַחֲצֵרֹתָי *& atria mea*, c. servato (-) ut supra, & mutato (-) in (·) ob pausam; וּבְחַצְרוֹתֵיהֶם *& in atriis eorum*. R. חָצַר inusit. in hac significatione.

חָצֹר Mass. *Hbatsór*, Vulg. *Hasor*, nom. proprium civitatis à Salomone ædificatæ, 3. Reg. 9. v. 15. Etym. *atrium*, ab חָצֵר idem. Vel *fœnum*, aut *gramen*; ab חָצִיר idem.

חֲצַר גַּדָּה Mass. *Hbatsár Gaddá*, Vulg. *Asergaddá*, nom. proprium civitatis in Tribu Juda, Jos. 15. v. 27. Etym. *atrium hœdi*, aut *felicitatis ejus*; ex חָצֵר *atrium*, & גְּדִי *hœdus*, aut גָּד *felicitas*, & aff. 3. p. s. f.

חֲצַר סוּסָה Mass. *Hbatsár sousá*, Vulg. *Hasersusá*, nomen proprium urbis Tribus Simeonis, Jos. 19. v. 5. Etym. *atrium*, vel

Digitized by Google

fœnum equi ; ex חָצֵר *atrium*, vel חָצִיר *fœnum*, & סוּס *equus.*

חֲצַר סוּסִים Maſſ. *Hhatſár ſouſîm*, Vulg. *Haſarſuſim*, nomen proprium civitatis Tribus Simeonis, 1. Paral. 4. v. 31. quæ videtur eadem ac præcedens. Etym. *atrium*, vel *fœnum equorum ;* ab חָצֵר *atrium*, aut חָצִיר *fœnum*, & סוּסִים *equi.*

חֲצַר שׁוּעָל Maſſ. *Hhatſár ſchouál*, Vulg. *Haſarſuhál*, & *Haſerſuál*, nomen proprium civitatis primum Tribus Judæ, deinde Simeonis, Joſ. 19. v. 3. 1. Paral. 4. v. 28. Etym. *atrium* vel *fœnum vulpis ;* ab חָצֵר *atrium*, aut חָצִיר *fœnum*, & שׁוּעָל *vulpes.*

חֶצְרוֹ Maſſ. *Hhetſró*, Vulg. *Heſró*, nom. proprium unius è fortiſſimis David, 1. Paral. 11. v. 37. qui 2. Reg. 23. v. 35. dicitur חֶצְרַי *Hhetſrái*, vel, ut Vulg. ſcripſit *Heſrái*, ſecundum lectionem Maſſor. Etym. *atrium*, vel *fœnum ejus ;* ab חָצֵר *atrium*, aut חָצִיר *fœnum*, & aff. 3. p. ſ. m.

חֶצְרוֹן vel חֶצְרֹן, Maſſ. *Hhetſrón*, Vulg. *Heſrón* & *Eſrón*, nom. proprium 1°. filii Ruben, Gen. 46. v. 9. 2°. filii Phares filii Juda, ibid. v. 12. 1. Paral. 4. v. 1. 3°. civitatis in Tribu Juda, Joſ. 15. v. 3. Etym. *ſagitta* vel *diviſio cantici*, ſive *exſultationis ;* ab חֵץ *ſagitta*, vel חָצָה *diviſit*, & רָנַן *cecinit, cantavit, exſultavit.* Vel *atrium*, ab חָצֵר idem. Vel *fœnum ;* ab חָצִיר *fœnum*, *gramen.*

חֶצְרֹנִי Maſſ. *Hhetſroní*, Vulg. *Heſronitæ*, nomen propr. ſive patronymicum poſterorum Heſron filii Ruben, Num. 26. v. 6. Vide nom. præcedens cum ejus etymologia.

חֶצְרַי Maſſ. *Hhetſrái*, Vulg. *Heſrái*, 2. Reg. 23. v. 35. nomen propr. viri, qui 1. Paral. 11. v. 37. dicitur חֶצְרוֹ *Hhetſró*, Vulg. *Heſró*. Vide ſupra. Etym. *atria mea ;* ex חָצֵר *atrium*, & aff. 1. p. ſ. c.

חֲצֵרִים Maſſ. *Hhatſerím*, Vulg. *Haſerím*, nomen proprium civitatis in dorſo montis Seir, inter Ægyptum & terram Chanaan, Deut. 2. v. 23. Etym. *atria*, vel *ſagitta excelſa ;* ab חָצֵר *atrium*, vel חֵץ *ſagitta*, & רוּם *altum, excelſum eſſe.*

חֲצַרְמָוֶת Maſſ. *Hhatſarmáveth*, Vulg. *Aſarmóth* (legebat חֲצַרְמוֹת) nomen proprium

filii Jectan, Gen. 10. v. 26. Etym. *atrium*, vel *fœnum mortis ;* ab חָצֵר *atrium*, vel חָצִיר *fœnum*, & מָוֶת *mors.*

חֶצְרֹן vide ſupra חֶצְרוֹן, col. præced.

חֲצֵרוֹת Maſſ. *Hhatſeróth*, Vulg. *Haſeróth*, nomen proprium loci in deſerto Pharan, ubi fuit quarta & decima manſio filiorum Iſraël, Num. 13. v. 1. c. 33. v. 18. & Deut. 1. v. 1. Etym. *atria, veſtibula, villæ ;* ab חָצֵר idem.

חֵק *ſinus*, vide חֵיק, ſupra col. 581.

חֹק, & ſequente Maqqaph חָק־ hhoq-, m. Lxx. Aq. ἀκριβασμὸς, Aq. item, ἀκρίβασμα, Vulg. & alii, *ſtatutum, decretum.* Lxx. Sym. πρόσταγμα, Sym. item, διαταγὴ, διάταξις, alius, ἐντολὴ *præceptum.* Lxx. Sym. item, σύνταξις *constitutio.* Lxx. item, δικαίωμα *jus*, δόσις *donum*, ἔργον *opus*, νόμος *lex*, τὸ νόμιμον *legitimum, lege ſtatutum*, ὅριον (Sym. ὅρος) *terminus*, χρόνος *tempus*, proprie definitum & ſtatutum, τὰ αὐτάρκη *quæ ſufficiunt*, κόλπος *ſinus*, Job. 23. v. 12. ubi legebant חֵק vel חֵיק. Alius item, μερὶς *pars, portio.* Alii item, *modus, ratio, penſum, demenſum, ritus, cerimonia*, maxime quando jungitur cum voce מִשְׁפָּט *judicium.* Cum præf. וְחֹק & וְחָק־ vehhoq- *& ſtatutum*, לְחֹק & לְחָק־ lehhoq- *in ſtatutum, in legem, in conſuetudinem.* Cum præf. & aff. חֻקּוֹ *ſtatutum ejus*, m. חָקְךָ hhoqecha, ſine dagh. in ק ob (:) ei ſuppoſitum, *demenſum tuum*, m. חֻקֵּךְ *demenſum tuum*, f. חֻקִּי *ſtatutum meum*, c. מֵחֻקִּי *ſupra ſtatutum meum*, c. חֻקָּם *portio eorum*, חָקְכֶם hhoqchem, ejecto dagh. ex ק ob (:) infra ſcriptum, *demenſum veſtrum*, m. Plur. חֻקִּים, cum præf. הַחֻקִּים, *ſtatuta*, וְחֻקִּים & וְהַחֻקִּים, *& ſtatuta*, לְחֻקִּים *inter ſtatuta.* Conſt. חֻקֵּי *ſtatuta.* Cum præf. & (ו) pro (ְ) & dagh. per legem æquivalentiæ, בְּחוּקֵּי *in ſtatutis.* Cum præf. & aff. חֻקָּיו *ſtatuta ejus*, m. וְחֻקָּיו *& ſtatuta ejus*, m. בְּחֻקָּיו *in ſtatutis ejus*, m. חֻקֶּיךָ *ſtatuta tua*, m. וְחֻקֶּיךָ *& ſtatuta tua*, m. בְּחֻקֶּיךָ *in ſtatutis tuis*, m. מֵחֻקֶּיךָ *à mandatis tuis*, m. חֻקַּי & in pauſa חֻקָּי, *ſtatuta mea*, c. וְחֻקַּי *& ſtatuta mea*, c. מֵחֻקַּי *à ſtatutis meis*, c. R. חָקַק *ſtatuit, decrevit*, unde חֹק *decretum*, cujus hhólem in ſing. cum affix. &

Digitized by Google

in toto plurali mutatur in (· hhatoúph) vel in (ֻ), ſequente dagh. forti, ad ſecundam radic. excidentem compenſandam. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 62. c. 1. p. 96. §. VII.

חקה QAL, unde PUAL חֻקָּה, ex quo Paoul ſ. m. מְחֻקֶּה, Exech. 8. v. 10. c. 23. v. 14. & cum præf. מְחֻקֶּה, 3. Reg. 6. v. 35. Lxx. *διαγεγραμμένος deſcriptus*, *ἐζωγραφημένος*, Vulg. & alii, *depictus*, *expreſſus*, *effigiatus*, *inſculptus*. Et ſubſtantive, 3. Reg. 6. v. 35. Lxx. *ἐκτύπωσις expreſſio*, Vulg. *regula*.

HITHPAEL הִתְחַקָּה, unde 2. p. ſ. m. Fut. תִּתְחַקֶּה, Job. 13. v. 27...... *& ſuper radices pedum meorum*, תִּתְחַקֶּה, Lxx. *ἀφίκου perveniſti*. Alius, qui videtur eſſe Aq. *περιχαράσσεις circumſcribis*, *circumcîdis*. Vulg. *conſideraſti*. Alii, *imprimeris*, *arcte inhæres*. Vide Gram. Heb. tom. 2. p. 146. c. 2.

חֻקָּה fem. Hoc nomen idem eſt ac præcedens חֹק, ſed in alia forma; unde Lxx. Sym. *πρόσταγμα*, Lxx. item, *ἐντολὴ præceptum*. Lxx. Theod. *τὸ νόμιμον legitimum*, *lege ſtatutum*. Aq. *ἀκρίβεια*, *ἠκριβασμένον*, *accuratum ſtatutum*. Lxx. item, *δικαίωμα jus*, *κρίμα judicium*, *νόμος lex*, *τροπὴ converſio*, &c. In phraſi, חֻקַּת עוֹלָם & לְחֻקַּת עוֹלָם, Lxx. *εἰς τὸν αἰῶνα in ſæculum*. Cum præf. הַחֻקָּה *ſtatutum*. Conſtruct. חֻקַּת idem. Cum præf. כְּחֻקַּת *ſecundum ſtatutum*, לְחֻקַּת *in ſtatutum*. Plur. חֻקּוֹת *ſtatuta*. Cum præf. בְּחֻקּוֹת & בְּחֻקֹּת, *in ſtatutis*, מֵחֻקּוֹת *à ſtatutis*. Cum præf. & aff. חֻקֹּתָיו *ſtatuta ejus*, m. וְחֻקֹּתָיו *& ſtatuta ejus*, m. וּבְחֻקֹּתָיו *& in ſtatutis ejus*, m. בְּחֻקּוֹתֶיךָ *in ſtatutis tuis*, m. חֻקֹּתַי & in pauſa חֻקֹּתָי, *ſtatuta mea*, c. חֻקֹּתַי & in pauſa חֻקּוֹתָי, *& ſtatuta mea*, c. בְּחֻקֹּתַי & בְּחֻקּוֹתַי, *in ſtatutis meis*, c. וּבְחֻקּוֹתַי *& in ſtatutis meis*, c. כְּחֻקֹּתֵיהֶם *ſecundum ſtatuta eorum*, וּבְחֻקֹּתֵיהֶם *& in ſtatutis eorum*. R. חָקַק *ſtatuit*, *decrevit*.

חֲקוּפָא Maſſ. *Hhaqouphá*, Vulg. *Hacupha*, nomen proprium viri Nathinæi, cujus poſteri è captivitate Babyl. una cum Zorobabele reverſi ſunt, Eſd. 2. v. 51. al. 52. Etym. *præceptum*, *ſtatutum*, aut *ſculptura oris*; ex חֹק *præceptum*, &c. & פֶּה *os*, *oris*.

חקק QAL. Lxx. *ἀφορίζω ſegrego*, *ſeparo*, *divido*, *γράφω ſcribo*, *διαγράφω deſcribo*, *ζωγραφέω pingo*, *ad vivum exprimo*, *ἰσχυρὸν ποιέω fortem*, *robuſtum facio*, *firmo*, &c. Aq. *ἀκριβόω*, Aq. Theod. *ἀκριβάζομαι*, *accurate deſcribo*, *decerno*. Sym. *στηρίζω firmo*, Theod. *διαχαράσσω exaro*. Alii item, *ſtatuo*, *incido*, *inſculpo*, *delineo*, *literis mando*, &c.

Praet. 2. p. ſ. m. cum præf. וְחַקּוֹתָ *& deſcribes*. 1. p. ſ. c. cum affix. חַקֹּתִיךְ, Iſai. 49. v. 16. Lxx. *ἐζωγράφηκα depinxi* (muros tuos). Aq. *ἠκρίβωσά σε*, Vulg. *deſcripſi te*, ſ. Sym. *ἐστήριξά σε firmavi te*. Theod. *διεχάραξά σε exaravi te*.

Ben. ſ. m. cum (י) parag. aut potius antiqua vocali *e* ſubintellecta, חֹקְקֵי *incîdens*. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 164. c. 1. Plur. m. cum præfix. הַחֹקְקִים *decernentes*. Conſt. cum præf. לְחוֹקְקֵי, Jud. 5. v. 9. Lxx. *εἰς τὰ διατεταγμένα ad ea quæ præcepta*, *ordinata ſunt*. Aq. Theod. *τοῖς ἀκριβαζομένοις legiſlatoribus*, ſic etiam alii. Vulg. *principes*. Sym. *εἰς τὰ προστάγματα in*, vel *ad mandata*.

Paoul pl. m. cum (ֻ) pro (וּ), חֻקִּים, Ezech. 23. v. 14. Lxx. *ἐζωγραφημένοι*, Vulg. & alii, *picti*, *depicti* (viri), vel *pictæ* (imagines).

Infin. cum præf. & aff. בְּחֻקּוֹ, & cum (וּ) pro (ֻ) & dagh. per legem æquivalentiæ, aut ex forma quieſc. ע, בְּחוּקוֹ, *cum ſtatueret*, *poneret*, *deſcriberet*.

Imper. 2. p. ſ. m. cum aff. חֻקָּהּ, Iſai. 30. v. 8. Vulg. *diligenter exara illud*. Vacat apud Lxx.

POEL חוֹקֵק vel חֹקֵק, unde Ben. ſ. m. מְחֹקֵק, Lxx. *ἄρχων imperator*, *βασιλεὺς rex*, *ἡγούμενος*, Vulg. *dux*, *ἐξερευνῶν inveſtigans*. Aq. *ἀκριβαζόμενος*, *ἀκριβαστής*, Vulg. & alii, *legiſlator*, *legifer*, *decernens*. Sym. *ἐπιτάσσων præcipiens*, *diſponens*. Lxx. item ſubſtantive, *βασιλεία regnum*. Cum præf. וּמְחֹקֵק *& legiſlator*, בִּמְחֹקֵק *cum legiſlatore*. Cum affix. מְחֹקְקִי *legiſlator meus*, c. מְחֹקְקֵנוּ *legiſlator noſter*, c. Plur. מְחֹקְקִים *legiſlatores*.

Fut. 3. p. pl. m. יְחֹקְקוּ, Prov. 8. v. 15. Lxx. *γράφουσι ſcribunt*, Aq. Theod. *ἀκριβάσονται decernent*, Vulg. *decernunt*.

Digitized by Google

PUAL חֻקַּק, unde PAOUL f. m. מְחֻקָּק, Prov. 31. v. 5. Lxx. σοφία *sapientia*. Vulg. *judicia*. Alii, *statutum, decretum*.

HOPHAL הֻחְקַק, unde 3. p. pl. m. FUT. cum præf. (ּ) pro (ו) sub characteristica, & (ּ) loco (-) & dagh. per legem æquivalentiæ, aut ex forma quiesc. ע & in pausa, יֻחָקוּ, Job. 19. v. 23. pro יוּחְקוּ aut in pausa יוּחָקוּ, vide Gram. Heb. t. 1. p. 227. c. 2. Lxx. καὶ τεθῆναι *& poni*, h. e. *ponantur*, aut *ponerentur*. Vulg. *exarentur*. Alii, *describerentur*.

חֻקֹּק unde cum ה locali

חֻקֹּקָה Masl. *Hhuqóqa*, Vulg. *Hacúca*, nom. proprium urbis Tribus Nephthali, Jos. 19. v. 34. Etym. *sculptura*, vel *præceptum*, aut *legislatio*, &c. ab חָקַק *sculpsit, præcepit, legem tulit*, &c.

חִקְקִים m. pl. unde const. חִקְקֵי, Jud. 5. v. 15. cum (ּ) pro (-) sub ח, quia duæ illæ motiones sæpius invicem permutantur, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 87. §. II. Lxx. Vatic. ἐξικνούμενοι *sufficientes, potentes*. Ald. Complut. &, ut videtur, Aq. ἀκριβασμοὶ *statuta, decreta*. Idem Aq. secundum alios, διαλογισμοὶ *cogitationes*, sic etiam alii non pauci. Sym. ἀκρίβειαι *accurationes, accurata statuta*. Vulg. juncta hac voce cum præcedenti גְּדוֹלִים *magni*, & cum sequenti לֵב *cor*, vertit: *magnanimi*. Et Isai. 10. v. 1. Vulg. *leges*, alii, *statuta, decreta*. Lxx. hanc & sequentem vocem אָוֶן *iniquitas*, interpretantur πονηρίαν *malitiam*. R. חָקַק *statuit, decrevit*, &c.

חָקַר QAL. Lxx. Theod. ἐρευνάω *scrutor*. Lxx. Aq. Sym. Theod. ἐξερευνάω *perscrutor*. Lxx. Sym. ἐξακριβάζω vel ἐξακριβάζομαι, *diligenter perscrutor*, ἐξιχνιάζω, Lxx. item, ἰχνεύω, *accurate investigo*. Lxx. item, ἐτάζω *inquiro*, Sym. item, ἐξετάζω *exquiro, examino*. Lxx. item, ἀνακρίνω *scrutor, interrogo*, δοκιμάζω *probo*, ἐκζητέω *exquiro*, ἐλέγχω *increpo*, ἐρωτάω *interrogo*, καταγινώσκω *condemno*, τιμάω *honoro*; quæ enim diligenter inquiruntur, ea quodammodo honorantur.

PRAET. 3. p. f. m. cum præf. & affix. וַחֲקָרוֹ *& scrutabitur eum*. 3. p. f. f. cum aff. חֲקָרָהּ *scrutatus est eam*. 2. p. f. m. cum præf. וְחָקַרְתָּ *& investigabis, & interrogabis*. 1. p. f. c. cum aff. חֲקַרְתַּנִי *investigasti, probasti me*, c. 1. p. pl. c. cum aff. חֲקַרְנוּהָ *investigavimus illud*.

BEN. f. m. חֹקֵר & חוֹקֵר, *investigans, scrutans*.

INFIN. חֲקֹר *investigare*. Cum præf. לַחְקֹר *ad investigandum*. Cum præf. & aff. וּלְחָקְרָהּ oulehhoqrá *& ad explorandam eam*.

IMPER. 2. p. f. m. cum aff. חָקְרֵנִי *scrutare, proba me*, c. 2. p. pl. m. חִקְרוּ *explorate*.

FUT. 3. p. f. m. יַחְקֹר, & sequente Maqqáph יַחְקָר־ iahhqor-, contracte pro יַחֲקֹר & יַחֲקָר־, *scrutabitur, probabit*. Cum affix. יַחְקְרֶנּוּ *scrutabitur eum*. 1. p. f. c. אֶחְקֹר contracte pro אֶחֱקֹר, *interrogabo, explorabo*. Cum aff. אֶחְקְרֵהוּ *investigabo, investigam eam* (causam). 3. p. pl. m. in pausa; quare servatur hholem, יַחְקֹרוּ contracte pro יַחְקְרוּ, *investigabunt*. 2. p. pl. m. cum ן paragog. תַּחְקְרוּן *investigabitis*. 1. p. pl. c. cum præf. & ה parag. וְנַחְקְרָה *& investigabimus*.

NIPHAL נֶחְקַר, Lxx. εἰμὶ *sum*, ἐκλείπω *deficio*, εἰκάζομαι *assimilor*, ταπεινόομαι *humilior*. Alii, *investigor, pervestigor*, &c.

PRAET. 3. p. f. m. נֶחְקַר contracte pro נֶחֱקַר *pervestigatum est, pervestigabile erat*.

FUT. 3. p. f. m. יֵחָקֵר *pervestigabitur*. 3. p. pl. m. cum præf. וְיֵחָקְרוּ *& pervestigabuntur*.

PIEL חִקֵּר, unde 3. p. f. m. cum præf. וְחִקֵּר, Eccle. 12. v. 9. Lxx. καὶ ἐξιχνιάσει, Vulg. & alii, *& investigavit, & scrutatus est*.

חֵקֶר m. Lxx. Aq. ἐξιχνιασμὸς *investigatio, inquisitio, scrutatio, perscrutatio, scrutinium*. Lxx. & alius, ἐξεύρησις *inventio*. Lxx. item, ἴχνος *vestigium*, πέρας *finis*. Et Verbaliter, τιμάω *honoro*. Cum negatione אֵין חֵקֶר, Lxx. ἀνεξέλεγκτος *imperscrutabilis*, ἀνεξιχνίαστος *impervestigabilis*, ἀπέραντος *infinitus*. Cum præf. הַחֵקֶר, cum (-) sub ה interrog. pro (-), vide Gram. Heb. tom. 1. p. 375. c. 2. *an investigatio? an vestigium?* וְחֵקֶר *& investigatio*, וּבְחֵקֶר *& in scrutatione*, לְחֵקֶר *ad investigationem*. Plur. const. חִקְרֵי, Jud. 5. v. 16. cum (ּ) pro (ּ) sub ח, vide Gram. Heb. t. 1. p. 93. c. 1. Lxx. Vatic. ἐξετασμοὶ exqui-

Digitized by Google

exquisitiones, Ald. Complut. & mſ. Oxon. ἐξιχνιασμοὶ, *investigationes.* Vulg. *magnanimi*, legebat חִקְקֵי, ut v. 15. Vide supra in חִקְקִים. R. חָקַר *scrutatus, perscrutatus est, investigavit*, &c.

חוּר
חוֹר } vide חוּר, supra col. 556.
חֹרָאוֹתָם

חרב QAL. Lxx. Aq. Sym. Theod. ἐρημόομαι, Lxx. item, ἐξερημόομαι, Vulg. & alii, *vastor, desolor, in solitudinem redigor.* Lxx. item, ἐκλείπω *deficio*, ξηραίνομαι, Vulg. & alii, *siccor, exsiccor*; & active, ξηραίνω *sicco*, ἀναξηραίνω *exsicco.*

Praet. 3. p. pl. c. חָרְבוּ *siccatæ sunt, defecerunt* (aquæ). Cum præf. וְחָרְבוּ *& siccabuntur.*

Infin. חָרֹב *vastando, vastatione.*

Imper. 2. p. ſ. m. חֲרֹב, Jerem. 50. v. 21. Lxx. ἐκδίκησον μαχαίρᾳ *ulciscere gladio*, Vulg. *dissipa*, alii, *tolle gladio.* 2. p. ſ. f. ex forma (-) & in pausa; quare (-) mutatur in (·); & cum (-) sub ח pro (-), vide Gram. Heb. tom. 1. p. 166. c. 2. חָרְבִי *siccare, exsiccator.* 2. p. pl. m. חִרְבוּ, Jerem. 50. v. 27. Lxx. ἀναξηράνατε *exsiccate*, Vulg. *dissipate*, alii, *gladio tollite.* Et cum (· hhatouph) pro (·) sub ח, vide eand. Gram. ibid. p. 167. c. 1. חָרְבוּ hhorvoú *desolamini.*

Fut. 3. p. ſ. m. יֶחֱרַב *siccabitur.* Cum præf. וְיֶחֱרַב *& siccabitur*, יֶחֱרָב in pausa; quare (-) mutatur in (·), *& siccatum, & exsiccatum est* (mare). 3. p. ſ. f. תֶּחֱרַב & in pausa תֶּחֱרָב, *vastabitur.* 3. p. pl. m. יֶחֶרְבוּ & in pausa; quare (-) mutatur in (·), יֶחֱרָבוּ *vastabuntur.* 3. p. pl. f. תֶּחֱרַבְנָה *desolabuntur.*

NIPHAL נֶחֱרַב, unde 3. p. pl. c. Praeteriti נֶחֶרְבוּ, 4. Reg. 3. v. 23. Lxx. ἐμαχέσαντο, Vulg. *pugnaverunt*, alii, *desolati sunt.*

Ben. ſ. f. ex forma ח præcedente duplici (·), נֶחֱרֶבֶת, Lxx. ἠρημωμένη, Vulg. & alii, *desolata.* Plur. f. נֶחֱרָבוֹת (à forma f. נֶחֱרָבָה) *desolatæ.*

PUAL חֹרַב, unde 3. p. pl. c. Praet. in pausa; quare (-) mutatur in (·), חֹרָבוּ, Jud. 16. vv. 7. 8. Lxx. Theod. participial. ἠρημωμέναις *desertis, desolatis*, Lxx. item, διεφθαρμέναις *corruptis*, Aq. ἀλώστοις *volutis, convolutis*, Sym. ξηρανθείσαις (νευρίαις) *siccatis*, Vulg. *siccis* (nervis), seu funibus, qui è nervis tortis erant facti. Alii, *siccati, exsiccati sunt.*

HIPHIL הֶחֱרִיב, Lxx. ἐρημόω, ἐξερημόω, *vasto, desolo, in solitudinem redigo.* Alii item, *sicco, exsicco*, cum de fontibus aut aquis in genere sermo est.

Praet. 3. p. ſ. m. הֶחֱרִיב *vastavit.* 1. p. ſ. c. הֶחֱרַבְתִּי *vastavi.* Cum præf. וְהֶחֱרַבְתִּי *& exsiccabo*, à forma הֶחֱרִיב, quam vide in Gram. Heb. tom. 1. p. 183. c. 1. 3. p. pl. c. הֶחֱרִיבוּ *vastarunt.*

Ben. ſ. m. מַחֲרִיב *vastans, vastator.* Fem. cum præf. & ex forma ח præcedente duplici (·), הַמַּחֲרֶבֶת *exsiccans.* Plur. m. cum præf. & aff. וּמַחֲרִיבַיִךְ *& vastatores tui*, f.

Fut. 1. p. ſ. c. אַחֲרִיב *exsiccabo, vastabo.* Cum præf. וְאַחֲרִיב *& exsiccabo.*

HOPHAL הָחֳרַב, Lxx. ἐρημόομαι *vastor, desolor, in solitudinem redigor.*

Praet. 3. p. ſ. f. in pausa; quare revocata est motio primariæ vocis (-), quæ insuper mutata est in (·), הָחֳרָבָה, & Chald. הָחָרְבַת hóhhorváth, *vastata est.*

Paoul pl. m. מָחֳרָבוֹת *vastatæ, desolatæ.*

Infin. הָחֳרַב *vastando, desolando.*

חָרֵב m. Lxx. ἔρημος *solitarius.* Et Verbaliter, ἐρημόομαι *vastor, desolor, in solitudinem redigor*, &c. Alii, *vastatus, desolatus, siccus.* Cum præf. וְחָרֵב *vastatus.* Pro (·) loco (·) sub ח, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 69. c. 1. Fem. חֲרֵבָה *sicca, vastata.* Cum præf. וַחֲרֵבָה *& sicca, vel siccum.* Plur. fem. cum (-) sub ח pro (-), quasi ab חֲרֵבָה, חֳרֵבוֹת, Ezech. 36. vv. 35. 38. *desolata.* Vide pro (·) sub ח ante (-), Gram. ibid.

חֶרֶב & in pausa חָרֶב, f. Lxx. Aq. Sym. μάχαιρα, Vulg. & alii, *gladius.* Lxx. Theod. Vª. & VIª. edit. ῥομφαία *framea.* Aq. Theod. ὅπλα *arma* in genere. Lxx. item, ἐγχειρίδιον *pugio, parvulus gladius*, λόγχη *hasta*, ξίφος *gladius*, πόλεμος *bellum*, quod gladio conficitur, προμαχὼν *propugnaculum*, σίδηρον *ferrum*, per metonymiam materiæ pro re, quæ ex ea fit; σφαγὴ *mactatio*, φόνος *cædes*, χεὶρ *manus*, &c. Alii item, *novacula, malleus, culter, celtum*, sive *scalprum.*

Digitized by Google

securis, &c. nam hoc nomen, teste Qimhhio, ad omnem rem exscindentem transfertur. Cum præf. החרב *gladius*, וְחֶרֶב & והחרב, *& gladius*, בְּחֶרֶב, בחרב, & in pausa בְּחָרֶב, *gladio*, *cum gladio*, ובחרב & וּבְחָרֶב, *& gladio*, כְּחֶרֶב *sicut gladius*, לְחֶרֶב & in pausa לֶחָרֶב, *gladio*; pro (ּ) sub לְ, vide Gram. Heb. tom. I. p. 70. c. 2. מֵחֶרֶב *à gladio*. Cum præf. & affix. חרבו *gladius ejus*, m. וחרבו *& gladius ejus*, m. בחרבו *gladio ejus*, m. ובחרבו *& gladio ejus*, m. חַרְבְּךָ & in pausa חַרְבֶּךָ, *gladius tuus*, m. בְּחַרְבְּךָ *gladio tuo*, m. חַרְבִּי *gladius meus*, c. וחרבי *& gladius meus*, c. בחרבי *gladio meo*, c. חַרְבָּם *gladius eorum*, בְּחַרְבָּם *gladio eorum*, חרבכם *gladius vester*, m. Plur. חֲרָבוֹת *gladii*. Cum præf. בַּחֲרָבוֹת *cum gladiis*, לַחֲרָבוֹת *in gladios*. Const. חַרְבוֹת *gladii*. Cum præfix. בחרבות *cum gladiis*. Cum præf. & affix. בחרבותיו *gladiis ejus*, m. חַרְבוֹתָם & חרבותיהם, *gladii eorum*, בחרבותם & בְּחַרְבֹתֵיהֶם, *cum gladiis eorum*. Rad. חָרַב *vastavit*, *desolavit*; unde *gladius* vastationis & desolationis instrumentum.

חֹרֶב m. Lxx. & alius, καῦμα, Vulg. & alii, *æstus*. Lxx. item, ξηρασία *ariditas*, κόραξ, Vulg. *corvus*, Soph. 2. v. 14. ubi legebant עֹרֵב; ῥομφαία *framea*, Ezech. 29. v. 10. ubi Vulg. *gladius*; & Agg. I. v. II. quibus duobus in locis legerunt חֶרֶב. Et adjective, ἔρημος *desertus*, *solitarius*, Isai. 61. v. 4. ubi legebant חָרֵב. Alii item, *desolatio*, *vastitas*, Vulg. *siccitas*. Cum præfix. כחרב *sicut æstus*, לחרב & לְחֹרֶב, *æstui*, *vastitati*, מחרב *ab æstu*. Rad. חָרַב *vastavit*, *desolavit*, *siccatus*, *exsiccatus est*.

חֹרֵב, & cum ה locali חֹרֵבָה, Mass. *Hhorév*, Vulg. *Horéb*, nom. propr. 1°. jugi montis Sinai in deserto Madian, Exod. 3. v. I. 2°. petræ, quam percussit Moyses in deserto Raphidim, Exod. 17. v. 6. Etym. *gladius*; ab חֶרֶב idem. Vel *siccitas*, *vastatio*, *desertum*, *solitudo*, vide vocem præced.

חָרָבָה f. cum (ּ) sub ח pro (-) & daghésch; est enim formæ בַּקָּשָׁה, vide Gram. Heb. tom. I. p. 391. c. I. Lxx. ξηρά *arida*, scilicet terra. Et adjective, ἔρημος *desertus*, *solitarius*. Alii item, *siccitas*, *siccum*, *locus siccus*. Hinc cum præf. הֶחָרָבָה *siccum*, בֶּחָרָבָה *in sicco*, *per siccum*, לֶחָרָבָה *in siccum*. Pro (ּ) sub præf. pro (-), vide Gram. Heb. tom. I. p. 69. c. I. 70. c. 2. & 380. c. I. R. חָרַב *siccatus*, *exsiccatus est*.

חֳרָבָה f. unde pl. cum præf. בֶּחֳרָבוֹת bàhhoravóth, Isai. 48. v. 21. Lxx. δι᾽ ἐρήμου *per desertum*, Ald. ἐν τῇ ἐρήμῳ, Vulg. *in deserto*, alii, *per loca sicca*. R. חָרַב *siccatus*, *exsiccatus est*.

חָרְבָּה hhorbá, f. Lxx. ἐρημία *solitudo*, ἐρήμωσις *desolatio*, *vastitas*, ὀνειδισμὸς *opprobrium*. Et adjective, ἔρημος *desertus* (locus), vel *desertum*. Cum præf. וְחָרְבָּה *& vastitas*, לְחָרְבָּה *in desolationem*. Plur. absol. חֳרָבוֹת *vastitates*. Lxx. Aq. Theod. Vª. edit. οἰκόπεδον, Psal. 101. Heb. 102. v. 7. Vulg. Lat. *domicilium*. Sym. ἐρείπιον *structura*. Cum præf. החרבות *vastitates*, וְהֶחֳרָבוֹת *& vastitates*, בחרבות bahhoravóth & בֶּחֳרָבוֹת, *in vastitatibus*, לֶחֳרָבוֹת *vastitatibus*. Pro (ּ) loco (-) sub præfix. vide Gram. Heb. tom. I. p. 69. c. I. p. 70. c. 2. p. 380. c. I. Const. חָרְבוֹת hhorvóth *vastitates*. Cum præfix. וְחָרְבוֹת vehhorvóth *& vastitates*, cum (ּ hhatoúph) sub ח in toto hoc plurali; ולחרבות *in vastitates*, וּלְחָרְבוֹת *& in vastitates*. Cum præf. & affix. חָרְבֹתֶיהָ hhorvothéha *vastitates ejus*, f. וְחָרְבֹתֶיהָ *& vastitates ejus*, f. חָרְבֹתַיִךְ *vastitates tua*, f. מֵחָרְבוֹתֵיהֶם *à vastitatibus eorum*, חָרְבֹתֵינוּ *vastitates nostræ*, c. R. חָרַב *vastavit*, *desolavit*.

חַרְבוֹנָא Mass. *Hharvoná*, Vulg. *Harbona*, nomen proprium unius è septem eunuchis regis Assueri, Esth. I. v. 10. Etym. *vastitas*, vel *gladius*, vel *siccitas*, aut *vastatio*; ab חָרְבָּה *vastitas*, vel חֶרֶב *gladius*, aut חָרָבָה *siccitas*, *vastatio*.

חַרְבֹנִים m. plur. unde const. & cum præf. בְּחַרְבֹנֵי, Psal. 31. Heb. 32. v. 4. Lxx. Theod. ἐν τῷ ἐμπαγῆναί μοι, Vulg. Lat. *dum configitur mihi* (spina); legebant בְּחָרְבֵנִי behhovréni, trajectis literis & contracte pro בְּחָבַר עִמִּי, ab חָבַר *sociatus*, *consociatus est*. Aq. ἐν ἐρημώσει *in vastitate* (æstiva). Sym. ὡς καῦμα *sicut ardor* (æstivus), legebat כחרבני. Vª. edit. ἐν τῷ ἐρημοῦσθαι *dum vastarentur* (fruges). S. Hieron. *cum*

Digitized by Google

exardesceret (æstas). Alii, humor meus radicalis versus est *in siccitates æstatis.* R. חָרַב *siccatus, exsiccatus est.*

חרג QAL, unde 3. p. pl. m. Futuri cum præf. וְיַחְרְגוּ, Psal. 17. Heb. 18. v. 46. Lxx. καὶ ἐχώλαναν, Vulg. Lat. *& claudicaverunt.* S. Hieron. *& contrahentur*, confer 2. Reg. 22. v. 46. ubi transpositis literis est וְיַחְגְּרוּ *& constringentur* præ animi angustia & pœnæ metu. Alii, *& trepidabunt, & contremiscent, & expavescent.*

חַרְגֹּל m. Lxx. ὀφιομάχης, Vulg. *ophiomachus*, volucris aut lacertæ genus pugnantis cum serpente; ab ὄφις *serpens*, & μάχη *pugna* aut μάχομαι *pugno.* Aliis est *cantharus*, genus locustæ cujus esus Judæis à Moise conceditur. Hinc cum præf. הַחַרְגֹּל, Levit. 11. v. 22. *ophiomachus.* R. חרגל inusit. Alii deducunt ab חָרַג *arcuatus fuit*, & רֶגֶל *pes*; quod id insecti genus arcuatos pedes habeat.

חרד QAL. Lxx. ἐξίσταμαι, ἐξανίσταμαι, *obstupesco*, πτοέομαι *terreor*, ταράσσομαι *turbor*, φοβέομαι *timeo*, φόβος λαμβάνει με *timor capit me*, ἐκπέτομαι *evolo*, προσδέχομαι *exspecto.* Aq. Sym. ἐκπλήσσομαι *terrore percellor.* Sym. item, πτήσσω *expavesco.* Alius, ἀγωνιάω *in angustiis versor.* Alii item, *sollicitus sum, trepido, trepide occurro*; tuncque construitur cum אֶל & אַחַר.

Praet. 3. p. s. m. cum præf. וְחָרַד *& trepidabit.* 3. p. s. f. חָרְדָה *trepidavit.* 2. p. s. f. חָרַדְתְּ *trepidasti.* 3. p. pl. c. חָרְדוּ *trepidarunt.* Cum præf. וְחָרְדוּ *& trepidabunt.*

Imper. 2. p. pl. m. חִרְדוּ *trepidate.*

Fut. 3. p. s. m. יֶחֱרַד *trepidabit.* Cum præf. וַיֶּחֱרַד *& trepidavit.* 3. p. pl. m. יֶחֶרְדוּ, & in pausa; quare (-) mutatur in (·), יֶחֱרָדוּ *trepidabunt.* Cum præf. וְיֶחֶרְדוּ *& trepidabunt*, וַיֶּחֶרְדוּ *& trepidarunt.*

HIPHIL הֶחֱרִיד, Lxx. ἐκφοβέω, φοβερίζω, *exterreo, perterreo, perterrefacio*, ἀποσοβέω *abigo*, διώκω *persequor*, ὀξύνω *acuo*, παροχλέω *perturbo*, πολεμέω *belligero.*

Praet. 3. p. s. m. הֶחֱרִיד *perterruit.* 1. p. s. c. cum præf. וְהַחֲרַדְתִּי *& perterrui.*

Ben. s. m. מַחֲרִיד *terrefaciens.*

Infin. cum præf. לְהַחֲרִיד *ad exterrendum.*

חָרֵד m. Lxx. δειλὸς *timidus*, διώκων *persequens*, ἐξεστηκὼς *obstupefactus*, τρέμων *tremens, trepidus.* Sym. ἔκθαμβος *attonitus.* Cum præf. וְחָרֵד *& trepidus.* Plur. m. cum præf. הַחֲרֵדִים *trepidi*, וְהַחֲרֵדִים *& trepidi.* R. חָרַד *timuit, perterritus fuit.*

חֲרֹד Mass. *Hharódh*, Vulg. *Harád*, nomen propr. fontis in confiniis Tribus Issachar, austrum versus, Jud. 7. v. 1. Etym. *stupor*, aut *tremor*; ab חָרַד *stupefactus est, tremuit.*

חֲרָדָה f. Lxx. φόβος, Vulg. & alii, *timor, tremor, trepidatio*; ἔκστασις *horror*, ἀσέβεια *impietas.* Et particip. φοβηθεὶς *timens, timidus.* Alii item, *tremor, trepidatio.* Cum præf. הַחֲרָדָה *trepidatio*, לַחֲרָדָה *in trepidationem.* Const. חֶרְדַּת *trepidatio*, cum (ˇ) pro (-); quia duæ illæ motiones sæpius invicem permutantur, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 88. c. 1. 2. Cum præf. לְחֶרְדַּת *in trepidationem.* Plur. חֲרָדוֹת *trepidationes.* R. חָרַד *timuit, trepidavit.*

חֲרֹדִי Mass. *Hharodhí*, Vulg. *Harodí*, nomen proprium loci, ex quo oriundi erant Semma & Elica fortes David, 2. Reg. 23. v. 25. & cujus positionem ignorare se fatentur interpretum doctissimi. Etym. *tremefactus* vel *stupefactus*; ab חָרַד *tremuit, stupefactus est.* Vel *ardoris* aut *iræ abundantia*; ab חָרַר *exarsit*, aut חָרָה *iratus est*, & דַּי *abundantia.*

חרה QAL. Lxx. Sym. ὀργίζομαι, Lxx. Theod. θυμόομαι, Vulg. & alii, *irascor, excandesco, furore succendor.* Lxx. Aq. Sym. λυπέομαι, Lxx. item, λυπηρός εἰμι, *tristis sum, tristitia afficior.* Lxx. item, ἀθυμέω *animum despondeo*, βαρυθυμέω *gravi sum animo, graviter fero*, ἐκκαίομαι *exuror* (referebant ad חָרַר), παροξύνομαι *exacerbor*, πονηρόν ἐστι, *malum est*, πονηρὸν φαίνεται *malum videtur*, συγχέομαι *confundor*, συμφρύγομαι, alius, ἐκφρύγομαι, *aresco, torrefio.* Sym. item, ἐκπυρόομαι *conteror.* Cum hoc verbo semper exprimitur nomen אַף *ira*, vel subintelligitur. Cum exprimitur, construitur vulgo cum בְּ, rarius cum אֶל vel עַל *contra.* Quando subintelligitur, construitur cum לְ, vel בְּעֵינֵי *in oculis.*

Digitized by Google

Praet. 3. p. f. m. חָרָה *exarsit*, supple *ira*; atque ita cum omnibus temporibus, modis, & personis hujus verbi. Alii, *iratus est*. Cum præfix. וְחָרָה *& exardescet*. 3. p. pl. c. חָרוּ *exardescent*.

Infin. חֲרוֹת *exardescendo, irascendo*. In alia forma & cum præf. בַּחֲרוֹת *in ardendo, in irascendo*, לַחֲרוֹת *ad ardendum, ad irascendum*.

Fut. 3. p. f. m. יֶחֱרֶה, & per apocopen, de qua vide Gram. Heb. t. 1. p. 288. c. 2. יִחַר *accendetur, irascetur*. Cum præf. & eadem apocopa, וַיִּחַר *& accensa est* (ira), *& iratus est*.

NIPHAL נֶחֱרָה, unde Ben. pl. m. cum præf. הַנֶּחֱרִים, Isai. 41. v. 11. Lxx. ἀντικείμενοι *adversantes, adversarii*, Vulg. *qui pugnant*. Et cap. 45. v. 24. al. 25. Lxx. διορίζοντες *dividentes*, Vulg. ut cap. 41. v. 11. Alii utrobique, *irascentes, exardescentes*.

HIPHIL הֶחֱרָה, 3. p. f. m. Praet. Nehem. 3. v. 20. *accendit* ad instaurandum, h. e. ardenter, fervide instauravit. Complut. εἰς τὸ ὄρος αὐτοῦ *in monte*, vel *in montem ejus*, legeb. הָהָרָה ab הַר *mons*, cum ה pro (ו) in fine, & cum ה articulo cum affixo præter analogiam. Vulg. *in monte*, legebat הָהָרָה cum ה locali, ab eodem nomine הַר *mons*. Vacat apud Lxx. Vatic.

Fut. 3. p. f. m. cum apocopa, quam vide in Gram. Heb. tom. 1. p. 302. c. 1. וַיַּחַר, Job. 19. v. 11. Lxx. δεινῶς δὲ ἐχρήσατο *graviter autem usus est* ira adversum me, Vulg. *iratus est*, alii, *& accendit* iram suam contra me.

HITHPAEL הִתְחָרָה, unde 2. p. f. m. Fut. אַל־תִּתְחַר, Psal. 36. Heb. 37. v. 1. per apocopen pro אַל־תִּתְחָרֶה, vel compensato dagh. אַל־תִּתְחָרָה, vide Gram. Heb. t. 1. p. 306. c. 2. Lxx. μὴ παραζήλου *ne æmuleris*. Vulg. Lat. *noli æmulari*. Aq. μὴ διαμάχου *ne pugna*. Sym. VI[a]. edit. μὴ φιλονείκει *ne contende, ne altercare*. V[a]. edit. μὴ ἐρέθιζε, Theod. μὴ παρερέθιζε, *ne irritare*. Et Prov. 24. v. 18. al. 19. Lxx. μὴ χαῖρε *ne gaudeas*, Aq. Theod. μὴ διαμάχου *ne pugna*. Vulg. *ne contendas*. Alii utrobique, *ne succenseas, ne irascaris*.

חַרְהֲיָה Mass. *Hharhaiá*, Vulg. *Haraiá*, nomen proprium patris Eziel, Nehem. 3. v. 8. Etym. *ira*, aut *calor Domini*; ab חָרָה *iratus est, exarsit*, & יָהּ *Dominus*.

חֲרוּזִים m. pl. unde cum præf. בַּחֲרוּזִים, Cant. 1. v. 9. al. 10. Lxx. ὡς ὁρμίσκοι, Vulg. *sicut monilia*, legebant כַּחֲרוּזִים. Alii, *in torquibus, in monilibus, in margaritis*; vel *propter torques, monilia, margaritas*, &c. R. חָרַז inusit.

חָרוּל m. Lxx. φρύγανον *sarmentum*, Vulg. *spina, sentis*, alii, *carduus, urtica*. Plur. חֲרֻלִּים cum (ֻ) & dagh. per legem æquivalentiæ, pro חֲרוּלִים *urticæ*. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 65. c. 1. R. חָרַל inusit.

חָרוּם m. Levit. 21. v. 18. vel cum (ֻ) pro (ו), חָרֻם, Lxx. κολοβόῤῥιν *qui mutilo, præciso*, Vulg. *parvo naso est*, alii, *simus*. Rad. חָרַם inusit. in hac significatione.

חֲרוּמַף Mass. *Hharoumáph*, Vulg. *Haromáph*, nomen proprium filii Jedaiæ, Nehem. 3. v. 10. Etym. *destructio*, sive *anathema oris*; ab חָרַם in Hiph. *perdidit, destruxit, anathematizavit*, & פֶּה *os, oris*.

חָרוֹן & חֲרֹן, m. Lxx. ὀργὴ, Vulg. & alii, *ira*, θυμὸς *furor*, ὀνειδισμὸς *opprobrium*. Sym. ὁλόξηρος *totus siccus, totus aridus*, quasi ab חָרַר *arsit, exarsit*. Alii, *æstus, excandescentia, ira fervens*, &c. Const. חֲרוֹן *æstus*. Cum præf. וַחֲרוֹן *& æstus*, בַּחֲרוֹן *in æstu*, מֵחֲרוֹן *ab æstu*. Cum præf. & aff. וּבַחֲרוֹנוֹ *& in ira ejus*, vel *sua*, m. חֲרוֹנְךָ *in ira tua*, m. חֲרוֹנִי *ira mea*, c. Plur. cum aff. חֲרוֹנֶיךָ *iræ tuæ*, m. R. חָרָה *exarsit, iratus est*.

חֲרוּפִי Mass. *Hharouphí*, Vulg. *Haruphités*, nomen proprium loci aut urbis unde oriundus erat Saphatia, 1. Paral. 12. v. 5. De hoc loco aut urbe altum silent interpretes. Sunt tamen auctores nonnulli, quibus videatur fuisse in Tribu Juda aut Benjamin. Etym. *opprobrium*; ab חָרַף *exprobravit*. Vel *hyems*, aut *juventus*; ab חָרַף idem.

חָרוּץ m. Lxx. Aq. Sym. χρυσίον, Lxx. item, χρυσός, Vulg. & alii, *aurum* proprie concisum & purum, cui nulla alia materies est admixta. Sym. item adjective, πλούσιος *dives*. Et in alia significatione, Isai.

28. v. 27. Lxx. σκληρότης *durities*, Aq. συντέμνων *concîdens*, Vulg. *serræ*, Theod. τρίβολος *tribula*; sic etiam recentiores. Tribula autem Thalmudicis ligneum erat instrumentum ex tigillis factum & dentibus inferne obtusis armatum, quo frumentum excutiebatur, & stramen redigebatur in paleam. Cum præf. וְחָרוּץ *& aurum*, מֵחָרוּץ *præ auro*, וּמֵחָרוּץ *& præ auro*, בַּחָרוּץ *cum tribula*. Pro (·) sub ב, vide Gram. Heb. t. 1. p. 380. c. 1. Aliud חָרוּץ, vide infra in Paoul Qal verbi חָרַץ. Rad. חָרַץ *concidit*, &c.

חָרוּץ Mass. *Hbaroùts*, Vulg. *Harûs*, nomen propr. patris Messalemeth matris Amon regis Juda, 4. Reg. 21. v. 19. Etym. *concîsus*; ab חָרַץ *concîdit*. Vel *aureus*, aut *trituratus*; ab חָרוּץ *aurum*, vel *tribula*, triturationis instrumentum.

חַרְחוּר Mass. *Hbarbhoûr*, Vulg. *Harbûr*, nomen proprium viri, cujus filii aut posteri è captivitate Babylon. duce Zorobabele reversi sunt in Judæam, Esd. 2. v. 51. Etym. *calefactus*, aut *arefactus*; ab חָרַר *exarsit*, *calefactus*, *arefactus est*. Vel *calor albedinis*, *foraminis*, aut *libertatis*; ab Verbo חָרַר, & חוּר *albedo*, *foramen*, *libertas*.

חַרְחַס Mass. *Hbarbhás*, Vulg. *Araás*, nomen proprium patris Thecuæ patris Sellum, 4. Reg. 22. v. 14. Is 2. Paral. 34. v. 22. dicitur *Hasrá*. Etym. *ira*, vel *calor confidentiæ*; ab חָרָה *exarsit ira*, & חָסָה *confisus est*.

חַרְחֻר m. unde cum præf. וּבַחַרְחֻר, Deut. 28. v. 22. Lxx. καὶ ἐρεθισμῷ *& irritatione*, *& impetigine*. Aq. καὶ περιφλευσμῷ *& ambustione*. Sym. Theod. καὶ περιφλογισμῷ *& circumadustione*, Vulg. *& ardore*. Alii, *& inflammatione*, *& adustione*, *& uredine*, *& febri ardenti*. R. חָרַר *exarsit*, *inflammatus est*.

חֶרֶט m. Lxx. γραφὶς, Vulg. & alii, *stylus*, *scriptorius* & *sculptorius*. Hinc cum præf. בחרט & בְּחֶרֶט, *stylo*, *cum stylo*. Rad. חָרַט inusit.

חַרְטֻמִּים vide infra in חַרְטֻמִּים, col. seq.

חַרְטֹם m. Heb. & Chald. Lxx. Aq. Sym. Theod. ἐπαοιδὸς *incantator*. Lxx. item, φαρμακὸς *veneficus*. Aq. item, κρυφιαστὴς *occultorum interpres*. Lxx. item simpliciter, ἐξηγητὴς *interpres*. Sym. item, μάγος *magus*. Theod. item, σοφιστὴς *sophista*. Alii, *genethliacus*, *aruspex*, *præstigiator*, *hariolus*, quam ultimam vocem sæpius usurpat Vulg. Plur. חַרְטֻמִּים, Chald. חַרְטֻמִּין, & emphat. חַרְטֻמַּיָּא, *genethliaci*, *harioli*. Cum præfix. בַּחַרְטֻמִּים *in genethliacis*, לַחַרְטֻמִּים *genethliacis*. Const. חַרְטֻמֵּי *genethliaci*. Ceterum pluralia illa formantur à sing. inusit. חַרְטוּם, mutato (ו) in (ֻ) sequente dagh. per legem æquivalentiæ. Vide Gram. Heb. t. 1. p. 61. §. VI. c. 1. 2. R. חרטם inusit.

חֹרִי *albedo*, &c. vide חוֹרִי, supra col. 557.

חֹרִי Mass. *Hborí*, Vulg. *Horí*, nomen proprium filii Lotan, Gen. 36. v. 22. Etym. *princeps*, *liber*, *ingenuus*; ab חֹר idem. Vel *irascens*; ab חָרָה *iratus est*.

חֳרִי m. Lxx. ὀργὴ, Vulg. & alii, *ira*, θυμὸς *furor*, *ira præceps*. Alii, *æstus*, *ardor iræ*, &c. Cum præfix. בָּחֳרִי bahhori *in ira*, *in æstu*. R. חָרָה *ira exarsit*.

חִרְיוֹנִים vide in דִּבְיוֹנִים, supra col. 373.

חֲרִיטִים & חֲרִטִים, m. pl. à sing. inusit. חָרִיט, Lxx. 4. Reg. 5. v. 23. θυλάκοι, Vulg. & alii, *facci*, *sacculi*. Et Isai. 3. v. 22. Vulg. *acus*. Alii, *aciaria*, quibus mulieres capillos suos discernebant; unde Latinis *discriminatio* & *discernicula* vocabantur. Vacat apud Lxx. aut saltem eo loci confusi sunt. Alii, *loculi*, *sacculi*, *marsupia*, ut 4. Reg. 5. v. 23. Cum præf. וְהַחֲרִיטִים *& acus*. R. חָרַט inusit.

חָרִים vel חָרִם, Mass. *Hbarím*, Vulg. *Harím*, *Harém*, & *Harám*, vel *Harán*, nom. proprium sacerdotis, qui fœdus cum Deo initum signavit, Nehem. 10. v. 5. al. 6. &c. Etym. *destructus*, *anathematizatus*, *devotus*, *consecratus*; ab חָרַם in Hiph. *anathematizavit*, *devovit*, *consecravit*. Vel *sagena*, *rete*, *retiaculum*; ab חֵרֶם idem.

חֹרִים *nobiles*, vide חוֹרִים, supra col. 558.

חֹרִים Mass. *Hborím*, Vulg. *Horræi*, *Horrhæi*, & *Chorræi*, nom. proprium populi habitantis in monte Seir, ubi eo expulso, habitarunt postea filii seu posteri Esau, Gen. 14. v. 6. Deut. 2. vv. 12. 22. Etym. *principes*, *liberi*, *ingenui*; ab חֹרִים idem. Vel *irascentes*; ab חָרָה *iratus est*.

חֲרִיף Maſſ. *Hhariph*, Vulg. *Hareph*, nomen proprium viri cujus filii ſive poſteri Babylone Jeroſolymam reverſi ſunt, Nehem. 7. v. 24. Etym. *hyems*, *opprobrium*, *adoleſcentia*, *juventus*; ab חֹרֶף idem.

חֲרִיצִים m. pl. Lxx. τρίβολοι *tribula*, *trahæ*, 2. Reg. 12. v. 31. σκέπαρνα *aſcia*, 1. Paral. 20. v. 3. τρυφαλίδες *caſei*, 1. Reg. 17. v. 18. ubi Vulg. *formellæ*. Idem Vulg. alibi *carpenta*. Alii item, *raſtra*, *raſtelli*, *raſtes*. Hinc conſt. חֲרִיצֵי *tribulæ*. Cum præf. וּבַחֲרִיצֵי & defect. וּבַחֲרִצֵי, *& cum tribulis*. Vide in חָרִיץ ſupra col. 664. R. חָרַץ *concidit*.

חָרִישׁ m. Lxx. ἀροτριάσεως *aratio*, ſic etiam alii, θερισμὸς *meſſis*, σπόρος *ſemen*. Vulg. Verbal. *arare*. Cum præf. בֶּחָרִישׁ *in aratione*. Pro (ִ) ſub ב loco (ְ), vide Gram. Heb. tom. 1. p. 380. c. 1. Cum affix. חֲרִישׁוֹ *aratio ejus*, m. R. חָרַשׁ *aravit*.

חֲרִישִׁית f. Jon. 4. v. 8. à m. inuſit. חֲרִישִׁי; Lxx. συγκαίων *comburens*, Vulg. *urens*, alii, *ſilens* (ventus), h. e. ſubtiliſſimus, tenuiſſimus, qui æſtum auget magis quam ſpirando corrigit. Rad. חָרַשׁ *ſiluit*, *conticuit*.

חָרַךְ Heb. & Chald. QAL, unde 3. p. ſ. m. FUT. יַחֲרֹךְ, Prov. 12. v. 27. Lxx. ἐπιτεύξεται, Vulg. *inveniet*. Alii ex uſu Chald. *aduret*, ſumta metaphora à venatoribus vel aucupibus, qui, teſte Qimhhio, extremas alas avium captarum, ne avolarent, adurebant. Alii, *aſſabit*, *torrebit*.

ITPAEL אִתְחָרַךְ, unde 3. p. ſ. m. cum ה pro א ex forma Heb. הִתְחָרַךְ, Dan. 3. v. 27. al. 94. Theod. ἐφλογίσθη *inflammatus eſt*, Vulg. & alii, *aduſtus*, *combuſtus eſt*.

חֲרַכִּים m. pl. unde cum præf. מִן־הַחֲרַכִּים, Cant. 2. v. 9. Lxx. δίκτυα *retia*, h. e. feneſtræ reticulatæ, retis inſtar perforatæ; Gallice, *jalouſies*. Vulg. & alii, *cancelli*, *clathri*. R. חָרַךְ inuſit. in hac ſignificatione. Sunt tamen qui hoc Verbum *cancellis ſepire* ſignificare etiam exiſtiment.

חָרַם QAL, unde Hiph. הֶחֱרִים, Lxx. Aq. Sym. Theod. ἀναθεματίζω *anathematizo*, *devoveo*. Lxx. Sym. item, ἐξολοθρεύω *diſperdo*. Lxx. item, ἀνατίθημι *conſecro*, ἀπόλλυμι *perdo*, ἀφανίζω *deleo*, ἐρημόω, ἐξερημόω, *deſolo*, φονεύω *interficio*, *occido*, &c. Opponitur verbo רִחַם *miſertus eſt*, ac proprie ſignificat *perdere*, *exſcindere*, ſine ullo commiſerationis affectu.

PRAET. 3. p. ſ. m. הֶחֱרִים, & ſine (ִי), הֶחֱרִם, *anathematizavit*, *anathemati*, *internecioni devovit*. Cum præf. וְהֶחֱרִים *& devovebit*. Cum aff. הֶחֱרִימָם *devovit eos*. 2. p. ſ. m. cum præf. & expreſſo ה quod latebat in fine, וְהַחֲרַמְתָּה *& devovebis*, 1. Reg. 15. v. 18. ubi (ֱ) ſub ה dilatatur in (ֲ); quare ה notatur cum (ַ), vide Gram. Heb. tom. 1. p. 182. c. 1. eaque dilatatio conſpicitur in aliis quibuſdam hujus Præteriti perſonis. 1. p. ſ. c. הֶחֱרַמְתִּי *devovi*. Cum præf. וְהַחֲרַמְתִּי *delebo*, *devovebo*. Cum præf. & aff. וְהַחֲרַמְתִּים *& interficiam eos*. 3. p. pl. c. הֶחֱרִימוּ *devoverunt*. 2. p. pl. m. הַחֲרַמְתֶּם *devoviſtis*. Cum præfix. וְהַחֲרַמְתֶּם *& devovebitis*. 1. p. pl. c. הֶחֱרַמְנוּ *devovimus*.

INFIN. הַחֲרֵם, & cum punctis præteriti, ut volunt nonnulli, הֶחֱרִים, Joſ. 11. v. 12. *devovendo*. Cum præf. וְהַחֲרֵם *& devovendo*, לְהַחֲרִים וּלְהַחֲרִים *ad devovendum*, *& ad devovendum*. Cum præf. & affix. הַחֲרִימָם & לְהַחֲרִימָם *devovere eos*.

IMPER. 2. p. ſ. m. הַחֲרֵם *devove*. 2. p. pl. m. הַחֲרִימוּ *devovete*. Cum præf. & affix. וְהַחֲרִימוּהָ *& devovete eam*.

FUT. 3. p. ſ. m. יַחֲרִם, cum (ִ) pro (ִי), *devovebit*. Cum præfix. וַיַּחֲרֵם *& devovit*. Cum præf. & affix. וַיַּחֲרִימֶהָ *& devovit eam*. 2. p. ſ. m. תַּחֲרִים *devovebis*. Cum affix. תַּחֲרִימֵם *devovebis*, *interficies eos*. 3. p. pl. m. cum præfix. וַיַּחֲרִימוּ *& devovebunt*. Cum præf. & affix. וַיַּחֲרִמֵם cum (ִ) pro (ִי), *& devoverunt eos*. 2. p. ſ. m. תַּחֲרִימוּ *devovebitis*. 1. p. pl. c. cum præfix. וַנַּחֲרֵם *& devovimus*.

HOPHAL הָחֳרַם, unde 3. p. ſ. m. FUT. יָחֳרַם, & in pauſa יָחֳרָם, Lxx. Aq. Theod. ἀναθεματισθήσεται *devovebitur*. Lxx. item, ἐξολοθρευθήσεται *delebitur*, *exſcindetur*, *interficietur*, ἀνατεθῇ *conſecratum fuerit*.

חָרִם nomen proprium; vide חָרִים, ſupra col. 666.

חֵרֶם vide חֵרֶם, ſupra col. 664.

Digitized by Google

חֵרֶם, & cum duplici (·)

חֵרֶם, m. Lxx. & alius, ἀνάθεμα *anathema*, *devotum*, res *devota*. Lxx. Aq. Sym. Theod. ἀνάθημα *munus*, *donum*, Vulg. *votum*. Lxx. item, ἀναθεματισμένον *internecioni devotum*, ἀπώλεια *perditio*, ἀφόρισμα *separatio*, ἐκθλιβή, ἔκθλιψις *elisio*, ἐξολόθρευμα *omnimoda excisio*. Adjective, ἀφωρισμένος *separatus*, ὀλέθριος *perniciosus*. Et in alia significatione, ἄγκιστρον *hamus*, ἀμφίβληστρον *rete*, σαγήνη *sagena*, quod sit piscibus *exitialis*. Alii item, *occisio*, *interfectio*. Cum præfix. חֵרֶם *anathema*, וְחֵרֶם *& anathema*, לְחֵרֶם & לַחֵרֶם, *anathemati*. Cum præf. & affix. חֶרְמוֹ ab חֵרֶם, *rete ejus*, m. בְּחֶרְמוֹ *sagenâ suâ*, m. לְחֶרְמוֹ *reti ejus*, m. חֶרְמִי *anathema meum*, c. בְּחֶרְמִי *in reti meo*, c. Plur. חֲרָמִים *plaga*, *sagena*, *retia*, וַחֲרָמִים *& plagæ*, לַחֲרָמִים *plagis*. R. חָרַם in Hiph. *anathematizavit*, &c.

חֹרֵם Maſſ. *Hhorém*, Vulg. *Horém*, nomen proprium civitatis in Tribu Nephthali, Jos. 19. v. 38. Etym. *anathema*, *destructio*, *rete*; ab חֵרֶם aut חָרַם, idem.

חָרְמָה Maſſ. *Hhormá*, Vulg. *Harmá*, *Armá*, *Hermá*, & *Hormá*, nomen proprium civitatis primum Tribus Juda, deinde Simeonis, Jos. 12. v. 14. c. 15. v. 30. Num. 21. v. 3. 1. Reg. 30. v. 30. Etym. eadem ac nominis præced.

חֶרְמוֹן Maſſ. *Hhermón*, Vulg. *Hermón*, nom. proprium montis in dimidia Tribu Manaſſe trans Jordanem, ad orientem terræ Sanctæ, qui etiam dictus est *Sion*, *Sanir*, & *Sarion*, Deut. 3. v. 8. c. 4. v. 48. Jos. 13. v. 5. Psal. 88. Heb. 89. v. 13. &c. Etym. eadem ac nominis חֵרֶם, quod vide supra.

חֶרְמוֹנִים Maſſ. *Hhermoním*, Vulg. *Hermoniím*, nom. propr. sed plurale præcedentis montis *Hermon*; vel, secundum alios, incolarum ejusdem montis, Psal. 41. Heb. 42. v. 7. Etymologia quoque eadem.

חֶרְמֵשׁ m. Lxx. δρέπανον, Vulg. & alii, *falx*. Cum præf. וְחֶרְמֵשׁ *& falx*. R. חרמשׁ inusit.

חָרָן Maſſ. *Hharán*, Vulg. *Harán*, & *Charán*, nomen proprium 1°. civitatis Mesopotamiæ, in qua habitavit Thare pater Abrahami, Gen. 11. v. 32. &c. 2°. filii Caleb ex Epha ejus concubina, 1. Paral. 2. v. 46. Etym. *ira*, vel *irascens*; ab חָרָה *iratus est*, unde חָרוֹן *ira*.

חֲרֹן vide חָרוֹן, supra col. 664.

חֹרֹנִי Maſſ. *Hhóroní*, Vulg. *Horonités*, nomen proprium incolarum civitatis Oronaim, quæ primum fuit Moabitarum, deinde Tribus Ruben, Nehem. 2. v. 10. Etym. eadem ac nominis præcedentis.

חֹרֹנַיִם Maſſ. *Hhoronáiim*, Vulg. *Oronaím*, Isai. 15. v. 5. vide nomen præced. cum ejus etymologia, quam è numero singulari in pluralem commuta.

חַרְנֶפֶר Maſſ. *Hharnépher*, Vulg. *Harnaphér*, nomen proprium filii Supha filii Helem, 1. Paral. 7. v. 36. Etym. *ira crescens*, vel *ira tauri*, aut *juvenci*; ab חָרוֹן *ira*, & פָּרָה *crevit*, *fructificavit*; aut פַּר *taurus*, *juvencus*.

חֶרֶס & in pausa חָרֶס, m. Lxx. Sym. ἥλιος, Vulg. & alii, *sol*. Lxx. item in alia significatione, Deut. 28. v. 27. κνήφη, Vulg. *prurigo*, ἐλεφαντίασις *elephantiasis*, qui morbus lepra existimatur. Hinc cum præfix. & in pausa, וּבֶחָרֶס, cum (·) sub ח pro (·), vide Gram. Heb. tom. 1. p. 69. c. 1. & cum ה paragog. הַחַרְסָה, *sol*, לַחֶרֶס *soli*, וּבֶחָרֶס in pausa, *& prurigine*. Pro (·) sub ב, vide eandem Gram. ibid. p. 380. c. 1. R. חָרַס inusit.

חֶרֶס Maſſ. *Hhéres*, Vulg. *Háres*, nom. proprium montis in Tribu Dan, Jud. 1. v. 35. Etym. *testaceus*, sic Vulg. ab חֶרֶשׂ *testa*; alii, *sol*, vide vocem præced.

חַרְסָה vide supra in חֶרֶס.

חַרְסוּת, unde cum præf. & ut legendum docent Maſſorethæ, הַחַרְסִית, Jerem. 19. v. 2. ubi scribitur הַחַרְסוּת, Lxx. Χαρσιθ, Aq. Sym. Theod. Χαρσιθ, ut nomen proprium acceperunt. Vulg. *fictilis*, legebat חַרְשִׁית ab חֶרֶשׂ *testa*. Alii, *solaris*, *orientalis*; ab חֶרֶס *sol*. Alii, *meridionalis*: & melius quidem; nam vallis filii Ennom, quæ est ad introitum hujus portæ, sita est ad meridiem urbis Jerusalem. R. חָרַס inusit.

חָרַף QAL, Lxx. ὀνειδίζω, Vulg. & alii, *exprobro*, *probris afficio*. Lxx. item, ἥκω *venio*. Alii item, *convitior*, *propalo*,

traduco; & semel *hyemo*, ex significatione nominis derivati חֹרֶף *hyems*.

BEN. s. m. cum aff. חֹרְפִי *exprobrans me*, c. Plur. m. cum aff. חֹרְפַיִךְ *exprobrantes te*, *probris afficientes te*, m.

INFIN. cum præf. & aff. בְּחָרְפָם behhorpham, 2. Reg. 23. v. 9. vel cum accentu post (·), & in Infinit. Piel, ut habent alia exemplaria, בְּחָרְפָם behhárepham, *cum exprobrarent ipsi*.

FUT. 3. p. s. m. ex forma (-), יֶחֱרַף, Job. 27. v. 6. *probro afficiet* vel *afficit*, Vulg. *reprehendit*. 3. p. s. f. ex eadem forma & in pausa; quare (-) mutatur in (·), תֶּחֱרָף, Isai. 18. v. 6. Vulg. & alii, *hyemabit*.

NIPHAL נֶחְרַף, unde BEN. s. f. ex forma ח præcedente duplici (·), נֶחֱרֶפֶת, Levit. 19. v. 20. Lxx. *διαπεφυλαγμένη custodita, reservata*, Vulg. *nubilis*, Vulgus Hebræorum, *desponsata*. Alii, *probrosa*, *despecta*, *vitiata*.

PIEL חֵרֵף, cum (··) sub ח pro (·) ad compensandum daghésch ejectum, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 174. c. 1. Lxx. Aq. Sym. Theod. *ὀνειδίζω exprobro, vitupero, probris afficio*. Lxx. item, *εἰς ὄνειδος δίδωμι in opprobrium do*, *παροξύνω exacerbo*. Sym. item, *προπηλακίζω contumelia afficio*. Theod. item, *βλασφημέω blasphemo*. Alius, *ἐξευτελίζω vilipendo*. Alii item, *expono*, *objicio*.

PRAET. 3. p. s. m. חֵרֵף *probro affecit*, *objecit*, *exposuit*. 2. p. s. m. חֵרַפְתָּ *probro affecisti*. 1. p. s. c. חֵרַפְתִּי *probro affeci*. 3. p. pl. c. חֵרְפוּ *probro affecerunt*. Cum aff. חֵרְפוּךָ *probro affecerunt te*, m. חֵרְפוּנִי *probro affecerunt me*, c. 2. p. pl. m. חֵרַפְתֶּם *probro affecistis*.

BEN. s. m. מְחָרֵף *exprobrans*, *probro afficiens*.

INFIN. cum præf. לְחָרֵף *ad probro afficiendum*.

FUT. 3. p. s. m. יְחָרֶף *exprobrabit*, Psal. 73. Heb. 74. v. 10. ubi est (·) pro (··) ob accentum retractum in concursu, vide Gram. Heb. tom. 2. p. 308. c. 1. 2. 309. c. 1. Cum præf. וַיְחָרֵף *& probro affecit*. Cum aff. יְחָרְפֵנִי *probro afficiet me*, c. 3. p. pl. m. cum aff. יְחָרְפוּנִי *probro afficiant me*, c.

חָרֵף Mass. *Hharéph*, Vulg. *Hariph*, nomen proprium filii Hur, 1. Paral. 2. v. 51. Etym. *hyems*, *opprobrium*, *adolescentia*; ab חָרַף idem.

חֹרֶף m. Lxx. *ἔαρ ver*. Lxx. item, Aq. Sym. Theod. *χειμερινὸς*, Vulg. *hyemalis*, posito adjectivo pro substantivo *χεῖμα*, vel *χειμὼν*, *hyems*. Lxx. item, *περίπτερος circumquaque pinnas sive alas habens* (domus). Sym. item, *νεότης*, Job. 29. v. 4. *juventus*, Vulg. *adolescentia*, *ψῦχος frigus*, Prov. 20. v. 4. Hinc cum præf. הַחֹרֶף *hyems*, וָחֹרֶף *& hyems*, Gen. 8. v. 22. cum (·) sub (ו) tum ob pausam, tum quia duo nomina conjungit quorum posterius est penacutum, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 385. c. 2. וּבַחֹרֶף *& in hyeme*, מֵחֹרֶף *propter hyemem*, Prov. 20. v. 4. ubi Lxx. *ὀνειδιζόμενος exprobratus*, *probris affectus*, legebant מְחֹרָף in Paoul Pual verbi חָרַף *exprobravit*. Cum aff. חָרְפִּי hhorpi *juventus*, *adolescentia mea*, c. Rad. חָרַף *probro affecit*, unde *hyems*, quod sit quasi anni & terræ opprobrium; & *juventus*, quæ est ætas procax & ad convitia proclivis.

חֶרְפָּה f. Lxx. Aq. Sym. *ὄνειδος*, Lxx. Aq. Theod. *ὀνειδισμὸς*, Sym. item, *προπηλακισμὸς*, Vulg. & alii, *opprobrium*. Lxx. item, *αἰσχύνη pudor*, *confusio*. Et adjective, *στενακτὸς gemebundus*. Sym. item adjective, *ἐπονείδιστος exprobrabilis*. Alii item, *improperium*, *convitium*, *contumelia*. Cum præf. וְחֶרְפָּה *& opprobrium*, בְּחֶרְפָּה *cum opprobrio*, וּבְחֶרְפָּה *& cum opprobrio*, לְחֶרְפָּה *opprobrio*, *in opprobrium*, וּלְחֶרְפָּה *& opprobrio*. Const. חֶרְפַּת *opprobrium*. Cum præf. וְחֶרְפַּת *& opprobrium*, מֵחֶרְפַּת *propter opprobrium*. Cum præf. & affix. חֶרְפָּתוֹ *opprobrium ejus*, m. וְחֶרְפָּתוֹ *& opprobrium ejus*, m. חֶרְפָּתְךָ *opprobrium tuum*, m. חֶרְפָּתֵךְ *opprobrium tuum*, f. חֶרְפָּתִי *opprobrium meum*, c. חֶרְפָּתָם *opprobrium eorum*, חֶרְפָּתֵנוּ *opprobrium nostrum*, c. Plur. absol. cum præf. לַחֲרָפוֹת *in opprobria*. Const. חֶרְפוֹת *opprobria*. R. חָרַף *exprobravit*, *opprobrio affecit*.

חָרַץ QAL, Lxx. Sym. *συντέμνω concido*. Lxx. item, *συντελέω consummo*, *φονεύω occido*, *γρύζω mussito*, *grunnio*. Alius,

Exod.

Exod. 11. v. 7. ἀποφθέγγομαι *vociferer*, *clamo*, *latro*. Alii item, *moveo*, *moveor*, *acuo*, *exacuo*, *stringo*, *exsero*, *urgeo*, *decido*, *statuo*, *definio*, *decerno*, *decurto*, &c.

PRAET. 3. p. s. m. חָרַץ *movit*, supple *linguam*, *mussitavit*, *mutiit*. 2. p. s. m. in pausa; quare ר notatur cum (-), חָרָצְתָּ *decidisti*, *decrevisti*.

PAOUL s. m. חָרוּץ, Lxx. Sym. ἀνδρεῖος *virilis*, *strenuus*, *fortis*. Lxx. item, ἐκλεκτὸς *electus*, καθαρὸς *purus*, γλωσσότμητος, Levit. 22. v. 22. *cui lingua resecta est*, Vulg. *fractus*, alii, *mutilus*. Et substantive, τεῖχος *murus*, Dan. 9. v. 25. ubi alii, *fossa*; δίκη *ultio*, *pœna*, Joel. 3. v. 14. al. 4. v. 6. ubi teste Hieron. comm. in h. l. Aq. Sym. & V^a^. edit. *concisio*, Theod. κρίσις *judicium*. Alii item, *sedulus*, *industrius*, *diligens*, *accuratus*, &c. Cum præf. הֶחָרוּץ *concisio*, *excisio*, *excidium*: pro (-) sub ה loco (-), vide Gram. Heb. tom. 1. p. 69. c. 1. וְחָרוּץ *& murus*, *& fossa*. Plur. m. חֲרוּצִים & חֲרֻצִים, *decisi*, *definiti*, *decreti*, *seduli*, *industrii*, *strenui*. Aliud חָרִיץ, vide supra col. 665.

FUT. 3. p. s. m. יֶחֱרַץ *movebit*. 2. p. s. m. in pausa; quare (-) mutatur in (-), תֶּחֱרָץ, 2. Reg. 5. v. 24. *movebis te*, Lxx. καταβήσῃ *descendes*, Vulg. *inibis prælium*.

NIPHAL נֶחְרַץ, unde BEN. s. f. נֶחֱרָצָה, & ex forma ח præcedente duplici (-), נֶחֱרָצָה, Lxx. συντετμημένον *concisum* (verbum). Lxx. item substant. συντέλεια *consummatio*, Aq. ἀποτομὴ *concisio*. Alii, *definitum*, *decisum*, *decretum*, *res decisa & decreta*, *sententia finalis & irretractabilis*. Cum præf. וְנֶחֱרָצָה *& decisa*, *& decreta* (res), Vulg. *& abbreviatio*, *& finis*.

חַרְצֻבּוֹת f. pl. à sing. inusit. חַרְצֻבָּה aut חַרְצוּבָה, mutato (ו) in (-) & dagh. per legem æquivalentiæ, Lxx. Psal. 72. Heb. 73. v. 4. ἀνάνευσις *renutus*, Vulg. Lat. *respectus*. Aq. δυσπάθειαι *ægritudines*. Sym. ἐνεθυμοῦντο *recogitabant*, S. Hieron. *cogitaverint*; legisse videntur חֲשָׁבוֹת inusit. *cogitationes*, aut חָשְׁבוּ *cogitarunt*. Et Isai. 58. v. 6. Lxx. σύνδεσμος *vinculum*, Vulg. & alii, *colligationes*, *vincula*, *nexus*. R. חרצב inusit.

חַרְצוֹת f. pl. à sing. inusit. חֲרָצָה vel חֲרִיצָה, unde cum præfix. בַּחֲרֻצוֹת, Amos. 1. v. 3. Lxx. πρίοσι *serris*, Sym. τροχοῖς *rotis*, Vulg. *plaustris*, alii, *tribulis*. R. חָרַץ *concidit*.

חֲרִיצֵי m. plur. const. vide in חֲרִיצִים, supra col. 667.

חֲרֻצִים vide supra col. præced. in Paoul Qal Verbi חָרַץ.

חַרְצִין m. pl. Chald. unde cum affix. sing. חַרְצֵהּ, Dan. 5. v. 6. pro חַרְצוֹהִי, vide Gram. Chald. tom. 2. p. 582. c. 1. Theod. ὀσφὺς αὐτοῦ, Vulg. & alii, *renes*, *lumbi ejus*, m. R. חרצן inusit.

חַרְצַנִּים m. plur. unde cum præf. מֵחַרְצַנִּים, Num. 6. v. 4. Lxx. ἀπὸ στεμφύλων *à vinaceis*, Vulg. *ab uva passa*, alii, *ab acinis*. R. חרצן inusit.

חרק QAL. Lxx. Sym. βρύχω, Vulg. & alii, *frendeo*, *fremo*, *strideo*. Sym. item, πρίω *serro*, h. e. dentibus instar serræ compositis *frendeo*, *strideo*.

PRAET. 3. p. s. m. חָרַק *frendet*, *stridet*.
BEN. s. m. cum præf. וְחֹרֵק *& frendens*.
INFIN. חֲרֹק *frendendo*.
FUT. 3. p. s. m. יַחֲרֹק *fremet*, *stridebit*. 3. p. pl. m. cum præf. וַיַּחַרְקוּ *& fremuerunt*.

חרר QAL, unde NIPHAL נִחַר, Lxx. συμφρύγομαι, Aq. ψαθυρόομαι, Sym. αὐχμὸς γίνομαι, Vulg. & alii, *aresco*, *exaresco*. Lxx. item, βραγχιάζω *raucesco*, ἐκλείπω *deficio*, μάχομαι (Sym. διαμάχομαι), Vulg. *pugno*, πτωχὸς εἰμι *pauper sum*, συντρίβομαι *conteror*. Alii item, *uror*, *aduror*, *exuror*, *exsiccor*, *exardesco*.

PRAET. 3. p. s. m. נִחַר, in pausa נִחָר, & cum (-) pro (-) sub נ quasi ex forma defect. Pe נ, vide Gram. Heb. t. 1. p. 219. c. 1. נָחַר *exaruit*, *exsiccatum*, *adustum est*. 3. p. pl. c. cum (-) pro (-) ut supra, נָחֲרוּ & in pausa נִחָרוּ, *aruerunt*, *exarserunt*, *pugnaverunt*.

FUT. 3. p. s. m. cum præf. & in pausa; quare (-) mutatur in (-), וְיֵחָר *& adustum est* (lignum).

PIEL geminata prima & secunda radicali חִרְחֵר aut חַרְחַר, unde Infinitivus cum præf. לְחַרְחַר, Prov. 26. v. 20. al. 21. Lxx. substantive, εἰς ταραχὴν *in tumul-*

Digitized by Google

tum; Aq. Theod. (εἰς τὸ, vel τῷ) ἀναζέσαι *ad exacerbandam*, alii, *ad accendendam* (litem). Vulg. *suscitat* (lites).

חֲרֵרִים m. plur. Jerem. 17. v. 6. Lxx. ἅλιμα *salsugines*, Vulg. *siccitas*, alii, *siccitates*, *aestus*, *exustiones*, *loca sicca*, *arida*, & *calore solis adusta*. Rad. חָרַר *exarsit*, *adustus est*.

חרש QAL. Lxx. Aq. Sym. Theod. ἀροτριάω, Vulg. & alii, *aro*, & metaphorice, *exaro*, τεκταίνω *fabrico*, *machinor*. Aq. Sym. Theod. item, ἐγκολάπτω *caelo*. Lxx. item, γλύφω *sculpo*, θερίζω *meto*, καινίζω *innovo* (legebant חָדַשׁ pro חָרַשׁ), κατασκευάζω *domo*, αἰσχύνομαι *confundor*, &c. Et in alia significatione, Lxx. Aq. κωφεύω, Lxx. item, ἀποκωφόομαι, *obsurdesco*, *mutus fio*. Sym. σιγάω *sileo*, ἡσυχάζω *quiesco*, παρακούω *non audio*. Alii item, *surdum ago*, *surditatem fingo*.

PRAET. 3. p. pl. c. חָרְשׁוּ *ararunt*. 2. p. pl. m. חֲרַשְׁתֶּם *arassetis*.

BEN. s. m. חֹרֵשׁ & חוֹרֵשׁ, Lxx. ἀροτριῶν *arans*, *arator*, τέκτων *faber*. Aq. Sym. Theod. τεκταίνων *fabricans*. Lxx. item, χαλκεὺς *faber aerarius*, ἀλοητὸς *tritura*, Amos. 9. v. 13. ἁμαρτωλὸς *peccator*. Cum praef. הַחֹרֵשׁ *arans*. Plur. m. חֹרְשִׁים, construct. חֹרְשֵׁי, & fem. חֹרְשׁוֹת, *arantes*.

PAOUL s. f. חֲרוּשָׁה *exarata*.

INFIN. cum praef. וְלַחֲרֹשׁ & *ad arandum*.

FUT. 3. p. s. m. ex forma hhólem, quae in significatione *arandi* usurpatur, ut forma (-) in significatione *silendi*, יַחֲרוֹשׁ & יַחֲרֹשׁ, *arabit*, יַחֲרַשׁ *silebit*. 2. p. s. m. תַּחֲרֹשׁ *arabis*, *machinaberis*, תַּחֲרֹשׁ, & in pausa תֶּחֱרָשׁ *sileas*. 3. p. pl. f. תֶּחֱרַשְׁנָה *obsurdescent*.

NIPHAL נֶחְרַשׁ, unde 3. p. s. f. FUT. תֵּחָרֵשׁ, Jerem. 26. v. 18. Mich. 3. v. 12. ἀροτριαθήσεται, Vulg. & alii, *arabitur*.

HIPHIL הֶחֱרִישׁ, Lxx. Aq. Sym. κωφεύω, Lxx. item, ἀποκωφόω, *surdesco*, *surdus sum*. Lxx. Theod. σιγάω, Lxx. item, σιωπάω, ἀποσιωπάω, παρασιωπάω, *sileo*, *taceo*, *silentio praetereo*, ἡσυχάζω *quiesco*, ἡσυχίαν ἄγω *quietem duco*, παρακούω *non audio*, *audire nolo*, παρίημι *dimitto*, *omitto*, *negligo*, καινίζω, ἐγκαινίζω *novo*, *innovo*; legebant הֶחֱדִישׁ. Sym. item, δουλεύω *servio*. Alii item, *fabrico*, *machinor*.

PRAET. 3. p. s. m. cum (·) pro (ִ), הֶחֱרִשׁ *tacuit*. Cum praef. וְהֶחֱרִשׁ & וְהֶחֱרִישׁ, & *tacuit*, & *tacebit*. 1. p. s. c. הֶחֱרַשְׁתִּי *tacui*. Cum praef. וְהֶחֱרַשְׁתִּי & *tacui*. 3. p. pl. c. cum praef. וְהֶחֱרִישׁוּ & *siluerunt*.

BEN. s. m. מַחֲרִישׁ *silens*. Cum praefix. כְּמַחֲרִישׁ *sicut silens*. Plur. m. מַחֲרִשִׁים *silentes* (estis), *siletis*.

INFIN. הַחֲרֵשׁ *tacendo*.

IMPER. 2. p. s. m. הַחֲרֵשׁ, & 2. p. s. f. הַחֲרִישִׁי, *sile*. 2. p. pl. m. הַחֲרִישׁוּ *silete*.

FUT. 3. p. s. m. יַחֲרִישׁ *silebit*. 2. p. s. m. תַּחֲרִישׁ, & 2. p. s. f. תַּחֲרִישִׁי *silebis*. 1. p. s. c. אַחֲרִישׁ *silebo*, *tacebo*, *praetermittam*. 3. p. pl. m. יַחֲרִישׁוּ *tacebunt*. Cum praef. וַיַּחֲרִישׁוּ & וַיַּחֲרִשׁוּ, & *siluerunt*. 2. p. pl. m. cum ן parag. תַּחֲרִישׁוּן *silebitis*.

HITHPAEL הִתְחָרֵשׁ, unde 3. p. pl. m. FUT. cum praefix. וַיִּתְחָרְשׁוּ, Jud. 16. v. 2. Lxx. καὶ ἐκώφευσαν & *siluerunt*, Aq. καὶ ἐσιωπῶντο & *tacebant*, Sym. καὶ ἡσύχαζον & *quiescebant*.

חָרָשׁ m. Lxx. τέκτων, Lxx. Aq. τεχνίτης, Vulg. & alii, *faber*, *artifex*. Lxx. item, ἀρχιτέκτων *architectus*, οἰκοδόμος *aedificator*, χαλκεὺς *faber aerarius*, κωφὸς *surdus*, Isai. 44. v. 11. ubi legebant חֵרֵשׁ. Et Verbal. τεκταίνω, ἀρχιτεκτονέω, *fabrico*, ἐγκαινίζομαι *innovor*, Isai. 45. v. 16. ubi pro חָרָשֵׁי legebant חֲדָשֵׁי. Cum praef. הֶחָרָשׁ *artifex*, cum (ֶ) pro (ַ) sub ה, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 69. c. 1. וְחָרָשׁ & וְהֶחָרָשׁ, & *artifex*. Const. חָרַשׁ *artifex*, servato (ָ) penultimae, quod ibi positum est ad compensandum dagh. ejectum; חָרָשׁ enim est formae גַּנָּב, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 88. c. 1. & p. 390. c. 1. Plur. חָרָשִׁים, remanente (ָ) ut in reg. sing. & mutato eo in (ְ) & ex forma דָּבָר, חֲרָשִׁים *artifices*. Cum praef. הֶחָרָשִׁים *artifices*, וְחָרָשִׁים & *artifices*, לֶחָרָשִׁים *artificibus*, וְלֶחָרָשִׁים & *artificibus*; pro (ֶ) sub ל, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 70. c. 2. Const. חָרָשֵׁי *fabri*, retento utroque (ָ), priori quidem ad compensandum daghésch ejectum, posteriori vero quia est sub litera daghésch

Digitized by Google

notanda, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 88. c. 1. & p. 90. c. 1. Sic cum præf. וְחָרָשֵׁי *& artifices*, לְחָרָשֵׁי *artificibus*. R. חָרַשׁ *aravit*, *fabricavit*.

חֵרֵשׁ m. Lxx. Sym. κωφὸς, Vulg. & alii, *surdus*. Cum præf. וְחֵרֵשׁ *& surdus*, כְּחֵרֵשׁ *sicut surdus*. Plur. חֵרְשִׁים *surdi*, servato (··) penultimæ ad compensandum daghésch ejectum; nam חֵרֵשׁ est formæ אִשֵּׁר, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 60. c. 2. num. III. & pag. 390. c. 2. Cum præf. הַחֵרְשִׁים *surdi*, וְחֵרְשִׁים *& surdi*. R. חָרַשׁ *obsurduit*.

חֶרֶשׁ m. Jos. 2. v. 1. Theod. κρυφῆ, alius, κρυφῇ, *clanculum*, Vulg. *in abscondito*, alii, *in silentio*. Vacat apud Lxx. subintelligitur præpositio ב *in* cum hoc nomine; interdum enim adverbia formantur ex substantivis & præpositione vel expressa, vel subintellecta. Vide Gram. Heb. t. 1. p. 375. c. 1. R. חָרַשׁ *siluit*.

חֶרֶשׂ & in pausa חָרֶשׂ, m. Lxx. Aq. ὄστρακον, Vulg. & alii, *testa*. Lxx. item adjective, ὀστράκινος *testaceus*, ὀξὺς *acutus*, ἀροτριῶν *arans*, Isai. 45. v. 9. ubi legebant חֹרֵשׁ; ἐγκαινίζω *innovo*, Isai. 16. v. 11. ab חָדַשׁ in Piel *innovavit*; ἑορτὴ *festum*, Ezech. 23. v. 34. ubi legebant חֹדֶשׁ. Sym. Theod. τέκτων *faber*, Job. 41. v. 22. ubi legebant חָרָשׁ vel חֹרֵשׁ. Cum præf. כְּחֶרֶשׂ *sicut testa*. Plur. const. חַרְשֵׂי *testæ*. Cum affix. חֲרָשֶׂיהָ *testæ ejus*, f. R. חָרַשׂ inusit. aut חָרַס, unde חֶרֶס *sol*, &, secundum nonnullos, *testa*, quod olim ad solem esset cocta.

חֹרֶשׁ m. Lxx. Aq. Sym. Theod. δρυμὸς, Vulg. & alii, *saltus*, *quercetum*, *sylva*, proprie densa & implexa, hinc Lxx. item adjective, πυκνὸς *densus*; &, lecto ד pro ר, καινὸς *novus*, ab חָדַשׁ idem. Aq. item, ὕλη *materia*. Alii item, *virgultum*. Cum præf. הַחֹרֶשׁ *virgultum*, וְחֹרֶשׁ *& virgultum*. Cum ה locali, חֹרְשָׁה *in sylvam*: pro retento hhólem penult. vide Gram. Heb. tom. 2. p. 102. §. XI. Sic cum alia præpositione, בַּחֹרְשָׁה *in sylva*. Plur. cum præf. וּבֶחֳרָשִׁים *& in sylvis*; pro (··) loco (·) sub ב, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 380. c. 1. R. חָרַשׁ *fabricavit*, unde *sylva*, quod sit fabrilis materies.

חַרְשָׁא Mass. *Hharschá*, Vulg. *Harsâ*, nom. proprium viri, cujus filii, sive posteri è captivitate Babylon. duce Zorobabele Jerusalem redierunt, Esd. 2. v. 52. Etym. *artificium*; ab חָרָשׁ *artifex*. Vel *aratio*; ab חָרַשׁ *aravit*. Vel *testa*; ab חֶרֶשׂ idem. Vel *silentium*; ab חֶרֶשׁ idem. Vel *surditas*; ab חֵרֵשׁ *surdus*. Vel denique *sylva*, ab חֹרֶשׁ idem.

חֲרֹשֶׁת f. cum voce אֶבֶן *lapis*, Lxx. τὰ λιθουργικὰ, Exod. 31. v. 5. *lapidum elaborationes*, & Verbaliter, λιθουργῶ *lapides elaboro*, ibid. c. 35. v. 33. Cum voce עֵץ *lignum*, iidem Lxx. τὰ τεκτονικὰ τῶν ξύλων *fabricationes lignorum*, ibid. c. 31. v. 5. Alii, *artificium*, *fabrefactura*. Vulg. sensum, non verbum expressit. Hinc cum præf. וּבַחֲרֹשֶׁת *& in artificio*. R. חָרַשׁ *sculpsit*, *calavit*, *incidit*, *fabricavit*.

חֲרֹשֶׁת Mass. *Hharóscheth*, Vulg. *Haroseth*, nom. proprium civitatis in Tribu Nephthali, Jud. 4. vv. 2. 13. 16. Ald. Complut. & mss. Oxon. appellative accipiunt v. 16. vertuntque δρυμὸς *sylva*, *quercetum*. Alias etymologias vide supra in nomine חַרְשָׁא.

חרת QAL, unde PAOUL f. m. חָרוּת, Exod. 32. v. 15. al. 16. Lxx. κεκολαμμένη, Vulg. & alii, *sculpta*, *exarata* (scriptura).

חֶרֶת Mass. *Hhéreth*, Vulg. *Har* & melius, *Háreth*, nom. proprium saltus in Tribu Juda, 1. Reg. 22. v. 5. Etym. *sculptura*; ab חָרַת *sculpsit*. Vel *libertas*; ab חֲרַר Chald. *libertate donavit*.

חשב Heb. & Chald. QAL, Lxx. Aq. Sym. Theod. Vª. edit. λογίζομαι, Vulg. & alii, *cogito*, *existimo*. Lxx. item, διαλογίζομαι *ratiocinor*, ἀρχιτεκτονέω *fabrico*, βουλεύομαι *consulo*, ἐξευρίσκω *excogito*, δοκέω *videor*, ἐπιχειρέω *aggredior*, εὐλαβέομαι *revereor*, ἡγέομαι *existimo*, μνησικακέω cum voce רָעָה, *memor sum malorum*, ποιέω *facio*, φροντίζω *curo*. Alii item, *imputo*, *reputo*. Sæpe construitur cum אֶל־, עַל, & לְ.

PRÆT. 3. p. f. m. חָשַׁב *cogitavit*. Cum præf. וְחָשַׁב *& cogitavit*. Cum affix. חֲשָׁבָהּ *reputavit illud*. 2. p. f. m. חָשַׁבְתָּ, & expresso ה in fine חָשַׁבְתָּה, *cogitasti*. Cum præf.

Digitized by Google

וְחָשַׁבְתָּ *& cogitabis.* 1. p. f. c. חָשַׁבְתִּי *cogitavi.* 3. p. pl. c. חָשְׁבוּ, & in pausa חָשָׁבוּ, *cogitarunt.* 2. p. pl. m. חֲשַׁבְתֶּם *cogitastis.* 1. p. pl. c. cum affix. & (ּ) euphonico pro (ו), חֲשַׁבְנֻהוּ *reputavimus, æstimavimus eum.*

Ben. f. m. חֹשֵׁב, Lxx. λογιστὴς *ratiocinator*, ποικιλτὴς *variegator*, ὑφάντης *textor*, ὑφαντὸς *textus.* Et subst. ἀρχιτεκτονία *fabricatio*, λογισμὸς *ratiocinium.* Alii item, *cogitans*, *artifex* proprie peritus & cogitans sive excogitans. In phrasi, מַעֲשֵׂה חֹשֵׁב, Exod. 28. v. 15. Aq. Sym. ἔργον βεροχωτὸν *opus laqueatum.* Lxx. ἔργον ποικιλτοῦ *opus variegatoris*, Vulg. *polymitum.* Cum præf. וְחֹשֵׁב *& artifex.* Pl. m. חֹשְׁבִים & cum præf. הַחֹשְׁבִים, *cogitantes.* Conſt. חֹשְׁבֵי *cogitantes.* Cum præf. וְחֹשְׁבֵי *& cogitantes*, וּלְחֹשְׁבֵי *& cogitantibus.*

PEIL m. plur. Chald. חֲשִׁיבִין *reputati*, Dan. 4. v. 32.

Infin. cum præf. לַחְשֹׁב & contracte לְחֹשֵׁב *cogitare*, וְלַחְשֹׁב *& cogitare.*

Fut. 3. p. f. m. יַחְשֹׁב contracte pro יַחְשֹׁב, & sequente Maqqaph יַחְשָׁב־ iahhschov contracte pro יַחְשָׁב־ iahhaschov *cogitabit.* Cum præf. & aff. יַחְשְׁבֵנִי *reputabit me*, c. וַיַּחְשְׁבֵנִי *& reputavit me*, c. וַיַּחְשְׁבֶהָ *& reputavit illud.* 3. p. f. f. תַּחְשֹׁב contracte pro תַּחְשֹׁב, *cogitat.* 2. p. f. m. cum præf. & aff. וַתַּחְשְׁבֵנִי *& reputes me*, c. 3. p. pl. m. יַחְשְׁבוּ, in pausa יַחְשֹׁבוּ contracte pro יַחְשְׁבוּ, & cum ן parag. יַחְשְׁבוּן, *cogitabunt, cogitant.* 3. p. plur. f. cum affix. & (ּ) pro (ו), תַּחְשְׁבֻנִי *reputant me*, c. 2. p. pl. m. תַּחְשְׁבוּ & in pausa תַּחְשֹׁבוּ *cogitatis.* 1. p. pl. c. cum præf. & ה parag. וְנַחְשְׁבָה *& cogitabimus.*

NIPHAL נֶחְשַׁב, Lxx. Aq. Sym. Theod. λογίζομαι, Lxx. item, ἐκλογίζομαι, *æstimor, reputor.* Lxx. item, προσλογίζομαι *supputor, imputor, annumeror*, δοκέω *videor.*

Praet. 3. p. f. m. cum præf. וְנֶחְשַׁב contracte pro וְנֶחְשַׁב *& æstimabitur.* Sic 1. p. f. c. נֶחְשַׁבְתִּי *æstimatus sum.* 3. p. pl. c. נֶחְשְׁבוּ & in pausa נֶחְשָׁבוּ contracte pro נֶחְשְׁבוּ, *reputantur.* 1. p. pl. c. נֶחְשַׁבְנוּ contracte pro נֶחְשַׁבְנוּ, *reputati, reputatæ sumus.*

Ben. f. m. נֶחְשָׁב contracte pro נֶחְשָׁב *æstimatus, reputatus.*

Fut. 3. p. f. m. יֵחָשֵׁב *imputabitur.* 3. p. f. f. תֵּחָשֵׁב, & cum (ֶ) in fine pro (ֵ) ob seq. Maqqaph, תֵּחָשֶׁב־, *reputatur, reputabitur.* Sic cum præfix. וַתֵּחָשֶׁב־ *& reputatum est.* 3. p. pl. m. יֵחָשְׁבוּ *reputantur.*

PIEL חִשֵּׁב vel חִשַּׁב, Lxx. προσλογίζομαι *supputo* (sic etiam Aq. Levit. 25. v. 50. at Theod. ibid. *tracto*) συλλογίζομαι *computo*, κινδυνεύω *periclitor*, ὑπολαμβάνω *cogito, æstimo.* Sym. ἀναλογίζομαι *mecum reputo.*

Praet. 3. p. f. m. cum præf. וְחִשַּׁב *& supputabit.* 3. p. f. f. חִשְּׁבָה *cogitabat, cogitavit*, Jon. 1. v. 4. quem locum vide in Gram. Heb. tom. 2. p. 106. c. 2. 1. p. f. c. חִשַּׁבְתִּי *cogitavi.*

Ben. f. m. מְחַשֵּׁב *cogitans.*

Fut. 3. p. f. m. יְחַשֵּׁב *cogitabit, cogitat, excogitat.* 2. p. f. m. cum præf. & affix. וּתְחַשְּׁבֵהוּ *& reputas eum, & cogitas de eo.* 1. p. f. c. cum præf. & ה parag. וַאֲחַשְּׁבָה *& cogitabam.* 3. p. pl. m. יְחַשְּׁבוּ *supputabant, cogitabant.* 2. p. pl. m. cum ן parag. תְּחַשְּׁבוּן *excogitabitis.*

HITHPAEL הִתְחַשֵּׁב, unde 3. p. f. m. Futuri יִתְחַשָּׁב, Num. 23. v. 9. Lxx. συλλογισθήσεται *connumerabitur*, Vulg. & alii, *reputabitur.*

חֵשֶׁב m. Lxx. & alius, συνυφὴ *contextura.* Lxx. item, λογεῖον vel λόγιον, *rationale*, ποίησις *opus*, ὕφασμα *textura*, ὑφαντὸς *textus.* Aq. διάζωσμα *cinctura, cingulum.* Sym. μηχάνωμα *artificium, structura arte facta.* Cum præf. וְחֵשֶׁב *& cingulum*, בְּחֵשֶׁב *cum cingulo*, לְחֵשֶׁב *ad cingulum.* R. חָשַׁב *cogitavit, excogitavit*; unde חֵשֶׁב *cingulum* seu Ephod, quod singulari artificio excogitatum esset atque elaboratum.

חֹשֵׁב vide in Benoni חָשַׁב, col. præced.

חַשְׁבַּדָּנָה Mass. *Hhaschbaddána*, Vulg. *Hasbadána*, nom. propr. viri stantis ad sinistram Esdræ, cum Lex Divina populo congregato lecta est, Nehem. 8. v. 4. Etym. *festinans*, vel *computans*, vel *cogitans*, vel *silens judicium suum*; ab חוּשׁ *festinavit*, aut חָשַׁב *cogitavit, computavit*, aut חָשָׁה *siluit*, דִּין *judicavit*, & ה pro (ו) aff. 3. p. f. m.

חֲשֻׁבָה Mass. *Hhaschubá*, Vulg. *Hasabá*, nomen propr. filii Zorobabel filii Phadaiæ,

Digitized by Google

1. Paral. 3. v. 20. Etym. *cogitatio*, *supputatio*, *æstimatio*, vel *artificium*; ab חָשַׁב *cogitavit*, *supputavit*, *æstimavit*, *artificiose elaboravit*. Vel *festinatio*, aut *silentium in ea*; ab חוּשׁ *festinare*, aut חָשָׁה *silere*, ב *in*, & aff. 3. p. f. f.

חֶשְׁבּוֹן m. Lxx. Aq. Sym. Theod. λογισμὸς, Aq. item, ἐπιλογισμὸς, Vulg. & alii, *cogitatio*, *ratio*, *ratiocinium*. Lxx. item, ψῆφος *calculus*, μηχανὴ *machina* ingeniose excogitata. Cum præfix. וְחֶשְׁבּוֹן *& ratio*. Plur. in forma fem. & cum (·) pro (ֶ) sub ח, quia duæ illæ motiones sæpius invicem permutantur, חִשְּׁבֹנוֹת *rationes*, *ratiocinia*, &c. R. חָשַׁב *cogitavit*, *excogitavit*, *ratiocinatus est*.

חֶשְׁבּוֹן Mass. *Hheschbón*, Vulg. *Hesebón*, nom. propr. civitatis confugii & Leviticæ in finibus Tribuum Ruben & Gad, ad quam postremam Tribum pertinebat, Num. 21. v. 25. c. 32. v. 37. Jos. 21. v. 37. Isai. 15. v. 4. 1. Paral. 6. v. 81. Etym. *supputatio*, vel *cogitatio*; ab חָשַׁב *supputavit*, *cogitavit*. Vel *festinans intelligere*, aut *ædificare*; ab חוּשׁ *festinare*, & בִּין *intelligere*, vel בָּנָה *ædificare*.

חֲשַׁבְיָה Mass. *Hhaschaviá*, Vulg. *Hasabiá*, sive *Hasabiás*, & *Hasebiá*, nomen propr. 1°. filii Merari, 1. Paral. 9. v. 14. 2°. filii Amasiæ, 1. Paral. 6. v. 45. 3°. filii Idithun, 1. Paral. 25. v. 3. 4°. principis Levitarum, 2. Paral. 35. v. 9. Etym. *cogitatio*, *æstimatio*, aut *artificium Domini*; ab חָשַׁב *cogitavit*, *æstimavit*, *artificiose elaboravit*, & יָהּ *Dominus*. Vel *festinatio* aut *silentium in Domino*; ab חוּשׁ *festinare*, aut חָשָׁה *silere*, ב *in*, & יָהּ *Dominus*.

חֲשַׁבְנָה Mass. *Hhaschavná*, Vulg. *Hasebná*, nomen proprium viri, qui fœdus cum Deo initum signavit, Nehem. 10. v. 25. Etym. *festinatio intelligentis*, aut *ædificantis*; ab חוּשׁ *festinare*, & בִּין *intelligere*, aut בָּנָה *ædificare*.

חֲשַׁבְנְיָה Mass. *Hhaschavneiá*, Vulg. *Hasebniá*, nomen proprium Levitæ, Nehem. 9. v. 5. Etym. *cogitatio*, *supputatio Domini*; ab חֶשְׁבּוֹן *cogitatio*, *supputatio*, & יָהּ *Dominus*. Vel *silentium*, aut *festinatio filii Domini*; ab חָשָׁה *silere*, aut חוּשׁ *festinare*, בֵּן *filius*, & יָהּ *Dominus*.

חָשָׁה QAL. Lxx. σιγάω, σιωπάω, Vulg. & alii, *sileo*, *taceo*. Lxx. item, ἡσυχάζω *quiesco*.

Infin. cum præf. לַחֲשׁוֹת *silendi*.

Fut. 2. p. s. m. תֶּחֱשֶׁה *silebis*. 1. p. s. c. אֶחֱשֶׁה *tacebo*. 3. p. plur. m. יֶחֱשׁוּ *tacebunt*. Cum præf. וַיֶּחֱשׁוּ *& siluerunt*.

HIPHIL הֶחֱשָׁה, Lxx. κατασιωπάω *silere facio*, *silentium impono*. Et intransitive, σιωπάω (sic etiam Sym.) σιγάω *sileo*, ἡσυχάζω *quiesco*. Sym. item, ἀμελέω *negligo*.

Praet. 3. p. s. c. הֶחֱשֵׁיתִי *silui*.

Ben. s. m. מַחְשֶׁה contr. pro מַחֲשֶׁה, *silens*. Sic pl. m. מַחְשִׁים *silentes*, *silentium imperantes*.

Imper. 2. p. pl. m. הֶחֱשׁוּ *silete*, 4. Reg. 2. vv. 3. 5. ubi servantur puncta præteriti, quanvis in nonnullis codicibus legatur הַחֲשׁוּ.

חַשּׁוּב Mass. *Hhaschschoúv*, Vulg. *Hasúb*, vel *Hassúb*, nomen proprium patris Semeiæ Levitæ, Nehem. 11. v. 15. 1. Paral. 9. v. 14. Etym. *æstimatus*, *supputatus*, vel *cogitatio*, aut *artificium*; ab חָשַׁב *æstimavit*, *supputavit*, *cogitavit*, *artificiose elaboravit*.

חֲשׁוֹכָא m. Chald. unde cum præf. בַּחֲשׁוֹכָא, Dan. 2. v. 22. Theod. ἐν τῷ σκότει, Vulg. & alii, *in tenebris*. Rad. חֲשַׁךְ *tenebrosus*, *obscuratus fuit*.

חֲשׂוּפָא Mass. *Hhaschouphá*, Vulg. *Hasuphá*, nomen proprium viri Nathinæi, cujus posteri è captivitate Babylon. Jerosolymam duce Zorobabele redierunt, Esd. 2. v. 43. Etym. *nudatus*, *discoopertus*; ab חָשַׂף *nudavit*, *discooperuit*.

חֲשׁוּקִים m. plur. à sing. inusit. חָשׁוּק, unde cum præf. & affix. וַחֲשֻׁקֵיהֶם, & cum (ֻ) pro (וּ), וַחֲשֻׁקֵיהֶם, Exod. 27. vv. 10. 11. &c. Lxx. καὶ ψαλίδες αὐτῶν *& forfices earum*. Et Exod. 38. v. 17. καὶ ἀγκύλαι αὐτῶν *& ansæ earum* (columnarum). Vulg. *& cælaturæ earum*, seu *cum cælaturis suis*. Alii, *conjunctiones*, *coagmentationes*, *virgæ*, seu *perticæ* uncinis columnarum insertæ, & columnas ipsas conjungentes & invicem coagmentantes. Alii, *cincturæ*, *fasciæ*, &c. R. חָשַׁק *conjunxit*, *cinxit*, &c.

חַשְׁחִין m. plur. Chald. Dan. 3. v. 16. Theod. χρείαν ἔχομεν *necesse habemus*, Vulg. *opor-*

Digitized by Google

tet ; ad verbum, *necessarii sumus.* Fem. itidem plurale חַשְׁחָן, Esd. 6. v. 9. *necessariæ res, necessaria.* Lxx. ὑστέρημα *indigentia*, Vulg. *necesse*, alii, *quæ opus sunt.* R. חָשַׁח *opus habuit, necesse fuit.*

חַשְׁחוּת f. Chald. Esd. 7. v. 20. Lxx. χρεία *necessitas*, alii, *necessarium*, Vulg. *opus fuerit.* R. חָשַׁח *opus habuit.*

חֻשִׁים m. pl. Num. 32. v. 17. Lxx. προφυλακὴ *excubiæ.* Vulg. *accincti.* Alii, *expediti, festini, celeres, alacres.* R. חוּשׁ *festinare.*

חֻשִׁים nomen proprium viri, vide infra in חוּשִׁם, col. 685.

חֲשִׂיפִים vel חֲשִׂפִים, m. plur. unde const. חֲשִׂפֵי, 3. Reg. 20. Græc. cap. 21. v. 27. Lxx. ποίμνια, Vulg. *parvi greges.* Alii simpliciter, *greges.* R. חָשַׂף *nudavit, exhausit*, Arabibus, *parvus, vilis fuit.*

חָשַׁךְ QAL. Lxx. σκοτίζω, συσκοτάζω, σκοτίζομαι, Vulg. & alii, *obscuror, obtenebror, contenebror, tenebresco, obtenebresco*, φθείρομαι *corrumpor.* Sym. sequente præposit. מִן, σκοτεινότερος εἰμι *tenebrosior sum.*

PRAET. 3. p. s. m. חָשַׁךְ *obscuratur.* 3. p. s. f. cum præf. וְחָשְׁכָה *& obscurabitur, & tenebræ erunt.* 3. p. pl. c. חָשְׁכוּ *obtenebrati sunt.* Cum præf. וְחָשְׁכוּ *& obtenebrescent.*

FUTURI 3. p. s. f. תֶּחְשַׁךְ contracte pro תֶּחֱשַׁךְ, *obtenebrescat.* Sic cum præf. וַתֶּחְשַׁךְ *& obscurata est.* 3. p. pl. m. יֶחְשְׁכוּ *obtenebratæ fuissent* (stellæ). 3. p. pl. f. תֶּחְשַׁכְנָה contracte pro תֶּחֱשַׁכְנָה *obscurabuntur, obscurentur.*

HIPHIL הֶחְשִׁיךְ, Lxx. σκοτόω, συσκοτάζω, *obtenebro, tenebras effundo*, κρύπτω *celo, occulto.*

PRAET. 3. p. s. m. הֶחְשִׁיךְ contracte pro הֶחֱשִׁיךְ, *obtenebravit.* 1. p. s. c. cum præfix. & (ִ) dilatato in (ַ), quare ה notatur cum (ֲ), וְהַחֲשַׁכְתִּי *& obtenebrabo.*

BEN. s. m. מַחְשִׁיךְ contracte pro מַחֲשִׁיךְ, *obtenebrans.* Sym. & alius, σκοτεινὸς *tenebrosus.*

FUT. 3. p. s. m. יַחְשִׁיךְ contracte pro יַחֲשִׁיךְ, *obtenebrabit.* Sic cum præf. & (ַ) pro (ִ), וַיַּחְשִׁךְ *& obtenebravit, & obscuravit.*

חָשַׂךְ QAL. Lxx. ὑπεξαιρέομαι, Sym. ἐξαιρέομαι, *eruo, libero.* Lxx. item, ἀφειδέομαι, Aq. Sym. συντηρέω, *conservo.* Lxx. item, κουφίζω *levo, levem reddo, condono*, ἀφιστῶ *circumtraho*, συνάγω *congrego*, φείδομαι (sic etiam Aq. & Sym.) *parco.* Alii item, *cohibeo, prohibeo, retineo, substraho, submoveo, abstineo, moderate ago.*

PRAET. 3. p. s. m. חָשַׂךְ & in pausa חָשָׂךְ, *substraxit, cohibuit.* 2. p. s. m. חָשַׂכְתָּ *substraxisti.* 1. p. s. c. חָשַׂכְתִּי *conservavi.* 3. p. pl. c. חָשְׂכוּ & in pausa חָשָׂכוּ, *cohibent.*

BEN. s. m. חוֹשֵׂךְ *cohibens.* Cum præfix. וְחוֹשֵׂךְ & וְחֹשֵׂךְ, *& cohibens.* Aq. Sym. καὶ φειδόμενος *& parcens*, Prov. 11. v. 24. al. 25.

IMPER. 2. p. s. m. חֲשֹׂךְ *cohibe.*

FUT. 3. p. s. m. יַחְשֹׂךְ contracte pro יַחֲשֹׂךְ, *cohibebit.* Sic 2. p. s. m. תַּחְשֹׂךְ *cohibebis.* 2. p. s. f. contracte & in pausa; quare servatur hhólem motio primariæ vocis, תַּחְשֹׂכִי *cohibeto.* 1. p. s. c. cum (ָ hhatoúph) pro hhólem ob sequens Maqqaph, אֶחְשָׂךְ־ éhhesoch *cohibebo.* Cum præf. וָאֶחְשֹׂךְ contracte pro וָאֶחֱשֹׂךְ, *& cohibui.*

NIPHAL נֶחְשַׂךְ, Lxx. Job. 16. v. 6. ἀλγήσω *doleo*, Sym. ἐνδίδωμι *remittor, levior fio.* Et c. 21. v. 30. Lxx. κουφίζομαι *levis fio, alleviar.* Aq. ibid. ὑπεξαιρέομαι *eruor*, Sym. συντηρέομαι *conservor*, Vulg. *servor*, alii, *prohibeor, cohibeor, substrahor.*

FUT. 3. p. s. m. יֵחָשֵׂךְ, & in concursu alterius accentus יֵחָשֶׂךְ, *cohibebitur, substrahetur, servabitur.*

חֹשֶׁךְ m. Lxx. Aq. Sym. Theod. σκότος, Vulg. & alii, *tenebræ.* Lxx. item adject. σκοτεινὸς *tenebrosus.* Et Deut. 5. v. 23. πῦρ *ignis.* Aq. item, νέφωσις *obnubilatio.* Sym. ἀχλὺς, γνόφος, *caligo, obscuritas*, συνέφεια *nubium coactio.* Cum præf. הַחֹשֶׁךְ *tenebræ*, וְחֹשֶׁךְ & וְהַחֹשֶׁךְ, *& tenebræ*, בַּחֹשֶׁךְ *in tenebris*, וּבַחֹשֶׁךְ *& in tenebris*, לַחֹשֶׁךְ & לְחֹשֶׁךְ, *tenebris, in tenebras*, וְלַחֹשֶׁךְ *& tenebris*, מֵחֹשֶׁךְ *ex tenebris*, וּמֵחֹשֶׁךְ *& ex tenebris.* Cum affix. חָשְׁכִּי hhoschki *tenebræ meæ.* R. חָשַׁךְ *obtenebratus est.*

חֲשֵׁכָה f. Lxx. σκότος, Vulg. & alii, *tenebræ.* Lxx. item adject. σκοτεινὸς, Vulg. *tenebro-*

Digitized by Google

sus. Cum præf. בַּחֲשֵׁכָה חֲשֵׁכָה *& tenebræ*, *in tenebris*, בַּחֲשֵׁיכָה, Psal. 138. Heb. 139. v. 12. cum (י) antiqua vocali *e*, *sicut tenebræ*. Conſt. חֲשֵׁכַת *tenebræ*; sed eſt potius ab חֲשֵׁכָה inuſit. nam conſtruct. חֲשֵׁכָה eſſet חֶשְׁכַת, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 92. c. 1. Plur. ex forma maſc. חֲשֵׁכִים *tenebræ*, Iſai. 50. v. 10. R. חָשַׁךְ *obtenebratus eſt*.

חֲשֻׁכִּים m. pl. Prov. 22. v. 29. à ſing. inuſit. חָשׁוּךְ, mutato (ו) in (ֻ) & dagh. per legem æquivalentiæ, Lxx. ἄνδρες νωθροὶ *homines ſocordes*, Theod. σκοτεινοὶ *tenebroſi*, Vulg. & alii, *ignobiles*, *obſcuri*. Rad. חָשַׁךְ *obſcuratus eſt*.

חשל Heb. & Chald. PEAL, unde Ben. ſ. m. cum præf. וְחָשֵׁל, Dan. 2. v. 40. Theod. Verbaliter, καὶ δαμάζει, Vulg. *& domat*, alii, *& debilitat*, *& comminuit*.

NIPHAL נֶחֱשָׁל, unde Ben. pl. m. cum præf. הַנֶּחֱשָׁלִים, Deut. 25. v. 18. Lxx. κοπιῶντες *laborantes*, alii, *debiles*, *debilitate affecti*.

חֻשִׁם Maſſ. *Hhuſchím*, Vulg. *Haſum*, *Haſim*, & *Haſim*, nomen proprium viri, quorum poſteri è captivitate Babyl. reverſi ſunt in Judæam, Eſd. 2. v. 19. c. 10. v. 33. &c. Etym. *feſtinatio*, aut *ſilentium eorum*; ab חוּשׁ *feſtinare*, aut חָשָׁה *ſilere*, & aff. 3. p. pl. m.

חֻשָׁם Maſſ. *Hhuſchám*, Vulg. *Huſam*, nom. proprium regis, qui tertius regnavit in Edom, Gen. 36. v. 34. Etym. eadem ac nominis præced.

חֻשִׁים & חֻשִׁם, Maſſ. *Hhuſchím*, Vulg. *Huſim* & *Haſim*, nomen proprium 1°. filii Dan, Gen. 46. v. 23. 2°. filii Aher, 1. Paral. 7. v. 12. Etym. *feſtinantes*, *calores*; ab חוּשׁ *feſtinare*. Vel *feſtinatio*, aut *ſilentium eorum*, vide ſupra חֻשִׁם.

חֶשְׁמוֹן Maſſ. *Hheſchmón*, Vulg. *Haſſemon*, nomen proprium civitatis meridiem inter & Occidentem Tribus Juda, Joſ. 15. v. 27. Etym. *feſtinatio*, aut *ſilentium numeri*, vel *portionis*; ab חוּשׁ *feſtinare*, aut חָשָׁה *ſilere*, & מָנָה *numeravit*, aut מָנָה *pars*, *portio*.

חַשְׁמַל m. unde cum præf. חַחַשְׁמַל, & cum ה parag. חַחַשְׁמַלָה, Lxx. Theod. ἤλεκτρον,

Vulg. *electrum*, alius, ἶρις *iris*, Aq. Sym. φέγγος *ſplendens*. Alii, *pruna*, *carbunculus*, *gemma ignita*, &c. R. חשמל inuſit.

חַשְׁמֹנָה Maſſ. *Hhaſchmoná*, Vulg. *Heſmona*, nomen proprium loci in deſerto Sinaï, in quo facta eſt ſexta & vigeſima manſio filiorum Iſraël, Num. 33. v. 29. Etym. *legatio*, vide vocem ſequentem. Vel, *feſtinatio numerationis*, aut *præparationis*; ab חוּשׁ *feſtinare*, & מָנָה *numeravit*, *præparavit*.

חַשְׁמַנִּים m. plur. Pſal. 67. Heb. 68. v. 32. à ſing. inuſit. חַשְׁמָן, aut חַשְׁמַן, mutato (ָ) in (ַ) & dagh. per legem æquivalentiæ, Lxx. πρέσβεις *legati*, *oratores*, Sym. ἐκφανοῦντες *patefacientes*, *declarantes*, Aq. adverb. ἐπισπευσμένως *feſtinanter*, S. Hieron. *velociter*, ab חוּשׁ *feſtinare*. Alii, *principes*, *optimates*, *magnates*, *duces*, &c. unde Machabæi dicti ſunt *Haſmonei*; & Cardinales à Judæis Italis appellantur *Hhaſmannim*; teſte R. Elia Levita in Thiſbi. R. חשמן inuſit.

חֹשֶׁן m. Lxx. Aq. Sym. Theod. λόγιον vel λογεῖον, Vulg. *Rationale*. Lxx. Theod. item, ποδήρης *veſtis talaris*. Sym. item, δοχεῖον *receptaculum*, nempe duodecim gemmarum, & *Urim* ac *Thummim*, ſi forte à Rationali eſſent diſtincta. Lxx. item, περιστήθιον *pectorale*, ſic etiam recentiores. Erat ornamentum ex ſerico auro, & duodecim gemmis pretioſis nomina duodecim Patriarcharum inſcriptis adornatum, quod ſummus Sacerdos ſupra pectus geſtabat. Cum præf. הַחֹשֶׁן *Rationale*, בַּחֹשֶׁן *in Rationali*, וְהַחֹשֶׁן *& Rationali*. R. חָשַׁן inuſit.

חשף QAL. Lxx. Aq. ἀνασύρω, Lxx. item, ἀποκαλύπτω, γυμνόω, ἐξαντλέω, Vulg. & alii, *haurio*, *exhaurio*. Lxx. item & Theod. ἀποκαλύπτω *revelo*, *retego*, ἐρευνάω *ſcrutor*, ἐξερευνάω *perſcrutor*, στερεόω *firmo*. Alii item, *nudo*, *denudo*, *diſcooperio*.

Praet. 3. p. ſ. m. חָשַׂף *nudavit*. Cum aff. חֲשָׂפָהּ *nudavit eam*. 1. p. ſ. c. חָשַׂפְתִּי *nudavi*, *nudabo*.

Paoul ſ. f. חֲשׂוּפָה *nudatum* (brachium). Plur. m. cum præf. & ex forma nominum Syrorum plur. maſcul. conſtructorum,

Digitized by Google

חֲשׂוּפַי, Isai. 20. v. 4. vel est mendum graphicum pro וַחֲשׂוּפֵי, *& nudati, & discooperti.*

INFIN. חָשֹׂף *nudando.* Cum præf. לַחְשֹׂף contracte pro לַחֲשׂף, *ad hauriendum.* Sic cum præf. וְלַחְשֹׂף *& ad hauriendum.*

IMPER. 2. p. s. f. חֶשְׂפִי cum (·) pro (·) aut (-) sub ח, *denuda.*

FUT. 3. p. s. m. cum præf. וַיֶּחְשֹׂף *& denudavit, & revelavit.*

חֲשֻׂפִים, vide חֲשׂוּפִים, supra col. 683.

חָשַׁק QAL. Lxx. ἐπιθυμέω *concupisco, desidero,* αἱρέομαι *eligo, eruo,* προαιρέομαι *praeligo,* ἐλπίζω *spero,* ἐνθυμέομαι *cogito,* πραγματεύομαι *molior.* Aq. προσκολλάομαι *agglutinor.* Alii item, *amo, diligo, propenso sum animo in aliquem, voluptatem capio in aliqua re, complaceo, adhæreo, conjungo, cingo.* Construitur cum ב, & quandoque accusativo.

PRAET. 3. p. s. m. חָשַׁק *amavit, propensus fuit.* 3. p. s. f. חָשְׁקָה *amore propendet, ardenter amat.* 2. p. s. m. חָשַׁקְתָּ *amavisti.* Cum præf. וְחָשַׁקְתָּ *& amaveris.*

PIEL חִשֵּׁק, unde 3. p. s. m. PRAET. cum præf. וְחִשַּׁק, Exod. 38. v. 28. Lxx. καὶ κατεκόσμησεν *& ornavit,* alii, *& cinxit, & conjunxit, & conseruit.*

PUAL חֻשַּׁק, unde PAOUL plur. masc. מְחֻשָּׁקִים כֶּסֶף, Exod. 27. v. 17. c. 38. v. 17. Lxx. κατηργυρωμένοι, περιηργυρωμέναι, *deargentati, deargentatæ,* Vulg. *vestitæ* (columnæ) *argento.* Alii, *consertæ,* vel *radiatæ argento,* h. e. perticis argenteis.

חֵשֶׁק m. Lxx. ἐπιθυμία *concupiscentia, desiderium,* πραγματεία *opus, operatio.* Alii item, *voluntas, beneplacitum, animi propensio, complexio, propensio voluntatis, desiderium vehemens, appetitus, voluptas.* Cum affix. חִשְׁקִי *desiderium meum,* c. cum (·) pro (·) sub ח. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 93. c. 1. initio. R. חָשַׁק *concupivit, desideravit.*

חֲשֻׁקִים, vide חֲשׁוּקִים, supra col. 682.

חִשֻּׁקִים m. plur. unde cum præf. & affix. וְחִשֻּׁקֵיהֶם, 3. Reg. 7. v. 32. al. 33. Lxx. juncta hac voce cum sequenti וְחִשֻּׁרֵיהֶם, καὶ ἡ πραγματεία αὐτῶν *& opus, & fabrica earum* (rotarum). Vulg. *& canthi earum.* Alii, *& radii earum.* R. חָשַׁק *amavit, complexus est,* unde *canthi,* quod rotam circumplectantur.

חַשְׁרָה f. unde const. חַשְׁרַת, 2. Reg. 22. v. 12. Lxx. σκότος *tenebræ,* legebant חֶשְׁכַת, ut legitur in Psalmo parallelo 17. Heb. 18. v. 12. Alii, *colligatio, coacervatio, congeries, densitas;* ab חָשַׁר inusit. quod conferunt cum קָשַׁר *ligavit, colligavit.*

חִשֻּׁרִים m. plur. unde cum præf. & affix. וְחִשֻּׁרֵיהֶם, 3. Reg. 7. v. 33. Lxx. hanc vocem cum præcedente וְחִשֻּׁקֵיהֶם conjunctam interpretantur: καὶ ἡ πραγματεία αὐτῶν *& opus, & fabrica earum* (rotarum). Vulg. *& modioli.* Alii, *& radii, & ligamenta earum.* R. חָשַׁר inusit. quod conferunt cum קָשַׁר *ligavit, colligavit;* unde *modioli,* vel *radii,* quod sint rotarum colligationes.

חֲשַׁשׁ m. Vulg. *calor, ardor,* alii, *quisquiliæ, gluma, stipula minuta, cremium, gramen torridum;* & generatim materia quævis arida & ignem facile *concipiens.* Lxx. pro verbo accipiunt, & aliene interpretantur. R. חָשַׁשׁ inusit.

חֻשָׁתִי Mass. *Hhuschathí,* Vulg. *Husathí & Husathités,* nomen proprium loci aut civitatis unde oriundus erat Sobochai, 2. Reg. 21. v. 18. 1. Paral. 27. v. 11. Is locus, secundum nonnullos, erat in Tribu Simeonis. Etym. *festinans,* vel *tacens;* ab חוּשׁ *festinare,* vel חָשָׁה *silere.*

חַת adjectiv. m. unde pl. m. חַתִּים, 1. Reg. 2. v. 4. Jerem. 46. v. 5. *fracti, confracti* (sunt). Lxx. 1. Reg. 2. v. 4. Verbaliter, ἠσθένησεν *infirmatus,* Vulg. *superatus est* (arcus); pro hac constructione adjectivi pluralis cum substantivo singulari, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 468. can. XI. col. 1. 2. Lxx. item, Jerem. 46. v. 5. πτοοῦνται *perterrentur, obstupescunt.* Vulg. *pavidi.* R. חָתַת *territus, perterritus est.*

חַת, unde in pausa חָת, m. Lxx. τρόμος, Vulg. & alii, *terror, tremor.* Cum præf. & aff. וְחִתְּכֶם *& terror, & tremor vester,* m. R. חָתַת *territus, conterritus est.*

חֵת Mass. *Hhéth,* Vulg. *Héth, Hethæus,* nomen proprium 1°. filii Chanaan, Gen. 10.

Digitized by Google

10. v. 15. à quo dicti ſunt Hethæi. 2°. viri à cujus filiis ſeu poſteris ſepulchrum emit Abraham, Gen. 23. vv. 3. 10. Etym. *confractus, formidans, tremens*; ab חָתַת *confractus eſt, timuit, tremuit.*

חָתָה QAL. Lxx. αἴρω *tollo, capio, accipio*, ἀποδέω *alligo*, ἐκτίλλω *evello*, σωρεύω *congrego, coacervo.* Aq. Sym. Theod. Prov. 6. v. 27. ὑποπυρόω *accendo*, Vulg. ibid. *abſcondo.*

Ben. ſ. m. חֹתֶה *capiens (es) capis.*

Infin. cum præf. לַחְתּוֹת contracte pro לַחְתּוֹת, *ad capiendum.*

Fut. 3. p. ſ. m. cum præf. & ה interrog. הֲיַחְתֶּה, contracte pro הֲיַחְתֶּה, *an accipiet?* Cum aff. יַחְתְּךָ *capiet, abripiet te*, m.

חִתָּה f. unde conſt. חִתַּת, Gen. 35. v. 5. Lxx. φόβος, Vulg. & alii, *timor, tremor, conſternatio.* R. חָתַת *timuit, tremuit, conſternatus eſt.*

חִתּוּל m. Ezech. 30. v. 21. Vulg. *linteola*, plur. Alii, *faſcia.* Vacat apud Lxx. R. חָתַל *faſciis involvit.*

חַתְחַתִּים m. plur. à ſing. inuſit. חַתְחַת, quod idem eſt ac חַת, geminata prima & ſecunda radic. Hinc cum præf. וְחַתְחַתִּים, Eccle. 12. v. 5. Lxx. καὶ θάμβοι *& terrores.* Sym. & Ald. in ſing. numero, καὶ θάμβος *& terror.* Aq. Verbaliter, καὶ τρόμῳ τρομήσουσι *& tremore trement.* Vulg. *& formidabunt.* Alii, *& contritiones, & conſternationes, & terrores maximi*; nam geminatio radicalium ſenſum plerumque auget. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 471. c. 1. 2. tom. 2. p. 253. c. 2. Rad. חָתַת *territus, contritus, conſternatus eſt.*

חִתִּי Maſſ. *Hhittí*, Vulg. *Hethæus*, Gen. 15. v. 20. Femin. חִתִּית Maſſ. *Hittíth*, Vulg. *Cethæa*, Ezech. 16. v. 3. Plural. m. חִתִּים Maſſ. *Hhittím*, Vulg. *Hethæi*, Jud. 1. v. 26. & fem. חִתִּיּוֹת Maſſ. *Hhittiióth*, Vulg. *Hethææ*, 3. Reg. 11. v. 1. nomen proprium populi ab חֵת Chanaanis filio ſic dicti, & regionem circa Hebronem incolentis. Vide ſupra חֵת cum ejus etymologia.

חִתִּים, vide in חֵת, ſupra col. præced.

חִתִּים, vide ſupra in חִתִּי.

חִתִּית m. Lxx. φόβος, Vulg. & alii, *formido, terror, pavor, conſternatio.* Cum affix. חִתִּיתִי *terror meus*, c. חִתִּיתָם *terror eorum.* Cum præf. & affix. בְּחִתִּיתָם *cum terrore eorum.* R. חָתַת *territus, perterritus eſt.*

חִתִּית } vide in חִתִּי, ſupra col. præced.
חִתִּית }

חָתַךְ QAL, unde NIPHAL נֶחְתַּךְ, ex quo 3. p. ſ. m. Praet. נֶחְתַּךְ contracte pro נֶחְתַּךְ, Dan. 9. v. 24. Theod. συνετμήθησαν *conciſæ ſunt*, Vulg. *abbreviatæ ſunt*, alii, *definitæ, decretæ, deciſæ, determinatæ ſunt* (70. Hebdomades). Ad verbum *deciſa eſt*, qua ſyntaxi diſtributio ſæpius innuitur, pro unaquæque earum (70. hebdomadarum) deciſa, definita eſt. Vide Gram. Heb. t. 1. p. 550. can. II.

חָתַל QAL, unde PUAL חֻתַּל, ex quo 3. p. ſ. f. in pauſa; quare (-) ſecundæ rad. mutatur in (-), חֻתָּלְתְּ, Ezech. 16. v. 4. Lxx. ἐσπαργανώθης *faſciata, faſciis involuta es.*

HOPHAL הָחְתַּל hohhtal, unde Infin. cum præfix. וְהָחְתֵּל vehohhtél, contracte pro וְהָחְתֵּל vehohhotél, Ezech. 16. v. 4. *& faſciando.* Lxx. καὶ ἐν σπαργάνοις *& in* vel *cum faſciis*, Vulg. *pannis*, ſubſtantive acceperunt.

חֲתֻלָּה f. unde cum aff. חֲתֻלָּתוֹ, Job. 38. v. 9. *faſcia, pannus, involucrum ejus*, m. Lxx. Verbal. αὐτὴν ἐσπαργάνωσα *faſciis eam* vel *illud* (mare) *involvi.* Vulg. *illud quaſi pannis infantiæ obvolverem*, ſenſum, non verbum, expreſſerunt; niſi forte legerint חִתַּלְתִּיו in 1. p. ſ. c. præteriti Qal cum affixo. R. חָתַל *faſciis involvit.*

חֶתְלֹן Maſſ. *Hhethlón*, Vulg. *Hethalón*, nomen proprium montis, ut videtur, ad Septentrionem & Occidentem terræ Sanctæ, Ezech. 47. v. 15. c. 48. v. 1. conf. Num. 34. v. 7. Etym. *contritio, terror, formido manſionis*; ab חַת *contritio*, &c. & לוּן *pernoctare, manere.* Vel *involutio, faſcia earum*; ab חָתַל *involvit, faſciavit*, & aff. 3. p. pl. f.

חָתַם Heb. & Chald. QAL. Lxx. Theod. σφραγίζω, Vulg. & alii, *ſigno.* Lxx. item, ἀποσφραγίζω, κατασφραγίζω, *obſigno, ſigillo confirmo*, &c. Sym. Job. 14. v. 17.

Digitized by Google

ἀποθησαυρίζω *accumulo*, *coacervo*, referebat ad חמם, quod vide supra col. 689. Alii item, *claudo*, *occludo*, *obstruo*, *finio*, *diligenter asservo*.

Praet. 3. p. ſ. m. Chald. cum præfix. & aff. והתמה *& obsignavit eam*.

Ben. ſ. m. חותם *obsignans*.

Paoul ſ. m. חתום, cum (ּ) pro (ו), חתם, & cum præf. החתום, *obsignatus*, *reconditus*. Pro (ּ) loco (ּ) ſub ח, vide Gram. Heb. t. 1. p. 69. c. 1. Plur. m. cum præf. החתומים *obsignati*, *obsignata*. Cum præf. & (ּ) pro (ו), וחתמים *& obsignata*.

Infin. cum præf. וחתום *& obsignando*. Cum præf. ולחתם contracte pro ולחתום, *& ad obsignandum*.

Imper. 2. p. ſ. m. חתום *obsigna*. Cum præfix. וחתם *& obsigna*. 2. p. pl. m. cum præf. וחתמו *& obsignate*.

Fut. 3. p. ſ. m. יחתם contracte pro יחתום, *obsignavit*. Lxx. Job. 33. v. 16. ἐξεφόβησεν αὐτοὺς *exterruit eos*, Aq. πλήξει αὐτοὺς *percellet eos*, legebant יחתם in fut. Hiph. verbi חתת *territus*, *exterritus est*, cum aff. 3. p. pl. m. Cum præf. ויחתם contracte pro ויחתום, *& obsignavit*. Sic 3. p. ſ. f. ותחתם idem.

NIPHAL נחתם, unde 3. p. ſ. m. Praet. cum præf. ונחתם contracte pro ונחתום, & in forma hholem, quam vide in Gram. Heb. tom. 1. p. 170. c. 1. Schevaque dilatato in (ֶ); quare נ afficitur (ֶ), ונחתם contracte pro ונחתום, Lxx. καὶ σφραγισθῇ *& obsignetur*, alii, *obsignatum est*, impersonaliter, *& obsignatæ sunt* (literæ).

PIEL חתם, unde 3. p. pl. c. Praet. חתמו, Job. 24. v. 16. Lxx. ἐσφράγισαν *signaverant*, Vulg. *condixerant*, Sym. ὡς ἐν σφραγῖδι κρύπτουσιν *quasi in sigillo abscondent* (seipsos).

HIPHIL החתים, Levit. 15. v. 3. 3. p. ſ. m. Praet. contracte pro החתים, Lxx. συνέστηκε *constitit*, Aq. ἐσφραγίσθη, Theod. ἐσφράγισται, *obsignatus est*. Sym. συμπέπηγεν *circumconcretus est*, Vulg. *concreverit*.

חתם vel חותם, m. Lxx. Aq. Sym. Theod. σφραγὶς *sigillum*. Sic etiam alii. Lxx. item, ἀποσφράγισμα, Vulg. *signaculum*, δακτύλιος, Vulg. & alii, *annulus*, signatorius videlicet. Cum præf. כחותם *sicut sigillum*. Cum præf. & aff. בחתמו *sigillo suo*, m. חתמך *sigillum tuum*, m. Rad. חתם *sigillavit*, *sigillo munivit*.

חתמת f. Lxx. δακτύλιος, Vulg. *annulus*, nempe signatorius. Alii item, *sigillum*. Hinc cum præf. החתמת *annulus*, *sigillum*. R. חתם *obsignavit*, *sigillo munivit*.

Fut. 3. p. s. m. cum præf. & (·) in fine ob accentum ab ultima ad penult. vi (ו) convertentis retractum, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 172. c. 2. tom. 2. p. 309. c. 2. 310. c. 1. ויחל, Gen. 8. vv. 10. 12. Vulg. & alii, *exspectavitque*. Lxx. *καὶ ἐπέσχεν* *& continens se*, h. e. & exspectans.

PIEL יחל, aut sine compensatione daghésch excidentis, quod in hac conjugatione perpetuum est, יחל, Lxx. Aq. *ἐλπίζω*, Lxx. item, *ἐπελπίζω*, Vulg. & alii, *spero*, *sperare facio*. Lxx. item, *ὑπομένω*, Vulg. & alii, *sustineo*, *exspecto*, *ἄρχομαι* *incipio* (ab חלל), *διαλείπω* *differo*, *intermitto*, *προσέχω* *attendo*, *ὑφίσταμαι* *subsisto*. Sym. *ἐπαινέω* *laudo*, Job. 29. v. 21. referebat ad הלל *laudavit*. Alii item, *confido*. Construitur cum accusat. & præpositionibus ל, אל, & על.

Praet. 1. p. s. c. cum aff. & in pausa; quare (-) mutatur in (·) sub ח, יחלתני *sperare fecisti me*, c. *spem dedisti mihi*. 1. p. s. c. in pausa, quæ mutavit (-) in (·) sub ח, יחלתי *exspectavi*. 3. p. pl. c. cum præf. ויחלו, & in pausa, quæ revocavit motionem primariæ vocis, & cum daghésch euphonico, aut potius mendoso, in ל, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 175. c. 2. ויחלו *& exspectabant*, *& spem injiciebant*. 1. p. pl. c. יחלנו *exspectavimus*, *speravimus*.

Ben. s. m. מיחל *sperans*, *exspectans*. Plur. m. cum præf. המיחלים *exspectantes*, *sperantes*, למיחלים *ad exspectantes*, *ad sperantes*.

Imper. 2. p. s. m. יחל *spera*, *exspecta*.

Fut. 3. p. s. m. ייחל *exspectabit*. Cum præf. ויחל contracte pro וייחל, aut est ex Verbo חול in Hiphil, *& exspectavit*. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 177. c. 2. 178. c. 1. 1. p. s. c. איחל *exspectabo*. Cum præf. & ה parag. ואיחלה *& exspectabo*, *& exspectem*. 3. p. pl. m. in pausa, quæ revocavit (·) motionem primariæ vocis, ייחלו, & cum ן parag. in eadem pausa ייחלון, *sperabunt*, *exspectabunt*.

HIPHIL הוחיל, Lxx. *μένω* *maneo*, *προσμένω* *permaneo*, *ὑπομένω*, Aq. *περιμένω*, Aq. item & Sym. *ἀναμένω*, Vulg. & alii, *exspecto*. Aq. item, *ἐκκαραδοκέω* *anxie ex-*

Digitized by Google

specto. Alii item, *sperare facio, spem injicio.*

PRAET. 1. p. s. c. יִחַלְתִּי & in pausa יִחָלְתִּי, *exspectavi.* Cum praef. וְיִחַלְתִּי *& exspectavi.*

IMPER. 2. p. s. f. יַחֲלִי *exspecta.*

FUT. 3. p. s. m. cum praef. & (ֵ) in fine loco (ִ) ob accentum ab ult. ad penult. retractum, וַיְיַחֵל *& exspectavit.* 2. p. s. m. תְּיַחֵל *exspectabis.* 1. p. s. c. אֲיַחֵל, & cum ה parag. אֲיַחֵלָה & אֲיַחֲלָה, *exspectabo.*

יַחְלְאֵל Mass. *Iáhhleél*, Vulg. *Jabeléel* & *Jaléel*, nom. propr. filii Zabulon, Gen. 46. v. 14. Num. 26. v. 26. Etym. *exspectans*, aut *orans Dominum*; ab יָחַל in Piel, *exspectavit*, aut חָלָה *oravit, deprecatus est*, & אֵל *Dominus.*

יַחְלְאֵלִי Mass. *Iáhhleelí*, Vulg. *Jalelitae*, nom. propr. seu patronymicum posterorum Jalel, Num. 26. v. 26. Vide nom. praeced. cum ejus etymologia.

יחם QAL. Lxx. θερμαίνομαι, παραθερμαίνομαι, *calesio, incalesco, calor mihi fit*, ἐγκισσάω (sic etiam Sym.) *concipio, coeo, in coitu incalesco.* Alii item, *ira*, vel *furore aestuo, exardesco.*

FUT. 3. p. s. m. יֵחַם & in pausa יֵחָם, *incalescet, incaluit.* 3. p. s. f. תֵּחַם *incalescat.* 3. p. pl. m. cum praef. & ex forma quiesc. Lám. ה, וַיֶּחֱמוּ, Gen. 30. v. 39. pro femin. וַתֵּחַמְנָה, *& incalescebant, & coibant* (oves). Vide Gram. Heb. t. 1. p. 235. c. 2. 236. c. 1. 3. p. pl. f. cum praef. & (י) charact. personae masculinae, וַיֵּחַמְנָה, Gen. 30. v. 38. *& conceperunt, & incaluerunt* (oves). Vide Gram. Heb. ibid. p. 236. c. 1. Hanc formam sic mixtam volunt Rabbini, quod in coitu genera misceantur. Vide eandem Gram. tom. 2. p. 16. c. 2.

NIPHAL נֵחַם, unde BEN. pl. m. cum praef. & ex forma defect. Pe נ, הַנֵּחָמִים, Isai. 57. v. 5. *incalescentes, coeuntes.* Vide supra col. 615. in Niph. Verbi חָמַם.

PIEL יִחֵם, aut dagh. excidente sine compensatione, quod in tota hac conjugatione accidit, יִחֵם, Lxx. κισσάω, ἐγκισσάω, *concipio, in utero gesto.* Alii, *incalesco, coeo*, ut in Qal.

PRAET. 3. p. s. f. cum aff. יֶחֱמַתְנִי, Psal. 50. Heb. 51. v. 7. anomalos pro יִחֲמַתְנִי aut יִחֲמַתְנִי, *concepit me, c. fovit me, incaluit de me.* Vide Gram. Heb. t. 1. p. 341. c. 2.

INFIN. יַחֵם *incalescere, concipere.* Cum praef. & aff. לְיַחְמֵנָּה, Gen. 30. v. 41. anomalos pro לְיַחֲמֵנָּה, *ut conciperent ipsa*, h. e. unaquaeque ovium. Aliis est Infinitivus Qal ex forma (ִ), vide Gram. Heb. t. 1. p. 352. c. 1.

יַחְמוּר m. unde cum praef. וְיַחְמוּר, Deut. 14. v. 5. & 3. Reg. 4. v. 23. Lxx. καὶ βούβαλος, Vulg. *& bubalus*, alii, *& dama.* Bochart. part. 1. de anim. sac. l. 3. c. 22. species est capreae aut cervi à rufo colore sic dicti. R. חָמַר *turbatus est, rubuit*, &c.

יַחְמַי Mass. *Iabhmái*, Vulg. *Jemái*, nomen propr. filii Thola, 1. Paral. 7. v. 2. Etym. *calefaciens*, aut *calidus*; ab חָמַם *caluit, incaluit.*

יָחֵף m. Lxx. ἀνυπόδετος, Vulg. & alii, *discalceatus, nudus pedibus.* Cum praef. וְיָחֵף *& discalceatus*, מִיָּחֵף, Jerem. 2. v. 25. Lxx. ἀπὸ ὁδοῦ τραχείας *à via aspera*, Vulg. *à nuditate*, alii, *à discalceato*, h. e. ita ut non sit discalceatus; nam praepositio מ saepe negationem includit. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 598. c. 2. 599. c. 1. R. יָחַף inusit.

יַחְצְאֵל Mass. *Iahhtseel*, Vulg. *Jasiél* & *Jesiél*, nom. propr. filii Nephthali, Gen. 46. v. 24. Num. 26. v. 48. Etym. *dimidians Deus*; ab חָצָה aut יָצַץ, *dimidiavit*, & אֵל *Deus.*

יַחְצְאֵלִי Mass. *Iahhtseelí*, Vulg. *Jesielitae*, nomen propr. seu patronymicum posterorum Jesiel, Num. 26. v. 48. Vide nom. praeced. cum ejus etym.

יַחְצִיאֵל Mass. *Iahhtsiél*, Vulg. *Jasiél*, 1. Paral. 7. v. 13. Idem ac supra יַחְצְאֵל, quod vide cum ejus etymologia.

יחש QAL, unde HITHPAEL הִתְיַחֵשׂ aut הִתְיַחֵשׂ, sine daghésch excidentis compensatione, Lxx. γενεαλογοῦμαι *in cognatione, in generatione recenseor*, καταριθμοῦμαι *enumeror, dinumeror.* Sic etiam Vulg. & alii.

PRAET. 3. p. pl. c. הִתְיַחְשׂוּ, 1. Paral. 5. v. 17. cap. 9. v. 1. mendose, ut videtur, pro הִתְיַחֲשׂוּ, *recensiti, dinumerati sunt.*

Digitized by Google

Ben. pl. m. cum præf. הַמִּתְיַחְשִׂים, Esd. 2. v. 62. *recensentes se*, Lxx. edit. Complut. *οἱ γενεαλογοῦντες recensentes, genealogias suas texentes*, aut *recensentes*. Lxx. Vatic. servata voce Hebraica, sed ab amanuensibus corrupta, *οἱ μεθωεσίμ*.

Infin. הִתְיַחֵשׂ *recensere se, recenseri*; sed fere semper substantive accipitur; unde Lxx. *γενεαλογία genealogia, generis recensio, ἐπιγονὴ fœtus, cognatio, καταλογία, καταλογισμὸς, enumeratio, συνοδία conjunctio in itinere*, aut potius in genere aut familia, *σύστημα congregatio*, generis videlicet, &c. Cum præf. לְהִתְיַחֵשׂ *ad recensendum*, וּלְהִתְיַחֵשׂ *& ad recensendum*. Cum aff. הִתְיַחְשָׂם *recenseri eos*, 1. Paral. 7. v. 5. ubi mendum videtur pro הִתְיַחְשָׂם; nisi fingatur nomen subst. הִתְיַחֵשׂ. Sic cum præf. וְהִתְיַחְשָׂם *& recenseri eorum*, vel *eos*, בְּהִתְיַחְשָׂם *in recenseri eos, in recensione, in censu eorum*.

יַחַשׂ m. unde cum præf. הַיַּחַשׂ, Nehem. 7. v. 5. Lxx. *συνοδία conjunctio in itinere*, h. e. secundum hos interpretes, in familia. Vulg. & alii, *census, genealogia, familia*. R. יָחַשׂ in Hithp. *recensuit, recensitus est*.

יַחַת & in pausa יָחַת, Mass. *Jábhath*, Vulg. *Jáhath & Jéheth*, nom. proprium 1°. filii Raiæ, 1. Paral. 4. v. 2. 2°. filii Lobni filii Gersom, ibid. c. 6. v. 20. 3°. filii Semei, ibid. c. 23. v. 10. 4°. viri de posteris Merari, qui Templum instaurantibus præerat, 2. Paral. 34. v. 12. Etym. *confractus, formidans*, aut *stupens*; ab חָתַת *confractus est, formidavit, stupuit*.

יָטַב Heb. & Chald. QAL. Lxx. *ἀρέσκω placeo, ἀγαθύνομαι bono afficior, εὖ εἰμι, bene sum, εὖ γίνεται bene fit, χαίρω gaudeo*. Alii, *bonum esse*, vel *videri*.

Fut. 3. p. s. m. יִיטַב, יֵיטַב, & יֵטַב, *bene erit, bonum videbitur*. Cum præf. הֲיִיטַב *an bonum erit?* וְיִיטַב & וַיֵּטַב, *& bene erit*, וַיִּיטַב *& bonum visum est, & placuit*. 3. p. s. f. תִּיטַב *placuerit*. Cum præf. וְתִיטַב *& melior videbitur*, וַתִּיטַב *& bona, & pulchra visa est, & placuit*. 3. p. pl. m. cum præf. וַיִּיטְבוּ *& bona fuerunt, & placuerunt* (verba).

HIPHIL הֵיטִיב, & sine (י) post ט, הֵיטַב, ex forma quiesc. ע, vide Gram. Heb. tom. 1. pag. 238. c. 1. Lxx. *ἀγαθόω*, Lxx. Aq. Sym. *ἀγαθύνω*, Lxx. & alius, *ἀγαθοποιέω*, Theod. *ἀγαθῶς ποιέω*, Sym. *εὐεργετέω*, Lxx. item, *εὖ ποιέω, εὐποιέω, καλοποιέω, καλὸν ποιέω*, Vulg. & alii, *bene facio, bonum facio*. Lxx. item, *κάλλιον, βέλτιον ποιέω, melius facio, ἀναφέρω affero, ἁρμόζω adopto, ἑτοιμάζω paro, εὖ χράομαι bene utor, θάλλω virco, κοσμέω orno*. Et adverbial. *ὀρθῶς bene, recte*. Sym. item passive, aut neutraliter, *εὐεργετέομαι bono afficior, mihi benefit*. Construitur cum dativo, accusativo, & præposit. אֶל־ & עִם.

Praet. 3. p. s. m. הֵיטִיב *benefecit*. Cum præf. וְהֵיטִיב *& benefecit*. Cum præf. & aff. וְהֵיטִבְךָ *& benefecit tibi*, m. 2. p. s. m. הֵיטַבְתָּ, & fem. הֵיטַבְתְּ, *benefecisti*. 3. p. pl. c. הֵיטִיבוּ, & excluso (י) rad. הֵטִיבוּ *benefecerunt*. 1. p. pl. c. הֵיטַבְנוּ & הֵטַבְנוּ, *& benefaciemus*.

Ben. s. m. מֵיטִיב *benefaciens*. Sym. adverbial. 1. Reg. 16. v. 17. *καλῶς recte*. Cum præf. וּמֵיטִיב & וּמֵטִב, *& benefaciens*. Plur. m. מֵיטִיבִים. Const. מֵיטִיבֵי & מֵטִבֵי, *benefacientes*.

Infin. הֵיטֵב & הֵיטִיב, *benefaciendo*; sed sæpius adverbiascit; unde Lxx. *ἀγαθῶς bene, recte, ἀκριβῶς diligenter, accurate, σφόδρα vehementer, valde*. Cum præf. הַהֵיטֵב *an bene? an jure?* לְהֵיטִיב & לְהֵטִיב, *ad benefacere, ad benefaciendum*, וּלְהֵיטִיב *& benefacere*. Cum præf. & aff. בְּהֵיטִיבוֹ *in benefaciendo eo*, לְהֵיטִבְךָ *ad benefaciendum tibi*, m. לְהֵיטִיבִי *benefacere me*, c.

Imper. 2. p. s. m. cum ה parag. הֵיטִיבָה, & 2. p. s. f. הֵיטִיבִי, *benefac*. 2. p. pl. m. הֵיטִיבוּ *benefacite*. Cum præf. וְהֵיטִיבוּ & וְהֵטִיבוּ, *& benefacite*.

Fut. 3. p. s. m. יֵיטִיב, יֵיטֵב, יֵטִיב, & anomalus יֵיטִב, *benefaciet*. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 240. c. 1. Cum præf. & (ֶ) in fine pro (ֵ) ob accentum retractum, וַיֵּיטֶב *& benefecit*. Cum præf. & aff. וְיֵיטִבְךָ *& benefaciat tibi*, m. pro (ִי) cum (ֵי), vide Gram. Heb. t. 1. p. 385. c. 1. 2. 3. p. s. f. תֵּיטִיב *bonam facit*. Cum præf. & (ֶ) loco (ֵ) ob accentum retractum, וַתֵּיטֶב *& bene ornavit*. 2. p. s. m. תֵּיטִיב & תֵּיטֵב, *benefacies*,

nefacies, benefeceris. 2. p. ſ. f. תֵּיטְבִי *benefacies.* Cum præf. & (ּ) ſub ט loco (ּ) accelerandæ pronuntiationis gratia, הֲתֵיטְבִי, Nah. 3. v. 8. *an melius facies?* Vide Gram. Heb. t. 1. p. 240. c. 2. 1. p. ſ. c. אֵיטִיב *benefaciam.* Cum præf. & ה parag. וְאֵיטִיבָה *& benefaciam.* 3. p. plur. m. יֵיטִיבוּ *benefacient.* 2. p. pl. m. תֵּיטִיבוּ *benefacietis.*

יָטְבָה Maſſ. *Iotbá*, Vulg. *Jetebá*, nomen propr. loci aut civitatis, unde oriunda erat mater Amon regis Juda, 4. Reg. 21. v. 19. Etym. *benefaciens*, aut *bonitas ejus;* ex יָטַב in Hiph. *benefecit*, aut טוֹב *bonitas*, & aff. 3. p. ſ. f. Vel *divertens*, aut *declinans;* à נָטָה *declinavit, divertit.*

יָטְבָתָה Maſſ. *Iotbátha*, Vulg. *Jetebátha*, nomen propr. loci ubi facta eſt trigeſima Iſraëlitarum manſio, Num. 33. v. 33. Deut. 10. v. 7. iſque videtur idem eſſe ac præcedens יָטְבָה, quem vide cum ejus etym. niſi quod poſteriori addatur ה locale, quod indicat accentus in penultima.

יֻטָּה Maſſ. *Iuttá*, Vulg. *Jetá*, Joſ. 21. v. 16. nom. propr. civitatis Tribu Juda, quæ videtur eſſe eadem ac יוּטָּה, quam vide ſupra col. 753. cum ejus etymologia.

יְטוּר Maſſ. *Ietour*, Vulg. *Ituræi*, nom. propr. populi & regionis Arabiam inter & Samariam, partim in Tribu Gad, & partim in Tribu Ruben, 1. Paral. 5. v. 19. Etym. *cuſtoditi;* à נָטַר *cuſtodivit.* Vel *ordinati*, aut *montani;* à טוּר Heb. *ordo*, & Chald. *mons.*

יַיִן & in pauſa יָיִן, m. Lxx. Aq. Sym. Theod. οἶνος, Vulg. & alii, *vinum.* Cum præfix. הַיַּיִן & in pauſa הַיָּיִן, *vinum*, יַיִן, יָיִן, in pauſa יָיִן, & cum ו præf. וְהַיַּיִן, *& vinum*, וּבַיַּיִן, בַּיַּיִן, & in pauſa בַּיָּיִן, *in vino*, וּבַיַּיִן *& in vino*, כַּיַּיִן *ſicut vinum*, לַיַּיִן *vino*, מִיַּיִן & in pauſa מִיָּיִן, *à vino.* Conſt. יֵין *vinum.* Cum præfix. וְיֵין *& vinum*, בְּיֵין *in vino*, וּבְיֵין *& in vino*, כְּיֵין *ſicut vinum*, וּמִיֵּין *& à vino.* Cum præf. & aff. מִיֵּינוֹ *de vino ejus*, m. יֵינָהּ *vinum ejus*, f. מִיֵּינָהּ *de vino ejus*, f. יֵינֶךָ in pauſa; quare נ afficitur (ֶ) loco (ְ), *vinum tuum*, m. יֵינֵךְ *vinum tuum*, f. יֵינִי *vinum meum*, c. יֵינָם *vinum eorum.* Rad. יין inuſit. Aliis eſt ipſa radix.

יכח QAL, unde NIPHAL נוֹכַח aut נִכַּח, Lxx. ἀληθεύω *vere loquor, vera dico*, ἐλέγχω *arguo, reprehendo*, εὔκολός εἰμι *facilis, expeditus ſum*, εὐθύνω *dirigo, rectus ſum*, διαλέγομαι *diſcepto, diſputo.*

Ben. ſ. m. נוֹכַח *diſceptans eſt, diſceptat.* Fem. ex forma ה præcedente duplici (ְ) pro duplici (ֶ) ob tertiam radic. ח, in pauſa, quare prius (ְ) mutatur in (ֶ), & cum (ו) præfixo eoque abundante, וְנֹכַחַת, Gen. 20. v. 16. *arguta, erudita eſt* (Sara) ne amplius Abrahamum fratrem ſuum diceret. Plur. m. נְכֹחִים *arguta, recta* (verba). Cum præf. וּנְכֹחִים *& recta* (verba).

Fut. 1. p. pl. c. cum (ו) præf. & ה parag. וְנִוָּכְחָה, Iſai. 1. v. 18. *& diſceptemus, & arguamus nos invicem.*

HIPHIL הוֹכִיחַ, vel הוֹכַח, aut הֹכַח, Lxx. Aq. Sym. Theod. ἐλέγχω, Lxx. item, ἐξελέγχω, Sym. item, διελέγχω, Vulg. & alii, *increpo, arguo, redarguo, corripio.* Lxx. item, παιδεύω (ſic etiam alius), *erudio, caſtigo*, βλασφημέω *blaſphemo*, ἐνάλλομαι *inſilio*, ἑτοιμάζω *paro*, Vulg. *præparo*, ὀνειδίζω *exprobro.* Sym. item, ἀποδείκνυμι *oſtendo.* Alii item, *diſtepto, contendo*, &c.

Praet. 3. p. ſ. m. הוֹכִיחַ *arguit, præparavit.* Cum præf. וְהוֹכִיחַ & וְהוֹכַח, *& arguet; & reprehendit, & increpavit.* 2. p. ſ. m. הוֹכַחְתָּ *arguiſti, deſtinaſti, oſtendiſti.* 1. p. ſ. c. cum præf. & aff. וְהוֹכַחְתִּיו *& corripiam eum.*

Ben. ſ. m. מוֹכִיחַ *arguens, reprehendens*, &c. Cum præf. וּמוֹכִיחַ *& corripiens*, וּלְמוֹכִיחַ *& corripienti.* Plur. m. cum præf. וְלַמּוֹכִיחִים *& corripientibus.*

Infin. הוֹכֵחַ *corripiendo, corripere*, &c. Et ſubſtant. Lxx. ἐλεγμὸς *increpatio.* Cum præf. וְהוֹכֵחַ *& diſceptare*, לְהוֹכִיחַ *ad corripiendum*, הַלְהוֹכַח *an reprehendere?*

Imper. 2. p. ſ. m. הוֹכַח *argue, corripe.*

Fut. 3. p. ſ. m. יוֹכִיחַ & יוֹכַח, *reprehendet, corripiet, corripiat*, וְיוֹכַח *& increpabit*, וַיּוֹכַח *& increpuit.* Cum præf. & aff. יוֹכִיחֶנּוּ *corripiet eum*, יֹכִיחֶךָּ in pauſa; quare ה afficitur (ָ) pro (ְ), *arguet te*, m. וְיוֹכִיחֵנִי *& corripiat me*, c. 2. p. ſ. m. תּוֹכִיחַ & תּוֹכַח, *corripies, corripias.* Cum aff. תּוֹכִיחֵנִי *corri-*

pias me, c. 1. p. f. c. אוֹכִיחַ *arguam.* Cum aff. אוֹכִיחֲךָ & in pausa אוֹכִיחֶךָּ, *arguam te*, m. 3. p. pl. m. cum præf. וְיוֹכִיחוּ *& arguant.* 3. p. pl. f. cum aff. (ׁ) pro (ו), & (ׂ) pro (ׁ), תּוֹכִחֻךְ *corripient te*, f. 2. p. pl. m. cum præf. וְתוֹכִיחוּ *& arguatis.*

HOPHAL הוּכַח, unde 3. p. f. m. PRAET. cum præf. וְהוּכַח, Job. 33. v. 19. Lxx. ἤλεγξε δὲ *increpuit autem*, Vulg. *increpat quoque*; legerunt וְהוֹכִח in Hiph. aut activum pro passivo, ut sæpe fit, transtulerunt. Alii, *& corripitur*, *& arguitur*, &c.

HITHPAEL הִתְוַכַּח, unde 3. p. f. m. FUT. in pausa; quare (-) mutatur in (ֶ), יִתְוַכָּח, Mich. 6. v. 2. Lxx. διελεγχθήσεται *arguetur*, *corripietur*, *castigabitur*, Vulg. *dijudicabitur.* Alii, *disceptabit.* Pro (ו) mutato in (י), vide Gram. Heb. tom. 1. p. 242. c. 1. 2.

יָכִין Mass. & Vulg. *Iachin*, seu *Jachin*, nom. propr. 1°. filii Simeonis filii Jacob, Gen. 46. v. 10. 2°. Sacerdotis, qui post reditum è captivitate Babylon. Jerosolymis habitavit, 1. Paral. 9. v. 10. 3°. columnæ in latere dextro porticus Salomonis collocatæ, 3. Reg. 7. v. 21. 2. Paral. 3. v. 17. Etym. *confirmabit*, *stabiliet*, *solidum reddet*; à כּוּן *firmum*, *stabile esse*, &c.

יָכֹל QAL. Lxx. Aq. Sym. Theod. δύναμαι, Vulg. & alii, *possum.* Lxx. item, ἐκποιέω *sufficio*, *suppedito*, χωρέω *capio*, ἐξισχύω *excello*, ἰσχύω *potens sum*, *prævaleo.* Alii item, *vinco*, *supero.*

PRAET. 3. p. f. m. יָכֹול & יָכֹל, & 3. p. f. f. יָכְלָה, *potuit.* 2. p. f. m. cum præfix. וְיָכֹלְתָּ veiacholta *& poteris.* 1. p. f. c. יָכֹלְתִּי *potui.* 1. p. f. c. יְכָלְתִּיו iecholtiv, contracte pro יָכֹלְתִּי מִמֶּנּוּ, *prævalui ei*, vel *adversus eum.* 3. p. pl. c. יָכְלוּ & in pausa יָכֹלוּ, *potuerunt.* Cum præf. וַיָּכְלוּ *& prævaluerunt.*

INFIN. יָכוֹל *prævalendo.* Lxx. Nominaliter, δυνατός, δυνάμενος, Vulg. *potens.* Cum præfix. הֲיָכוֹל *an potens? an prævalendo?*

HOPHAL הוּכַל, Lxx. Aq. Sym. Theod. δύναμαι, Vulg. & alii, *possum*, ut in Qal. Lxx. item, ἀνέχομαι, ὑποφέρω, *sustineo*, *suffero*, *tolero.* Alii item, *prævaleo.*

FUT. quod solum tempus in hac conjugatione est usitatum. 3. p. f. m. יוּכַל & in pausa יוּכָל, *poterit.* Cum præf. הֲיוּכַל *an poterit?* וַיּוּכַל, cum (ׁ) pro (ו) & in pausa, *& prævaluit.* 3. p. f. f. תּוּכַל *poterit.* 2. p. f. m. תוּכַל & in pausa תּוּכָל, *poteris.* Cum præf. & in pausa וַתּוּכָל *& prævaluisti.* 2. p. f. f. תּוּכְלִי *poteris.* 1. p. f. c. אוּכַל & in pausa אוּכָל, *potero.* Cum præf. הַאוּכַל *an potero?* וָאוּכַל, cum (ׁ) pro (ו) & in pausa, *& potero.* 3. p. pl. m. יוּכְלוּ, cum (ׁ) pro (ו), יָכְלוּ, in pausa יוּכָלוּ & יָכֹלוּ, & cum ן paragog. יוּכְלוּן *poterunt.* 2. p. pl. m. תּוּכְלוּ *poteritis.* 1. p. pl. c. נוּכַל *poterimus.* Cum præf. & ה parag. וְנוּכְלָה *& poterimus.*

יְכִל Chald. PEAL, Theod. δύναμαι, Vulg. & alii, *possum*, &c. ut apud Heb.

PRAET. 3. p. f. m. cum præf. & ex forma (ׂ), הֲיָכִל *an potuit?* 3. p. f. f. ex forma Heb. & cum præf. וִיכֵלָה *& prævaluit.* 2. p. f. m. ex forma Heb. & ex terminatione (-), יְכֵלְתָּ *potuisti.*

BEN. f. m. ex forma (ׂ), יָכִל & יָכִיל, *potens.* Plur. m. יָכְלִין *potentes* (sunt), *possunt.*

FUT. 3. p. f. m. ex forma defect. Pe ו, יִכֻּל, & ex forma Heb. יוּכַל, *poterit.* 2. p. f. m. ex forma defect. Pe ו, תִּכֻּל *poteris*, *possis.*

יְכָלְיָהוּ Mass. *Iecholiáhou*, Vulg. *Jecheliá*, nomen propr. matris Azariæ regis Juda, 4. Reg. 15. v. 2. Etym. *consummatio*, vel *potestas Domini*; à כָּלָה aut כָּלָה, *perfectus*, *consummatus est*, aut יָכֹל *potuit*, *potens fuit*, & יָהּ *Dominus.*

יְכֹלֶת f. Num. 14. v. 16. Deut. 9. v. 28. Aliis est infinitivus Qal anomalus; unde Lxx. δύνασθαι *posse.* Aliis est nomen substantivum *potestas*, *potentia.* Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 234. c. 2.

יְכָנְיָה Mass. *Iechoniá*, Vulg. *Jechoniás*, 1. Paral. 3. v. 16. nomen proprium filii Joakim filii Josiæ, qui 4. Reg. 24. vv. 6. 8. dicitur יְהוֹיָכִין, Vulg. *Joachin*; & Jerem. 22. v. 24. כָּנְיָהוּ *Coniáhou*, Vulg. *Jechonias.* Vid. Gram. Heb. t. 1. p. 434. c. 2. num. III. Etym. *præparatio*, aut *firmitas Domini*; à כּוּן in Poel, *præparare*, *firmare*, & יָהּ *Dominus.*

Digitized by Google

ילד QAL. Lxx. Aq. Sym. Theod. τίκτω, Vulg. & alii, *pario*, de mulieribus. Lxx. item, γεννάω, Vulg. & alii, *gigno*, de viris; τεκνοποιέω *liberos procreo*, συλλαμβάνω *concipio*, κτάομαι *acquiro*, *possideo*, ἐκβαίνω *evenio*, Job. 15. v. 35. ubi sensum, non verbum, expresserunt. Tribuitur etiam rebus inanimis, puta tempori, &c. Interdum etiam ad animum transfertur.

Praet. 3. p. s. m. יָלַד & in pausa יָלָד, *genuit*, *peperit*. Cum præf. וְיָלַד *& pariet*. Cum aff. יְלָדוֹ *genuit eum*, יְלָדְךָ, & in pausa יְלָדֶךָ *genuit te*, m. 3. p. f. m. יָלְדָה & in pausa יָלָדָה, *peperit*. Cum præf. וְיָלְדָה *& pariet*. Cum aff. יְלָדַתּוּ contracte pro יְלָדַתְהוּ, *peperit eum*, יְלָדַתְךָ & in pausa יְלָדָתֶךָ, *peperit te*, m. יְלָדַתְנִי *peperit me*, c. 2. p. f. f. יָלַדְתְּ, & in pausa יָלָדְתְּ, & cum (י) parag. aut potius antiqua vocali *e*, יָלַדְתִּי, *peperisti*. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 163. c. 1. Cum præf. וְיָלַדְתְּ *& paries*. Cum aff. יְלִדְתִּנִי *peperisti me*, c. Jerem. 15. v. 10. ubi ל afficitur (ִ) loco (ְ), & ת notatur cum (ִ) pro (ְ), vide Gram. Heb. t. 1. p. 343. c. 2. יְלִדְתָּנוּ *peperisti nos*, m. Jerem. 2. v. 27. ubi ל afficitur quoque (ִ) pro (ְ), & ת subjectum habet (ִ) pro (ְ), quasi esset 2. p. f. m. Vide Gram. Heb. ibid. 1. p. f. c. יָלַדְתִּי & in pausa יָלָדְתִּי, *peperi*. Cum affix. & (ִ) sub ל pro (ְ), יְלִדְתִּיו *peperi eum*. Sic יְלִדְתִּיךָ *peperi te*. Vide Gram. Heb. ibid. p. 344. c. 2. 3. p. pl. c. יָלְדוּ & in pausa יָלָדוּ, *pepererunt*. Cum præf. וְיָלְדוּ & in pausa וְיָלָדוּ, *& pepererunt*. 1. p. pl. c. יָלַדְנוּ *pareremus*, *peperissemus*.

Ben. s. m. יֹלֵד & יוֹלֵד, *gignens*, *genitor*. Cum præf. & aff. וְיוֹלְדוֹ *& genitor ejus*, f. Fem. יוֹלֵדָה *parturiens*, servato (ֵ) præter analogiam, vide Gram. Heb. t. 1. p. 164. c. 1. Cum præf. כְּיוֹלֵדָה *quasi parturiens*. Ex forma ת præcedente duplici (ֶ), יֹלֶדֶת, *pariens*, *puerpera*. Cum præf. הַיֹּלֶדֶת *puerpera*, וְיֹלֶדֶת, & resoluto utroque (ֶ) in duplex (ְ), quorum prius mutatur in (ַ) ob concursum, & addito tertio (ְ) sub ת ob aliud (ְ) præcedens sub ד, וְיֹלַדְתְּ, *& pariens eris*, *& paritura es*. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 24. c. 1. num. 2. 164. c. 2. Ea vox יֹלַדְתְּ referri etiam potest ad 2. p. s. f. præteriti Poel ejusdem Verbi. Cum præf. & aff. לְיוֹלַדְתּוֹ *genitrici ejus*, m. לְיוֹלַדְתָּהּ *genitrici ejus*, f. יֹלַדְתֵּךְ in pausa, *genitrix tua*, יוֹלַדְתְּכֶם *genitrix vestra*, m. Plur. m. cum affix. יֹלְדָיו *genitores ejus*, m. Plur. f. cum præf. הַיֹּלְדוֹת *quæ pepererunt*.

Paoul s. m. cum præf. הַיִּלּוֹד, Lxx. γεννητὸς *genitus*, παιδίον *puerulus*, Sym. τεχθεὶς *natus*. Const. יְלוֹד *natus*. Plur. m. cum præf. הַיִּלּוֹדִים *nati*.

Infin. cum præf. וְיָלֹד *& parere*. Et in alia forma, quam vide in Gram. Heb. tom. 1. p. 234. c. 1. לֶדֶת *parere*. Et substant. Lxx. τοκετὸς *partus*. Cum præf. in eadem forma, בְּלֶדֶת *in pariendo*, לָלֶדֶת, & contracte, 1. Reg. 4. v. 19. לָלַת, *ad pariendum*, Lxx. τοῦ τεκεῖν *ut pareret*, Vulg. *vicina erat partui*, מִלֶּדֶת *à pariendo*. Cum præf. & aff. לְדִתָּהּ *parere eam*, בְּלִדְתָּהּ *in parere eam*, *cum pareret*, *pariendo*, לְלִדְתִּי *parere me*, לִדְתְּנָה, Job. 39. v. 2. cum ה parag. pro לִדְתָּן, *parere eas*. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 354. c. 1. In his infinitivis cum aff. prius (ֶ) mutatur in (ִ), non in (ְ). Vide Gram. Heb. t. 1. p. 98. c. 2. & p. 354. c. 1.

Fut. 3. p. s. m. יֵלֵד *pariet*. 3. p. f. f. תֵּלֵד *pariet*. Cum præf. וְתֵלֵד *& pariet*, וַתֵּלֶד *& peperit*, cum (ֶ) in fine loco (ֵ) ob accentum retractum. 2. p. f. f. תֵּלְדִי *paries*. 1. p. s. c. אֵלֵד *pariam*. Cum præf. וָאֵלֵד *& peperi*. 3. p. pl. m. cum ן parag. & in pausa, quæ revocavit (ֵ) motionem primariæ vocis, יֵלֵדוּן *genuerint*. Cum præf. & in pausa וַיֵּלֵדוּ *& pepererunt*. 3. p. pl. f. cum præf. וְתֵלַדְנָה *& pariant*, וַתֵּלַדְנָה, & sublato ה finali וַתֵּלַדְןָ, *& pepererunt*. 2. p. pl. m. תֵּלְדוּ *parietis*.

NIPHAL נוֹלַד, Lxx. γεννάομαι, Vulg. & alii, *gignor*, *nascor*, γίνομαι *fio*, &c.

Praet. 3. p. s. m. נוֹלַד *natus est*. 3. p. pl. c. ex forma partim Niphal, partim Pual, נוּלְדוּ, 1. Paral. 3. v. 5. c. 20. v. 8. *nati sunt*. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 236. c. 2.

Ben. s. m. נוֹלָד *natus*. Cum præf. הַנּוֹלָד *qui natus est*, וְהַנּוֹלָד *& qui natus est*. Plur. cum præf. הַנּוֹלָדִים *qui nati sunt*.

Infin. cum præf. בְּהִוָּלֵד *in nascendo*, *cum*

Digitized by Google

natus est, Gen. 21. v. 5. ubi est (ֵ) in fine pro (ֶ) ob accentum retractum propter concursum. Cum affix. הִוָּלְדוֹ *nasci eum*, הִוָּלְדָהּ *nasci eam*.

Fut. 3. p. f. m. יִוָּלֵד *nascetur*. Cum præf. וַיִּוָּלֵד *& natus est*. 2. p. f. m. תִּוָּלֵד *nasceris*, *natus es*. 1. p. f. c. cum (ֵ) fub א loco (ִ), & cum (ֵ) in fine pro (ֶ) ob accentum retractum, ut supra in Infinit. אִוָּלֵד *nascar*, *natus sum*. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 237. c. 2. fin. 3. p. pl. m. יִוָּלְדוּ & in pausa יִוָּלֵדוּ, *nascentur*. Cum præf. וַיִּוָּלְדוּ *& nati sunt*.

PIEL יִלֵּד, unde Ben. f. f. ex forma ת præcedente duplici (ֶ), & cum præfix. הַמְיַלֶּדֶת, Lxx. Aq. Sym. μαῖα, Vulg. & alii, *obstetrix*. Plur. f. cum præf. הַמְיַלְּדֹת *obstetrices*, לַמְיַלְּדֹת *obstetricibus*; quæ pluralia constructa sunt pro absolutis, quod sæpe fit. Vide Gram. Heb. t. 1. p. 122. 123. Vel pluralia illa sunt à sing. מְיַלְּדָה.

Infin. cum præf. & aff. בְּיַלֶּדְכֶן, Exod. 1. v. 16. *in obstetricari vos*, f. Lxx. ὅταν μαιοῦσθε *quando obstetricatis*, Vulg. *obstetricabitis*.

PUAL יֻלַּד, Lxx. γεννάομαι, Vulg. & alii, *gignor*, *nascor*, γίνομαι *fio*, ut in Niphal.

Praet. 3. p. f. m. יֻלַּד, in pausa יֻלָּד, cum (ֹ) anomalo pro (ֻ), vide Gram. Heb. tom. 1. p. 179. c. 1. יוּלַּד, & in pausa יוּלָּד, *natus est*. Cum præfix. eodem (ֹ) pro (ֻ) & in pausa, הַיּוּלָּד, *qui natus est*. 3. p. f. f. יֻלְּדָה *nata est*. 1. p. f. c. יֻלַּדְתִּי *natus sum*. 3. p. pl. c. יֻלְּדוּ & in pausa יֻלָּדוּ, *nati sunt*. 2. p. pl. m. יֻלַּדְתֶּם *nati estis*.

HIPHIL הוֹלִיד, Lxx. Aq. γεννάω, Vulg. & alii, *gigno*. Lxx. item, τεκνοποιέω *liberos procreo*, ἐκτίκτω *fœtum edo*, &c. Sym. ὠδινίζω, συνεκτοκίζω, *parturire*, *parere facio*.

Praet. 3. p. f. m. הוֹלִיד & הוֹלִד, *genuit*. Cum præf. וְהוֹלִיד *& genuit*. Cum præf. & aff. וְהוֹלִידָהּ *& gignere*, *& parere facit eam*. 2. p. f. m. הוֹלַדְתָּ *genuisti*. 3. p. pl. c. הוֹלִידוּ *genuerunt*.

Ben. f. m. cum præf. הַמּוֹלִיד *gignens*. Plur. m. cum eod. præf. & (ֹ) pro (ֹו) fub ל, הַמּוֹלִדִים *gignentes*.

Infin. cum præf. & (ֹו) supervacaneo, aut potius antiqua vocali *e*, וְהוֹלִיד, Isai. 59. v. 4. *& parere*. Vide Gram. Heb. t. 1. p. 239. c. 1. Cum præf. הוֹלִידוֹ *gignere eum*.

Imper. 2. p. pl. m. cum præf. וְהוֹלִידוּ *& gignite*.

Fut. 3. p. f. m. יוֹלִיד *gignet*. Cum præf. & (ֶ) in fine pro (ִ) ob accentum ab ultima ad penult. vi (ו) convertentis retractum, וַיּוֹלֶד & וַיֹּלֶד, *& genuit*. 2. p. f. m. תּוֹלִיד *gignes*. 1. p. f. c. אוֹלִיד *gignam*.

HOPHAL הוּלַּד, unde Infin. partim ex hac conjugatione, & partim ex infinitivo Qal לֶדֶת compositus, necnon cum daghesch anomalo in ל, הוּלֶּדֶת, Ezech. 16. v. 4. Et cum (ֻ) pro (וּ), הֻלֶּדֶת, Gen. 40. v. 20. Ezech. 16. v. 5. *nasci*. Lxx. substantive, γένεσις *generatio*, *nativitas*.

HITHPAEL הִתְיַלֵּד, unde 3. p. pl. m. Fut. cum præf. וַיִּתְיַלְדוּ, Num. 1. v. 18. Lxx. καὶ ἐπαξονοῦσαν (ab ἐπαξονέω) Bœotice pro ἐπαξόνουν, *& in tabulas publicas referebant*; nam olim ἄξονες *tabellæ publicæ* dicebantur, quod in orbem sive axem convolverentur. Ms. Alex. & Ald. edit. καὶ ἐπεσκέπησαν *& recensiti sunt*. Sic etiam alii. Ms. Oxon. & Complut. καὶ ἐπαιδεύσαντο *& recensuerunt*. Alii item, *& natales suos professi sunt*.

יֶלֶד m. Lxx. παῖς, Lxx. Aq. παιδίον, Lxx. Theod. παιδάριον, alius, μειράκιον, Vulg. & alii, *puer*, *puerulus*. Lxx. item, νεανίσκος, Sym. νεανίας, *juvenis*. Lxx. item, νεώτερος *junior*, τέκνον, υἱός, *filius*, νοσσός *pullus avium*, ἄρσην *mas*. Cum præf. הַיֶּלֶד & in pausa הַיָּלֶד, *puer*, וְהַיֶּלֶד *& puer*, בַּיֶּלֶד *in puerum*, לַיֶּלֶד in pausa, *puero*. Plur. יְלָדִים *pueri*. Cum præf. הַיְלָדִים *pueri*, וְהַיְלָדִים & וִילָדִים, *& pueri*. Pro (ִ) cum (ְ), vide Gram. Heb. t. 1. p. 385. c. 1. 2. Const. יַלְדֵי *nati*, *pueri*. Cum præf. וְיַלְדֵי *& pueri*, וּבְיַלְדֵי *& pueris*, מִיַּלְדֵי *e pueris*, *e natis*. Cum præf. & aff. יְלָדָיו, & fine (ֹי) indice plur. num. יְלָדוֹ, *pueri ejus*, m. יְלָדֶיהָ *pueri ejus*, f. וִילָדֶיהָ *& pueri ejus*, f. pro (ֵי) cum (ֶי), vide Gram. loco mox citato; יְלָדַי *pueri mei*, c. וְיַלְדֵיהֶם *& nati eorum*, יַלְדֵיהֶן *nati earum*, וְיַלְדֵיהֶן *& nati earum*. R. יָלַד in Niphal, *natus*, *genitus est*.

יָלֹד vide infra in יָלוֹד, col. seq.

Digitized by Google

ילדה f. Lxx. κοράσιον, παιδίσκη, Vulg. & alii, *puella.* Hinc cum præf. הַיַּלְדָּה *puella*, וְהַיַּלְדָּה *& puella.* Plur. cum præfix. וְיַלְדוֹת *& puellæ.* Pro (ְ.) cum (ּ), vide Gram. Heb. tom. 1. p. 385. c. 1. 2. Et pro mutatione (-) in (ִ), & (ִ) in (ְ), vide ibid. p. 66. c. 1.

ילדות f. cum ד aspirato præter analogiam, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 32. c. 1. num. 6. Lxx. νεότης, Vulg. & alii, *juventus, adolescentia, pueritia.* Hinc cum præfix. הַיַּלְדוּת *juventus.* Cum præf. affix. (ְ) pro (ִ), & in pausa, יַלְדוּתֶךָ *juventus tua*, m. בְּיַלְדוּתֶךָ in pausa, *in juventute tua*, m. R. יָלַד *genuit*; unde יֶלֶד *juvenis, adolescens*, &c. & יַלְדוּת *juventus.*

ילדות vide in nomine præced. יַלְדוּת.

ילוד m. Lxx. γεννηθεὶς, γενόμενος, *genitus*, τεχθεὶς, Vulg. & alii, *natus.* Hinc cum præf. הַיִּלּוֹד *natus.* Plur. cum præfix. הַיִּלּוֹדִים *nati.* R. יָלַד *genuit*, in Niphal, *natus est.*

ילון Mass. & Vulg. *Ialón* vel *Jalón*, nomen propr. filii Esræ, 1. Paral. 4. v. 17. Etym. *pernoctans, permanens*, aut *murmurans*; à לוּן *pernoctare, permanere*, & in Hiphil, *murmurare.*

יליד m. Lxx. ἀπόγονος *progenitus*, υἱὸς *filius.* Et substantive, γενεὰ *generatio*, γέννημα *progenies.* Et plur. neut. τὰ ἔκγονα *soboles.* Alii item, *natus.* Cum voce בַּיִת *domus*, יְלִיד בַּיִת, Lxx. οἰκογενὴς *domi natus, vernaculus.* Cum præf. וִילִיד *& natus.* Pro (ְ.) cum (ּ), vide Gram. Heb. tom. 1. p. 385. c. 1. 2. Plur. const. יְלִידֵי *nati.* Cum præf. בִּילִידֵי & בִּילִדֵי, *in natis, inter natos.* Pro (ְ.) cum בּ, vide Gram. Heb. ibid. p. 379. c. 2. R. יָלַד in Niph. *natus est.*

ילך QAL Lxx. Aq. Sym. Theod. βαδίζω, Lxx. item, εἶμι, Vulg. & alii, *eo.* Lxx. Aq. ἀπέρχομαι *abeo.* Lxx. Sym. πορεύομαι *proficiscor.* Lxx. item, ἀναβαίνω, ἐμβαίνω, *ascendo*, καταβαίνω *descendo*, ἀναστρέφω, ἀποστρέφω, *revertor*, ἀπαίρω, ἀπέρχομαι, *discedo*, ἀποδιδράσκω *aufugio*, ἀπέρχομαι *abeo*, ἀποτρέχω *currendo abeo*, ἀκολουθέω *sequor*, ἐπακολουθέω *insequor*, ἥκω, ἔρχομαι, *venio*, διέρχομαι *pervenio*, ἐξέρχομαι *egredior*, ἐπανέρχομαι *revertor*, παρέρχομαι *prætereo*, προσέρχομαι *advenio*, συνέρχομαι *convenio*, εἰσπορεύομαι *ingredior*, ἐκπορεύομαι *egredior*, προπορεύομαι *præcedo*, συμπορεύομαι *unà proficiscor*, ὁδεύω *iter facio*, περιπατέω *ambulo*, &c. Pro variis, & sæpe etiam oppositis, Verbi hujus significationibus, vide quæ diximus sup. col. 449. ad Verbum synonym. הָלַךְ.

INFIN. ex forma ה præcedente duplici (ְ), de quo vide Gram. Heb. t. 1. p. 234. c. 1. לֶכֶת & in pausa לָכֶת, *ire.* Et substant. Lxx. πορεία *profectio.* Cum præf. וּבְלֶכֶת *& in eundo, & dum irent*, לָלֶכֶת & in pausa לָלָכֶת, *ire, ad eundum*, וְלָלֶכֶת *& ire, & ambulare*, מִלֶּכֶת *ab eundo, ne iret*, &c. Cum præf. & aff. לְכְתּוֹ *ire eum*, cum (ְ) pro (ֶ) aut (-) sub ל, vide Gram. Heb. t. 1. p. 354. c. 1. Sic בְּלֶכְתּוֹ *in ire eum, cum iret*, לֶכְתְּךָ *ire te*, m. בְּלֶכְתְּךָ *in eundo te*, m. *cum ires*, וּבְלֶכְתְּךָ *& in eundo te*, m. לֶכְתֵּךְ *ire te*, f. לֶכְתִּי *ire me*, c. לֶכְתָּם *ire eos*, בְּלֶכְתָּם *in ire eos, cum irent*, וּבְלֶכְתָּם *& in ire eos*, בְּלֶכְתָּן *in ire ipsa* (animalia), *cum irent, cum ambularent*, &c.

IMPER. 2. p. s. m. לֵךְ, sequente Maqqaph לֶךְ־, cum ה parag. לְכָה, & ter sine isto ה, לְךָ, vide Gram. Heb. t. 1. p. 234. c. 1. *ito, age*; nam hic Imperativus est etiam adhortantis particula. Lxx. etiam sæpius eum interpretantur δεῦρο *huc.* Cum præf. וְלֵךְ, sequente Maqqaph וְלֶךְ־, in pausa וָלֵךְ, & cum ה parag. וּלְכָה, *& veni, & ito, & age.* 2. p. s. f. לְכִי & in pausa לֵכִי, *ito.* Cum præf. וּלְכִי *& ito.* 2. p. pl. m. לְכוּ & in pausa לֵכוּ, *ite, agite*; Lxx. sæpe, δεῦτε *adeste.* Cum præf. וּלְכוּ & in pausa וָלֵכוּ, *& ite.* 2. p. pl. f. לֵכְנָה, & sublato ה finali לֵכְןָ, *ite.*

FUT. 3. p. s. m. יֵלֵךְ & sequente Maqqaph יֵלֶךְ־, *ibit.* Cum præf. הֲיֵלֵךְ *an ambulaturus sit?* וְיֵלֵךְ, cum (-) pro (ֶ), *& ibit*, וַיֵּלֶךְ, & cum (ְ) in fine loco (-) aut (-) ob accentum vi (ו) convertentis retractum וַיֵּלֶךְ, *& ivit.* 3. p. s. f. תֵּלֵךְ *ibit, itura est.* Cum præfix. & (ְ) in fine, ut mox, וַתֵּלֶךְ *& ivit.* 2. p. s. m. תֵּלֵךְ & sequente Maqqaph תֵּלֶךְ־, *ibis.* Cum præf. הֲתֵלֵךְ *num ibis?* וַתֵּלֶךְ *& ivisti.* 2. p. s. f. תֵּלְכִי & in pausa תֵּלֵכִי, *ibis.* Cum præfix.

Digitized by Google

התלכי *an ibis?* ותלכי *& ivisti.* 1. p. s. c. אלך, sequente Maqqaph אלך־, cum ה parag. אלכה, in pausa אלכה, & cum (י) antiqua vocali *e*, אילכה, Mich. 1. v. 8. *ibo.* Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 235. c. 2. Cum præf. האלך *num ibo?* ואלך, cum ה parag. ואלכה, & in pausa ואלכה, *& ibo*, ואלך & ואלך, *& ibo.* 3. p. pl. m. ילכו, in pausa ילכו, & cum ן paragog. ac in pausa ילכון, *ibunt.* Cum præf. הילכו *an ambulaturi sunt?* וילכו & in pausa וילכו, *& ibunt*, וילכו & in pausa וילכו, *& iverunt.* 3. p. pl. f. תלכנה *ibunt.* Cum præf. ותלכנה *& iverunt.* 2. p. pl. m. תלכו, in pausa תלכו, cum ן parag. תלכון, in pausa תלכון, *ibitis.* Cum præfix. ותלכו *& ivistis.* 2. p. pl. f. תלכנה *ibitis.* 1. p. pl. c. נלך, sequente Maqqaph נלך־, cum ה paragog. נלכה, & in pausa נלכה, *ibimus.* Cum præfix. הנלך *an ibimus, an ire debemus?* ונלך, cum ה paragog. ונלכה, & in pausa ונלכה, *& ibimus*, ונלך cum (ֶ) pro (ֵ) ob accentum retractum, *& ivimus.*

HIPHIL הוליך, Lxx. ἄγω *duco.* Lxx. Aq. ἀπάγω *abduco.* Lxx. Sym. διάγω *traduco.* Lxx. item, περιάγω *circumduco*, ὑπάγω *subduco*, ἀποφέρω *aufero*, *abduco*, ὁδηγέω, καθοδηγέω, *in viam, per viam duco*, ἐξαποστέλλω *emitto*, &c. Alii item, *deduco, educo, fero, veho, asporto*, &c.

PRAET. 3. p. s. m. הוליך *abduxit.* Cum præf. & aff. והוליכו *& ducat eum*, הוליכך, & secundum alia exemplaria, הולכך, Deut. 8. v. 2. *deduxit te*, m. והוליכם *& deducit eos.* 1. p. s. c. cum præfix. והולכתי *& ducam.* Cum præf. & aff. והולכתיה *& deducam eam.*

BEN. s. m. מוליך *ducens.* Cum præfix. המוליך *deducens*, למוליך *ducenti, ducentem.* Cum præf. & affix. המוליכך *qui deduxit te*, m. In quibusdam libris כ afficitur (ֵ) pro (ְ); מולכך, cum (ֹ) pro (וּ), *ducens te*, f. מוליכם *ducens eos.* Plur. f. מולכות cum (ֹ) pro (וֹ), *deferentes.*

INFIN. cum præf. & aff. להוליכו *ad ducendum eum.*

IMPER. 2. p. s. m. cum præf. והולך *& defer.* 2. p. s. f. cum (ֵ) loco (ו, & (י) radicali remanente, היליכי *abduc, aufer*, Exod. 2. v. 9. Vide Gram. Heb. t. 1. p. 239. c. 2. fin. 2. p. pl. m. הוליכו *ducite.*

FUT. 3. p. s. m. יוליך & יולך, *ducet, perferet.* Cum præfix. ויולך, ויולך & ויולך, *& duxit*, cum (ֶ) pro (ִ) vel (ִי) ob accentum vi (ו) convertentis retractum, שיולך *quod deferat.* Cum præf. & aff. ויוליכני *& duxit me*, c. ☐ יוליכם *abire facit eos*, ויוליכם *& deduxit eos.* 1. p. s. c. אוליך *ire faciam.* Cum præf. ואולך *& deduxi.* Cum ה parag. ואוליכה *& ducam.* Cum aff. אוליכם *deducam eos.* 3. p. pl. m. cum præf. ויולכו *& deduxerunt*, cum (ֹ) pro (ִי). Cum præf. affix. & (ֹ) pro (ו), ויולכהו *& deduxerunt eum.*

ילל QAL, unde HIPHIL הילל, cum (ֵ) sub ה loco ו, quasi ex forma quiesc. ע, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 238. c. 1. Lxx. Sym. Theod. ὀλολύζω, Vulg. & alii, *ululo, ejulo.* Sym. χρεμετίζω *hinnio.* Aq. ἀσελγῶς λαλέω *lascive, molliter loquor.* Lxx. item, θρηνέω *plango*, πενθέω *lugeo*, ἀλαλάζω *clango, vociferor*, Jerem. 25. v. 34. ubi mendum videtur pro ὀλολύζω.

PRAET. 3. p. s. m. cum præf. & (ֵ) pro (ִי), והילל *& ejulabit.*

IMPER. 2. p. s. m. הילל *ejula.* Cum præf. והילל *& ejula.* 2. p. s. f. הילילי *ejula.* 2. p. pl. m. הילילו *ejulate.* Cum præfix. והילילו *& ejulate.*

FUT. 3. p. s. m. ex forma Syriaca ייליל pro יליל, *ejulabit.* Vide Gram. Heb. t. 1. p. 240. c. 1. 412. c. 2. Sic 1. p. s. c. איליל pro אליל, *ejulabo.* Cum præf. ה parag. & in forma communi ואילילה *& ejulabo.* 3. p. plur. m. ex forma Syr. ייללו, & servata characteristica præteriti יהילילו, *ejulabunt.* Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 241. c. 1. 2. p. pl. m. ex forma Syr. תילילו *ejulabitis.*

ילל m. Deut. 32. v. 10. Lxx. καῦμα *æstus*, Aq. ὀλολυγμὸς *ejulatus*, sic etiam alii. Vulg. *horror.* Rad. ילל *ejulavit.*

יללה f. Lxx. & alius, ὀλολυγμὸς, Vulg. & alii, *ululatus, ejulatus.* Hinc cum præfix. ויללה *& ejulatus.* Pro (ְ) cum (ִי), vide Gram. Heb. tom. 1. p. 385. c. 1. 2. Const. יללת *ejulatus.* Cum præf. וילת *& ejulatus*, contracte pro ויללת. Vide Gram. Heb. t. 1.

Digitized by Google

p. 385. c. 2. Cum aff. יִלְלָתוֹ *ejulatus ejus*, f. Rad. יָלַל *ejulavit.*

יַלֶּפֶת f. Levit. 21. v. 20. c. 22. v. 22. Lxx. λειχήν, Vulg. *impetigo.* Alii, *scabies Ægyptiaca* ad mortem usque ea laborantis perseverans. R. יָלַף inusit.

יֶלֶק m. Lxx. βρoῦχος, Vulg. & alii, *bruchus*, ἀκρὶς *locusta*; quæ sic dicta est, quod fruges lambendo consumat, à לָקַק *linxit*, *consumsit*, *perdidit.* Vide Boch. de anim. sac. l. 4. cap. 1. col. 445. Cum præf. הַיֶּלֶק & in pausa הַיָּלֶק, *bruchus*, וְיֶלֶק *& bruchus*, כַּיֶּלֶק, כַּיָּלֶק, & in pausa כַּיָּלֶק, *sicut bruchus.*

יַלְקוּט m. *pera*, *sacculus*, *loculus*; unde cum præf. וּבַיַּלְקוּט *& in pera*, 1. Reg. 17. v. 40. Lxx. ὃ ἦν αὐτῷ εἰς συλλογὴν, *quæ* (pera) *erat ipsi in collectionem*, h. e. ut in ea colligeret, sive servaret, quæ necessaria erant tum ad esum, tum ad alia vitæ necessaria. Vulg. *quam habebat secum.* R. לָקַט *collegit*; unde *pera*, quod in ea varia colligantur.

יָם c. sed sæpius m. Lxx. Aq. Sym. Theod. θάλασσα, Vulg. & alii, *mare.* Lxx. item, λουτὴρ *lebes*, *labrum*, magnum videlicet, ὕδωρ *aqua*, δυσμαὶ (sic etiam alius), *occasus*, videlicet respectu Judææ, ad cujus occasum est mare mediterraneum. Et adjective, παράλιος *maritimus.* Alii item, *lacus*, *stagnum*; nam magna aquarum conceptacula in Scripturis *mare* appellantur. Semel etiam ponitur pro meridie, nempe Psal. 106. Heb. 107. v. 3. ubi de mari rubro sermo est. In regimine, & cum Maqqaph retinetur (ָ); quod ostendit hoc nomen in singulari formam suam desumere ab inusit. יָם. Unica vox excipitur, nempe סוּף *alga*, *juncus*, quacum vocabulum יַם constructum notatur cum (ַ), sic: יַם־סוּף *mare junci.* Lxx. θάλασσα ἐρυθρὰ, Vulg. *mare rubrum.* Cum præf. הַיָּם *mare*, הֲיָם *an mare?* & הַיָּם, *& mare*, בַּיָּם *in mare*, *in mari*, כַּיָּם *sicut mare*, לַיָּם *mari*, מִיָּם & מִיָּם, *à mari*, וּמִיָּם *& à mari.* Const. יַם *mare.* Cum præfix. בְּיַם *in mari*, לְיַם *mari*, מִיַּם *à mari.* Cum ה locali, יָמָּה *versus mare*, *in mare.* Cum præf. הַיָּמָּה, & cum duplici præpositione

motus לְיָמָּה, *versus mare*, יָמָּה & in pausa יָמָּה, *& versus mare.* Cum aff. יַמּוֹ *mare ejus*, f. Plur. יַמִּים *maria.* Cum præf. הַיַּמִּים *maris*, בַּיַּמִּים *in maribus*, מִיַּמִּים *à maribus.* Rad. יוּם inusit. ut diximus supra, & יָמַם pariter inusit. à quo est singul. const. יַם *mare*, & plur. absol. יַמִּים *maria.*

יַמָּא m. Chald. emphat. idem ac Heb. יָם, θάλασσα, Vulg. & alii, *mare.* Cum præf. לְיַמָּא *in mare.* Vide vocem præced.

יְמוּאֵל Mass. *Iemouél*, Vulg. *Jamuél*, nom. proprium filii Simeonis, Gen. 46. v. 10. qui 1. Paral. 4. v. 24. dicitur נְמוּאֵל, cum נ pro (י), Vulg. *Namuel.* Etym. *dies ejus Deus*; à יוֹם *dies*, aff. 3. p. f. m. & אֵל *Deus.* Vel simplicius, *mare Dei*; ex יָם *mare*, & אֵל *Deus.*

יֵמִם m. plur. unde cum præf. & (ֵ) pro (י) in fine, הַיֵּמִם, Gen. 36. v. 24. Lxx. Theod. Ἰαμεὶν, Aq. Sym. Ἐμὶμ, secundum Hieron. quæst. in Gen. tom. 2. nov. edit. col. 539. At secundum catenas Regias & Schedas Combefianas, Ἰαμεὶμ, ut apud Lxx. & Theod. Hi omnes vocem Hebraïcam retinuerunt. Judæi cum plurimis Christianis *mulos* interpretantur. Hanc interpretationem confutat Bochart. de anim. sac. part. 1. l. 2. c. 21. tum quia nemo Orientalium mulos יֵמִם appellavit; tum quia mulorum in Palæstina nulla mentio ante Davidis tempora. Vide alias rationes apud virum eruditissimum, qui arbitratur יֵמִם eosdem esse atque אֵימִים *Emæos*, populos videlicet Horreis vicinos, forma gigantea; unde Onkeloso גִּבָּרַיָּא *gigantes* appellantur. Textus Samaritanus ࠀࠉࠌࠉࠌ *Emim* habet, non ࠄࠉࠌࠉࠌ *Iemim.* Emæos autem Horreis, quibus imperabat Sebeon pater Ana, qui יֵמִם invenit, vicinos fuisse liquet ex Deut. 2. vv. 9. 10. 11. 12. Vulg. *aquas calidas* transtulit. Is pro חַמִּים aut חַמָּם, legisse videtur חַמִּים ab חָמַם, *calidus fuit*, & מַיִם *aqua.* Vide S. Hieron. loco citato, & notas nostri D. Bernardi *de Montfaucon*, in tom. 1. Hexapl. Origenis, p. 44.

יָמִין f. Lxx. Aq. Sym. Theod. δεξιὰ, Vulg. & alii, *dextera*; & adjective, δεξιὸς,

Digitized by Google

δεξιὸν, *dexter*, *dextrum latus.* Lxx. item, *ὁ ἐπιδέξιος dexter*, *θάλασσα mare*, Psal. 88. Heb. 89. v. 13. ubi pro יָמִין legebant יַמִּים, aut ex terminatione Chald. יַמִּין, à יָם *mare.* Theod. & V^a. edit. *νότος auster*, *meridies*; quod ad Orientem versus auster sit ad dexteram. Alii item metaphorice, *robur*, *potentia.* Cum præf. הַיָּמִין *dextera*, וְהַיָּמִין *& dextera*, לַיָּמִין *ad dexteram*, מִיָּמִין *à dextera.* Const. יְמִין *dextera.* Cum præfix. בִּימִין *in dextera*; pro (ְ.) cum ב, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 379. c. 2. לִימִין *ad dexteram*; pro (ְ.) cum ל, vide eandem Gram. ibid. p. 70. c. 1. מִימִין *à dextera*; pro (ְ.) cum מ, vide ibid. c. 2. Cum præf. & aff. יְמִינוֹ *dextera ejus*, m. וִימִינוֹ *& dextera ejus*, m. pro (ְ.) cum (ו), vide Gram. Heb. tom. 1. p. 385. c. 1. 2. בִּימִינוֹ *in dextera ejus*, m. לִימִינוֹ *ad dexteram ejus*, m. מִימִינוֹ *à dextera ejus*, m. וִימִינָהּ *& dextera ejus*, f. בִּימִינָהּ *in dextera ejus*, f. יְמִינְךָ & in pausa יְמִינֶךָ, *dextera tua*, m. וִימִינְךָ & in pausa וִימִינֶךָ, *& dextera tua*, m. בִּימִינְךָ & in pausa בִּימִינֶךָ *in dextera tua*, m. לִימִינְךָ *ad dexteram tuam*, m. מִימִינֶךָ in pausa, *à dextera tua*, m. מִימִינֵךְ *à dextera tua*, f. יְמִינִי *dextera mea*, c. וִימִינִי *& dextera mea*, c. בִּימִינִי *in dextera mea*, c. לִימִינִי *ad dexteram meam*, c. מִימִינִי *à dextera mea*, c. יְמִינָם *dextera eorum*, וִימִינָם *& dextera eorum*, מִימִינָם *à dextera eorum.* Rad. יָמַן in Hiph. *dexteram petiit*, *ad dexteram ivit.*

יָמִין Mass. & Vulg. *Iamín*, aut *Jamín*, nom. propr. 1°. filii Simeonis filii Jacob, Gen. 46. v. 10. 1. Paral. 4. v. 24. 2°. filii Ram primogeniti Jerameel, 1. Paral. 2. v. 27. Etym. *dextera*, *dexter*, *auster*, *australis*; à יָמִין idem.

יָמִינִי Mass. *Iáminí*, Vulg. *Jaminitæ*, nomen propr. seu patronymicum posterorum Jamin, quem vide mox supra cum ejus etymologia.

יְמִינִי Mass. & Vulg. *Ieminí*, aut *Jeminí*, nomen proprium seu patronymicum virorum de Tribu Benjamin, per aphæresin prioris partis hujus nominis, nempe בֶּן *filius*, 1. Reg. 9. v. 1. 2. Reg. 16. v. 11. &c. Vide Gram. Heb. tom. 1. pag. 432. c. 1. Etym. *dextera*, vel *dexter*; ab יָמִין idem.

יִמְלָה Mass. *Imlá*, Vulg. *Jemlá*, nomen propr. patris Michææ prophetæ, 3. Reg. 22. vv. 8. 9. Etym. *repletio*, aut *circumcisio*; à מָלָא *plenus fuit*, *replevit*, aut מָל *circumcidere.*

יַמְלֵךְ Mass. *Iamléch*, Vulg. *Jemléch*, nomen proprium principis tempore Ezechiæ regis Juda, 1. Paral. 4. v. 34. Etym. *regnans*; à מָלַךְ *regnavit.*

יָמַם, unde הַיָּמִם, vide in יַמִּים, sup. col. 782.

יָמַן QAL, unde Hiphil ex forma quiesc. פ״ו, הֵימִין aut הֵמִין, Complut. & alius, *δεξιάζω dexteram peto*, *ad dexteram eo*, *dextera utor.* Lxx. Vatic. item substant. *δεξιὰ*, & neut. *τὰ δεξιὰ dextera.*

Ben. pl. m. cum (ֵי) mobili, seu in forma perfecta, מַיְמִינִים, 1. Paral. 12. v. 2. *dexteram petentes*, *ad dexteram euntes*, vel *dexterâ jaculantes.*

Infin. cum præf. לְהֵמִין, 2. Reg. 14. v. 19. *ire ad dexteram.*

Imper. 2. p. s. f. הֵימִינִי *dexteram pete*, *ito ad dexteram.*

Fut. 1. p. s. c. cum præf. ה parag. & (ִ) pro (ֵי) sub מ, וְאֵימִנָה *& petam dexteram*, *& ad dexteram ibo.* 2. p. pl. m. cum א pro (י), aut ex forma quiesc. Pe א, תַּאֲמִינוּ, Isai. 30. v. 21. *ad dexteram declinetis*, *eatis.* Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 241. col. 2.

יִמְנָה Mass. *Iimná*, Vulg. *Jemná*, nomen propr. 1°. filii Aser filii Jacob, Gen. 46. v. 17. 2°. patris Core, 2. Paral. 31. v. 14. Etym. *dextera*; à יָמִין idem. Vel *præparans* aut *numerans*; à מָנָה *præparavit*, *numeravit.*

יְמָנִי adject. m. Lxx. *δεξιὸς*, Vulg. & alii, *dexter.* Lxx. item, *εἷς unus*, *τὰ δεξιὰ dextera.* Hinc cum præf. הַיְמָנִי *dexter.* Femin. cum præf. הַיְמָנִית *dextera*, *dextra.* R. יָמַן in Hiph. *ad dexteram ivit*, &c.

יְמָנִית vide in voce præced.

יִמְנָע Mass. *Iimná*, Vulg. *Jemná*, nomen proprium filii Helem, 1. Paral. 7. v. 35. Etym. *cohibitio*, *prohibitio*; à מָנַע *cohibuit*, *prohibuit.* Vel *mare commotum*; ab יָם *mare*, & נוּעַ *moveri*, *commoveri.*

Digitized by Google

ים־סוף *mare junci*, cujus frequens in Scripturis fit mentio, situm est ad austrum Judææ. Græcis dicitur Θάλασσα ἐρυθρὰ *mare erythræum*, sive *rubrum*, quod juxta ejus litus habitaverint Esavi posteri, qui Esavus אֱדוֹם *Edóm*, sive *ruber*, cognominatus est. Juxta hoc mare fuit septima mansio Israëlitarum, Num. 33. v. 10. qui postea sicco vestigio illud transierunt. Vide סוּף suo loco.

ימר QAL, unde, secundum nonnullos, 2. p. pl. m. FUTURI HITHPAEL ex forma (-) & in pausa, quæ illud mutavit in (-), תִּתְיַמָּרוּ, Isai. 61. v. 6. *gloriabimini.* Vide Hithpael Verbi אָמַר, supra col. 115.

יִמְרָה Mass. *Iimrá*, Vulg. *Jamrá*, nomen propr. filii Supha filii Helem, 1. Paral. 7. v. 36. Etym. *rebellis*, aut *amarus*, aut *commutatio;* à מָרָה *rebellavit*, aut מָרַר *amarus fuit*, aut מוּר in Hiph. *commutavit.*

ינה QAL, unde BEN. f. f. cum præf. הַיּוֹנָה, Lxx. Jerem. 25. v. 38. μεγάλη *magna*, c. 46. v. 16. & c. 50. v. 16. Ἑλληνικὴ *Græca* (ira), vel *Græcus* (gladius). Referebant ad יָוָן, quod vide supra col. 755. Et Soph. 3. v. 1. ἡ περιστερά, Vulg. hîc & ubique, *columba.* Vide יוֹנָה supra col. 756. Alii ubique, *opprimens.*

FUT. 1. p. pl. c. cum aff. נִינָם, Psal. 73. Heb. 74. v. 8. al. 9. cum (-) sub posteriori נ pro (-), vide Gram. Heb. tom. 1. pag. 291. c. 2. 371. c. 2. fin. Lxx. ἡ συγγένεια αὐτῶν, Vulg. Lat. *cognatio eorum*, S. Hieron. *posteri eorum;* referebant ad נִין *filius, posteritas*, quod vide suo loco; tuncque (-) est genuinum. Alii, *opprimamus eos.* Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 371. c. 2. fin.

HIPHIL הוֹנָה, Lxx. & alius, κακόω *malis afficio.* Aq. κακουχέω idem, & passive, κακουχέομαι *malis afficior.* Lxx. item, θλίβω *affligo*, καταδυναστεύω *vi opprimo.* Vulg. & alii item, *vim facio, vim infero, defraudo, contristo.*

PRAET. 3. p. f. m. הוֹנָה *oppressit.* 3. p. pl. c. הוֹנוּ *vim faciunt.*

BEN. pl. m. cum affix. מוֹנַיִךְ *opprimentes te*, f. *oppressores tui.*

INFIN. cum affix. לְהוֹנֹתָם, Ezech. 46. v. 18. *opprimendo eos*, Vulg. *per violentiam.*

FUT. 3. p. f. m. יוֹנֶה *opprimet, oppresserit.* 2. p. f. m. תּוֹנֶה *opprimes.* Cum aff. תּוֹנֶנּוּ *opprimes eum.* 3. p. pl. m. יוֹנוּ *opprimens, opprimant.* 2. p. pl. m. תּוֹנוּ *opprimetis.*

יָנוֹחַ, & cum ה parag. יָנוֹחָה, Mass. *Janóhh*, Vulg. *Janóe*, nom. proprium civitatis in Tribu Ephraim, Jos. 16. v. 6. 4. Reg. 15. v. 29. Etym. *requiescens* aut *deducens;* à נוּחַ *quiescere*, aut נָחָה *deduxit.*

יָנוּם Mass. & Vulg. *Ianoúm*, aut *Janúm*, nomen proprium civitatis in Tribu Juda, Jos. 15. v. 53. Etym. *dormiens* aut *dormitans;* à נוּם *dormitare.*

ינח QAL, unde HIPHIL הִנִּיחַ ex forma defectivorum Pe נ, quam hoc Verbum cum aliis quibusdam imitatur, vide Gram. Heb. t. 1. p. 196. c. 1. Lxx. Aq. Sym. ἀφίημι *dimitto.* Sym. item, ἐάω *sino, permitto.* Aq. Sym. item, παύω *cesso.* Lxx. item, ἀναπαύομαι *requiesco*, καταπαύω *quiescere facio*, ἀνάπαυσιν ποιέω *requiem facio*, τίθημι *pono*, ἐπιτίθημι *impono*, ἀποτίθημι *depono*, μὴ ἅπτομαι *non tango*, δίδωμι *do*, παραδίδωμι *trado*, ἐπιλανθάνομαι *obliviscor*, καθίστημι *constituo, colloco*, καταλείπω, καταλιμπάνω, *derelinquo*, μιαίνω *polluo*, συνάγω *congrego.*

PRAET. 3. p. f. m. הִנִּיחַ & הֵנִּחַ, *sivit, permisit, collocavit.* Cum præf. וְהִנִּיחַ *& reliquit.* Cum præf. & affix. וְהִנִּיחוֹ *& statuet eum*, וְהִנִּיחָם *& relinquet ea.* 2. p. f. m. וְהִנַּחְתָּ *& relinques.* Cum præf. & aff. וְהִנַּחְתּוֹ *& relinques illud*, וְהִנַּחְתָּם *& relinques eas* (virgas). 1. p. f. c. cum præf. וְהִנַּחְתִּי *& collocabo.* Cum præf. & affix. וְהִנַּחְתִּיו *& relinquam eam* (gentem). 3. p. pl. c. הִנִּיחוּ *collocarunt, collocarant.* Cum præf. וְהִנִּיחוּ *& relinquent.* Cum præf. & aff. וְהִנִּיחֻךָ *& relinquent te*, f. 2. p. pl. m. cum præf. וְהִנַּחְתֶּם *& collocabitis, & dimittetis.*

BEN. f. m. מַנִּיחַ *permittens.*

INFIN. cum præf. & aff. לְהַנִּיחוֹ *relinquere eum*, לְהַנִּיחָם *relinquere eos.*

IMPER. 2. p. f. m. cum (-) in fine ob ח sequens, הַנַּח, & cum ה parag. הַנִּיחָה, *dimitte, sine, colloca.* Cum præf. וְהַנַּח *&*

Digitized by Google

colloca. 2. p. pl. m. הַנִּיחוּ & הַנִּיחוּ, *relinquite, finite, deponite.*

Fut. 3. p. s. m. יַנִּיחַ *relinquet.* Cum præf. וַיַּנַּח *& reliquit, & collocavit, & posuit.* Cum præf. & aff. וַיַּנִּיחֵהוּ *& collocavit, & posuit eum,* וַיַּנִּיחֵם *& collocavit eos.* 3. p. s. f. cum præf. וַתַּנַּח *& deposuit.* 2. p. s. m. תַּנַּח *dimittas.* Cum aff. תַּנִּיחֵנִי *permittas me,* c. תַּנִּיחֵנוּ *relinquas nos,* c. 1. p. s. c. cum præf. שֶׁאַנִּיחֶנּוּ *quod relinquam eum.* 3. p. pl. m. יַנִּיחוּ *reponent.* Cum præf. וְיַנִּיחוּ *& deponent,* וַיַּנִּיחוּ *& reposuerunt, & collocarunt.* Cum præf. aff. & (ֻ) pro (ו), וַיַּנִּחֻהוּ *& collocabunt eum,* וַיַּנִּיחֻהוּ *& collocarunt eum,* וַיַּנִּחֻם *& posuerunt eos.*

HOPHAL הֻנַּח ex eadem forma Pe נ, vide initio rad. Hinc 3. p. s. f. Praet. cum præf. & partim ex hac conjugatione, partim ex conjugatione Hiphil composita וְהֻנִּיחָה, Zach. 5. v. 11. Lxx. καὶ θήσουσιν αὐτὸ *& ponent illud* (vas); legebant וְהִנִּיחוּהָ in Hiph. Vel sensum, non vocem passivam expresserunt. Vulg. & alii, *& ponatur, & collocetur.* Vide Gram. Heb. t. 1. p. 206. c. 1.

Paoul s. m. מֻנָּח, vide infra suo loco in litera מ.

יְנִיקוֹת f. pl. unde cum aff. יְנִיקוֹתָיו, Ezech. 17. v. 4. Lxx. ἁπαλότης *simplicitas,* Vulg. *frondes,* alii, *rami ejus,* m. proprie teneri; hi enim sic dicti sunt, quod succum arboris exsugant. R. יָנַק *suxit.*

ינק QAL. Lxx. θηλάζω *lacto & lacteo.* Aq. Sym. Theod. μυζάω, vel μυζάομαι, Vulg. & alii, *sugo.* Lxx. item, φάγομαι *edo, comedo.* Tribuitur etiam rebus inanimis, puta, *surculo, ramo,* &c. Vide vocem præced.

Praet. 2. p. s. f. וְיָנַקְתְּ *& suges.* 2. p. pl. m. cum præf. וִינַקְתֶּם *& sugetis.* Pro (י) cum (ו), vide Gram. Heb. t. 1. p. 385. c. 1. 2.

NIPHAL נִלְפַּת, unde 3. p. ſ. m. FUT. cum præfix. וַיִּלָּפֵת, Ruth. 3. v. 8. Lxx. καὶ ἐταράχθη *& turbatus*, Vulg. *& conturbatus est.* Alii, *& inclinavit se, & huc illuc vertit se, & territus contraxit se.* 3. p. plur. m. יִלָּפְתוּ, Job. 6. v. 18. Vulg. *involutæ*, alii,

Digitized by Google

perversæ sunt semitæ eorum. Alii item, *huc illuc divertunt.* Lxx. sensum utcunque, non verbum, expresserunt.

לֵץ m. Aq. Sym. Theod. χλευαστής, Vulg. & alii, *derisor, illusor.* Lxx. Sym. λοιμὸς *pestilens.* Sym. item & Vª. ac VIª. editt. παράνομος *iniquus.* Idem Sym. ἐπιθέτης *impostor.* Lxx. item, ἀκόλαστος *luxuriosus*, ἀπαίδευτος *imperitus*, ἄφρων *insipiens*, κακὸς *malus*, ὑπερήφανος *superbus.* Cum præfix. וְלֵץ *& derisor.* Plur. לֵצִים *derisores.* Cum præf. וְלֵצִים *& derisores*, לְלֵצִים cum ל prosthetico supervacaneo, *derisores.* R. לִיץ *deridere*, cujus potest esse Benoni Qal ex forma (-). Vide similia Participia in Gram. Heb. tom. 1. p. 249. c. 1. fin.

לָצוֹן m. Aq. χλευασμός *irrisio, derisio*; sic etiam recentiores. Lxx. ὕβρις *contumelia.* Et adject. ἄνομος *iniquus*, τεθλιμμένος *afflictus.* Vulg. *derisor, pestilens.* R. לִיץ *deridere.*

לֹצֵץ m. unde plur. לֹצְצִים, Ose. 7. v. 5. Lxx. λοιμοί *pestilentes.* Aq. χλευασταί, Vulg. & alii, *illusores, irrisores, derisores.* Rad. לִיץ *deridere, illudere.*

לַקּוּם Mass. *Laqqoúm*, Vulg. *Lecúm*, nom. propr. civitatis Tribus Nephthali, ejusque termini ad Orientem & Austrum, Jos. 19. v. 33. Etym. *resurgens* aut *confirmans*; vel *ad resurgendum*, aut *ad confirmandum*; à קוּם *surgere, resurgere*, in Qal, & *confirmare* in Hiphil.

לָקַח QAL. Lxx. Aq. Sym. Theod. λαμβάνω, Lxx. item, ὑπολαμβάνω, παραλαμβάνω, προσλαμβάνω, Lxx. Sym. Theod. δέχομαι, Lxx. item, προσδέχομαι, Vulg. & alii, *capio, accipio.* Lxx. item, ἀγοράζω, ὠνέομαι, *emo*, ἀγρεύομαι *in venatione capior*, ἄγω *duco*, εἰσάγω *introduco*, ἐξάγω *educo*, προσάγω *adduco*, συναπάγω *simul abduco*, αἴρω *tollo*, ἀνταναιρέω *vicissim tollo*, ἀφαιρέω (sic etiam Sym.) *aufero*, αἰχμαλωτεύω *captivo*, ἀναλαμβάνω *recipio*, ἀνασπάω *extraho*, ἀπόλλυμι *perdo*, γινώσκω *cognosco*, ἐκβάλλω *ejicio*, ἐκλέγομαι *eligo*, προχειρίζομαι *præeligo*, ἐξαίρετος εἰμι *exemtus sum*, ἐπιτίθημι *impono*, ἔρχομαι *venio*, ἔχω *habeo*, ἀνέχω *sustineo*, καθαίρω *mundo, purgo*, καλέω *voco*, καταλαμβάνω *apprehendo*, κομίζω (sic etiam Sym. & Theod.) *fero, aufero*, κτάομαι *acquiro*, λαλέω *loquor*, μεταπέμπομαι *accerso*, μετατίθημι *transpono*, προκαθίστημι *ante constituo*, συλλαμβάνω *simul capio*, συλλέγω *colligo*, συναρπάζω *simul abripio*, τολμάω *audeo*, φέρω *fero*, ἐκφέρω *effero*, &c. Hoc Verbum in Qal modo perfectorum, modo imperfectorum, nempe defectivorum Pe נ, flexionem imitatur. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 196. in Append.

PRAET. 3. p. s. m. לָקַח, & in pausa לָקָח, *cepit, accepit, abstulit.* Cum aphæresi primæ radicalis & (-) loco (-), קַח, Ezech. 17. v. 5. *accepit.* Sic cum aff. קָחָם, Ose. 11. v. 3. *accepit ea.* Verum hæc melius referuntur ad inusit. קוּחַ vel קָחַח. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 162. c. 1. Cum præf. וְלָקַח *& accepit, & accipiet.* Cum præf. & aff. לְקָחָהּ *accepit eam*, וּלְקָחָהּ *& accepit eam*, לְקָחַנִי *cepit, accepit, sumsit me*, c. 3. p. s. f. לָקְחָה *accepit.* Cum præf. וְלָקְחָה *& accipiet.* 2. p. s. m. לָקַחְתָּ *accepisti.* Cum præf. וְלָקַחְתָּ *& accipies.* Cum aff. לְקַחְתָּנוּ *accepisti nos*, c. 2. p. s. f. in pausa; quare ק afficitur (-) pro (-), לָקָחַתְּ *accepisti.* Cum præf. וְלָקַחַתְּ *& accipies.* 1. p. s. c. לָקַחְתִּי & in pausa לָקָחְתִּי, *accepi.* Cum præf. וְלָקַחְתִּי *& accipiam.* Cum præf. & affix. לְקַחְתִּיו *accepi illud*, לְקַחְתִּיךָ *accepi te*, m. וּלְקַחְתִּיךָ *& accipiam te*, m. וּלְקַחְתִּים *& accipiam eos.* 3. p. plur. c. לָקְחוּ & in pausa לָקָחוּ, *acceperunt.* Cum præf. וְלָקְחוּ & in pausa וְלָקָחוּ, *& accipient.* Cum præf. & aff. וּלְקָחוּם *& accipient eos.* 2. p. pl. m. לְקַחְתֶּם *accepistis.* Cum præf. וּלְקַחְתֶּם *& accipietis.* 1. p. pl. c. לָקַחְנוּ *accepimus.* Cum præf. וְלָקַחְנוּ *& accipiemus.*

BEN. s. m. לֹקֵחַ *accipiens.* Cum præf. וְלֹקֵחַ *& capiens.* Plur. m. cum præf. וְלֹקְחִים, & const. לֹקְחֵי, *accipientes.*

PAOUL pl. m. cum (-) pro (ו), לְקֻחִים, Prov. 24. v. 11. Lxx. ἀγόμενοι *ducti*, Vulg. *qui ducuntur.*

INFIN. לָקוֹחַ & לָקֹחַ, *accipiendo.* Ex forma imperf. quam vide in Gram. Heb. t. 1. p. 200. c. 2. קַחַת *accipere.* Cum præf. לָקַחַת *accipere, accipiendo, ad accipiendum*, וְלָקַחַת *& accipere*, מִקַּחַת *ab accipiendo.* Cum

Digitized by Google

præf. & aff. בְּקַחְתּוֹ *in accipiendo eo*, לְקַחְתּוֹ *accipere eum*, לְקַחְתָּהּ *accipere eam*, בְּקַחְתְּךָ *in accipiendo te*, m. קַחְתְּךָ *accipere te*, f. לְקַחְתֵּךְ *accipere te*, f. קַחְתִּי *accipere me*, c.

IMPER. 2. p. ſ. m. לְקַח, ex forma imperfecta, קַח, in pauſa קָח, & cum ה paragog. קְחָה, *accipe*. Cum præf. וּלְקַח & imperf. וְקַח, *& accipe*. Cum præf. & aff. ex forma imperf. קָחֶנּוּ *accipe eum*, וְקָחֶנּוּ *& accipe eum*, קָחֶנָּה *accipe illud*, קָחֵם־ *accipe eos*, Gen. 48. v. 9. cum (‥) in fine pro (-) ob Maqqaph ſeq. 2. p. ſ. f. ex forma perf. לִקְחִי, & ex forma imperf. קְחִי, *accipe*. Cum præf. וּקְחִי *& accipe*. 2. p. pl. m. ex forma imperf. קְחוּ & in pauſa קָחוּ, *accipite*. Cum præf. וּקְחוּ *& accipite*. Cum affix. & (ֻ) pro (וּ), קָחֻהוּ *accipite eum*.

FUT. 3. p. ſ. m. יִקַּח & in pauſa יִקָּח, *accipiet*. Cum præf. וַיִּקַּח *& accipiet*, יִקַּח & in pauſa וַיִּקָּח, *& accepit*. Cum præf. & affix. יִקָּחֵהוּ, יִקָּחֶנּוּ, *accipiet eum*, וַיִּקָּחֵהוּ *& accepit eum*, יִקָּחֶנָּה *accipiet eam*, וְיִקָּחֶהָ *& accipiet eam*, וַיִּקָּחֶהָ *& accepit eam*, יִקָּחֲךָ & in pauſa יִקָּחֶךָּ, *accipiet te*, m. יִקָּחֵנִי *accipiet me*, c. וַיִּקָּחֵנִי *& accepit me*, c. וַיִּקָּחֵם *& accepit eos*. 3. p. ſ. f. תִּקַּח *accipiet*. Cum præf. וְתִקַּח *& accipiet*, וַתִּקַּח *& accepit*. Cum præf. & aff. וַתִּקָּחֵהוּ *& accepit eum*, וַתִּקָּחֶהָ *& accepit eam*, תִּקָּחֲךָ *capiat te*, m. וַתִּקָּחֵנִי *& accepit me*, c. תִּקָּחֵם *accipiet eos*, וַתִּקָּחֵם *& cepit ea*. 2. p. ſ. m. תִּקַּח & in pauſa תִּקָּח, *accipies*. Cum præf. וַתִּקַּח *& accepiſti*. Cum aff. תִּקָּחֶנּוּ *accipies eum*, תִּקָּחֶנָּה *accipies eam*, תִּקָּחֵנִי *accipies, recipies me*, c. 2. p. ſ. f. ſine dagh. in ק ob (ְ) ei ſuppoſitum, quod fit in toto hoc Futuro, תִּקְחִי *accipies*. Sic cum præf. וַתִּקְחִי *& accepiſti*. 1. p. ſ. c. אֶקַּח, in pauſa אֶקָּח, & cum ה paragog. & ſine dagh. ut ſupra, אֶקְחָה, *accipiam*. Sic cum præf. וְאֶקַּח, & cum ה paragog. וְאֶקְחָה, *& accipiam*, וָאֶקַּח, & cum ה parag. וָאֶקְחָה, *& accepi*. Cum præf. & aff. וְאֶקָּחֵהוּ *& accipiam eum*, אֶקָּחֲךָ *accipiam te*, m. וָאֶקָּחֵם *& accepi ea*. 3. p. pl. m. ſine dagheſch in ק ob (ְ) infraſcriptum, יִקְחוּ, & in pauſa יִקָּחוּ, *accipient*. Cum præfix. וְיִקְחוּ *& accipient*, וַיִּקְחוּ *& acceperunt*. Cum præf. & aff.

וַיִּקָּחֻהוּ, cum (ֻ) pro (וּ), *& acceperunt eum*, וַיִּקָּחוּם *& acceperunt ea*. 2. p. pl. m. ſine dagh. in ק, ob (ְ) infraſcriptum, תִּקְחוּ & in pauſa תִּקָּחוּ, *accipietis*. 1. p. pl. c. נִקַּח in pauſa נִקָּח, & cum ה parag. & ſine dagheſch in ק, נִקְחָה, *accipiemus*. Cum præf. וַנִּקַּח *& cepimus*. Cum præf. & ה paragog. וְנִקְחָה *& accipiemus*.

NIPHAL נִלְקַח, Lxx. λαμβάνομαι, Vulg. & alii, *capior*, ἀναλαμβάνομαι *aſſumor*, ἄγομαι *ducor, abducor*, εἰσέρχομαι *ingredior*.

PRAET. 3. p. ſ. m. in forma perf. נִלְקַח & in pauſa נִלְקָח, *captus, capta eſt* (arca). 3. p. ſ. f. in pauſa; quare ק afficitur (ָ) pro (ְ), נִלְקָחָה *capta eſt*.

INFIN. ex termin. (-), הִלָּקַח *capi*. Cum aff. הִלָּקְחוֹ *capi eum*.

FUT. 3. p. ſ. f. cum præf. & ex termin. (-), וַתִּלָּקַח *& capta, & aſſumta eſt*. 1. p. ſ. c. ex ead. termin. אֶלָּקַח *ſumar, aſſumar*.

PUAL לֻקַּח, Lxx. λαμβάνομαι *capior, accipior, ſumor*, &c. ut in Niphal. Et active, ſoloque ſenſu expreſſo, εἰσάγω *introduco*.

PRAET. 3. p. ſ. m. לֻקַּח & in pauſa לֻקָּח, *captus, acceptus, ſublatus eſt*. Cum præf. וְלֻקַּח *& ſumetur*. 3. p. ſ. f. cum (ֳ) ſub ק loco (ְ) ſimplicis, & ſine dagh. in eodem ק, quaſi (ְ) ſuppoſitum eſſet ſimplex, לֻקֳחָה, Gen. 2. v. 23. *ſumta eſt*. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 35. c. 1. p. 179. c. 2. 2. p. ſ. m. in pauſa; quare ק afficitur (ָ) loco (-), לֻקָּחְתָּ *captus es*. 3. p. pl. c. לֻקְּחוּ *capti ſunt, abducti ſunt*.

FUT. 3. p. ſ. m. יֻקַּח & in pauſa יֻקָּח, *accipietur*. Cum præf. הֲיֻקַּח *an capietur?* 3. p. ſ. f. cum præf. וַתֻּקַּח *& capta eſt, & capta ſublata eſt*.

HITHPAEL הִתְלַקַּח, unde BEN. ſ. f. ex forma ה præcedente duplici (-) pro duplici (ְ) ob tertiam radical. ח, מִתְלַקַּחַת, Exod. 9. v. 24. Lxx. φλογίζον (πῦρ) *flammans* (ignis). Aq. συναναλαμβανόμενον *comprehenſus*. Sym. ἐνειλούμενον *involutus*. Vulg. *miſtus*. Alii, *interceptus*. Et Ezech. 1. v. 4. Lxx. ἐξαστράπτον (πῦρ) *fulgurans* (ignis). Vulg. *involvens*. Alii, ut ſupra, *interceptus*.

Digitized by Google

לֶקַח m. Lxx. ἀπόφθεγμα, Vulg. *sermo, eloquium*, ὁμιλία *conversatio, colloquium*, ἐπιγνωμοσύνη *cognitio*, εἰρήνη *pax*, ἔργον *opus*, δῶρον (Theod. δόμα), Vulg. *donum*. Et posito Infinitivo pro substantivo, λήψεσθαι *accipere*. Aq. λῆψις *acceptio*. Sym. Theod. ἀποδοχή *receptio*. Vulg. item, *gratia, sapientia, lex*. Alii, *doctrina, disciplina, institutio*, quæ à magistro accipitur. Cum aff. לִקְחָהּ *doctrina ejus*, f. לִקְחִי *doctrina mea*, c. R. לָקַח *accepit, recepit*. Vide mox supra.

לִקְחִי Mass. *Liqhhi*, Vulg. *Leci*, nomen proprium filii Semidæ filii Galaad filii Machir filii Manasse, 1. Paral. 7. v. 19. Etym. *doctrina, lex, disciplina, assumtio mea*, c. ex לֶקַח *doctrina*, &c. & aff. 1. p. f. c.

לקט QAL. Lxx. συλλέγω *colligo*, συνάγω *congrego*. Sic etiam Vulg. & alii.

PRAET. 3. p. pl. c. לָקְטוּ, & in pausa, quæ (-) primariæ vocis revocatum mutavit in (-), לָקָטוּ, *collegerunt*. Cum præf. וְלָקְטוּ *& colligent*.

INFIN. cum præf. לִלְקֹט *ad colligendum*, וְלִלְקֹט *& ad colligendum, & colligere*.

IMPER. 2. p. pl. m. לִקְטוּ *colligite*.

FUT. 3. p. pl. m. יִלְקְטוּ, & cum ן parag. יִלְקְטוּן, *colligent*. Cum præf. וַיִּלְקְטוּ *& collegerunt*. 2. p. pl. m. cum affix. & (-) pro (ו), תִּלְקְטֻהוּ *colligetis illud* (manna).

PIEL לִקֵּט, Lxx. ἀναλέγω, συλλέγω, Vulg. & alii, *colligo*, συνάγω *congrego*, ut in Qal.

PRAET. 3. p. f. f. in pausa, quare retinetur motio primariæ vocis, לִקֵּטָה *collegerat*. Cum præf. וְלִקְּטָה *& colliget*. 2. p. f. f. לִקַּטְתְּ *collegisti*.

BEN. f. m. cum præf. כִּמְלַקֵּט *quasi colligens*. Plur. m. מְלַקְּטִים *colligentes*.

INFIN. cum præf. לְלַקֵּט *ad colligendum*.

FUT. 3. p. f. m. cum præf. וַיְלַקֵּט *& collegit*. 3. p. f. f. תְּלַקֵּט *colliget*. Cum præf. וַתְּלַקֵּט *& collegit*. 2. p. f. m. תְּלַקֵּט *colliges*. 1. p. f. c. cum ה parag. אֲלַקֲטָה *colligam*. Cum præf. & eodem ה parag. וַאֲלַקֵּטָה *& colligam*.

PUAL לֻקַּט, unde 2. p. pl. m. FUT. תְּלֻקְּטוּ, Isai. 27. v. 12. Lxx. συναγάγετε *congregate*; legebant תְּלַקְּטוּ in futuro Piel. Vulg. & alii, *congregabimini*; *colligemini*.

HITHPAEL הִתְלַקֵּט, unde 3. p. pl. m. FUT. cum præf. וַיִּתְלַקְּטוּ, Jud. 11. v. 3. Lxx. καὶ συνελέγοντο *& collecti*, Vulg. & alii, *& congregati sunt*.

לֶקֶט m. unde cum præfix. וְלֶקֶט, Levit. 19. v. 9. & cap. 23. v. 22. Lxx. τὰ ἀποπίπτοντα *decidentia*. Alius, συλλέγματα *collectanea, collectiones*. Vulg. *remanentes spicæ*. Alii, *collectio, spicilegium*. R. לָקַט *collegit*.

לקק QAL. Lxx. λείχω, ἐκλείχω, Vulg. & alii, *lingo*, λάπτω *lambo*.

PRAET. 3. p. pl. c. in forma perfecta, לָקְקוּ *linxerunt*.

FUT. 3. p. f. m. ex forma imperf. יָלֹק *lambet*. 3. p. pl. m. יָלֹקּוּ *lambent*. Cum præf. וַיָּלֹקּוּ *& linxerunt*.

PIEL לִקֵּק ex forma perf. unde BEN. pl. m. ex eadem forma cum præf. & sine dagh. in מ & ק ob (:) eis suppositum, הַמְלַקְקִים, Jud. 7. vv. 6. 7. Lxx. λάψαντες, Vulg. & alii, *qui lambuerunt, qui lambuerant*.

לקש QAL, unde PIEL לִקֵּשׁ, ex quo 3. p. pl. m. FUT. in pausa, quæ retinuit (-) motionem primariæ vocis sub ק loco (:), יְלַקֵּשׁוּ, Job. 24. v. 6. Lxx. periphrasticus, ἀμισθὶ καὶ ἀσιτὶ ἠργάσαντο, *sine mercede & sine cibo operati sunt, coluerunt*. Vulg. & alii, *vindemiant*, proprie sero & tarde, nempe anno civili exeunte, qui autumno incipiebat. Quidam, *ficilient*, h. e. uvas post vindemiam relictas colligent; sumta metaphora à fœnisecis, qui *ficilire* dicuntur, cum ea, quæ prima sectione relicta sunt, iterata sectione demetunt. Alii, *penitus vastabunt, funditus abscindent*.

לֶקֶשׁ m. Amos. 7. v. 1. Lxx. ἑωθινὸς *matutinus* (fœtus locustarum), βροῦχος *bruchus*. Aq. ὄψιμος, Vulg. *serotinus* (imber). Alii, *herba serotina, fœnum-cordum*, h. e. post primam sectionem iterum crescens, *ficilimentum, spicilegium*. Cum præf. & in pausa, quæ prius (-) mutavit in (-), הַלָּקֶשׁ *fœnum-cordum*. R. לָקַשׁ in Piel, *sero vindemiavit, ficilivit*.

לְשַׁד m. unde conft. לְשַׁד, Num. 11. v. 8. Lxx. ἐγκρὶς *laganum*. Vulg. *panis*. Aq. Sym. μασδὸς

sis mamma; componebant ex שַׁד *uber*, *mamma*, & לְ. Alii, *humor*, *succus*; & adject. *humidum*, *viride*. Cum præf. לְשַׁדִּי, Psal. 31. Heb. 32. v. 4. cum (-) & dagh. per legem æquival. pro (-), Lxx. Theod. & Vª. edit. εἰς ταλαιπωρίαν *in ærumnam*, Vulg. Lat. *in ærumna mea*. S. Hieron. *in miseria mea*. Aq. εἰς προνομήν μου *in direptionem meam*. Sym. εἰς διαφθοράν *in corruptionem*. Hi vocem hanc componebant ex לְ *ad*, *in*, & שֹׁד *vastatio*, *miseria*, *calamitas*, &c. legebantque לְשָׁדִּי leschoddi. Alii, *succus*, *humor meus*, vitalis scilicet. Rad. לָשַׁד inusit.

לשון לָשׁוֹן & לָשֹׁן, c. sed sæpius f. Lxx. Aq. Sym. Theod. γλῶσσα, Vulg. & alii, *lingua*. Lxx. item adjective, γλωσσώδης *linguax*, *loquax*. Et metonymice, λέξις *dictio*, *sermo*, ῥῆμα *verbum*, φωνὴ *vox*, ψυχὴ *anima*, ῥὶν *nasus*. Metaphorice, ἄνθραξ *carbo*, λοξία *prominentia*. Alii item, *sinus* maris, *lingula* aurea, *flamma* ignis, quæ in extrema sui parte linguam refert, *dialectus*, *idioma*. Cum præf. הַלָּשׁוֹן *lingua*, וְלָשׁוֹן *& lingua*, בַּלָּשׁוֹן *linguâ*, וּבְלָשׁוֹן *& in lingua*, מִלָּשׁוֹן *à lingua*. Const. לְשׁוֹן *lingua*. Cum præf. וּלְשׁוֹן *& lingua*, בִּלְשׁוֹן *in lingua*, כִּלְשׁוֹן *secundum linguam*, וְכִלְשׁוֹן *& secundum linguam*, מִלְּשׁוֹן *à lingua*, *à sinu*. Cum præf. & affix. לְשׁוֹנוֹ & לְשֹׁנוֹ, *lingua ejus*, m. וּלְשׁוֹנוֹ *& lingua ejus*, m. בִּלְשׁוֹנוֹ *in lingua ejus*, m. לִלְשֹׁנוֹ, כִּלְשׁוֹנוֹ, *secundum linguam ejus*, m. לְשׁוֹנָהּ *lingua ejus*, f. לְשׁוֹנֶךָ & in pausa לְשׁוֹנֶךָ, *lingua tua*, m. וּלְשׁוֹנְךָ *& lingua tua*, m. לְשׁוֹנֵךְ *lingua tua*, f. לְשׁוֹנִי *lingua mea*, c. וּלְשׁוֹנִי *& lingua mea*, c. בִּלְשׁוֹנִי *in lingua mea*, c. לְשׁוֹנָם *lingua eorum*, וּלְשׁוֹנָם *& lingua eorum*, וּבִלְשׁוֹנָם *& in lingua eorum*, vel *sua*, וְכִלְשׁוֹנָם *& secundum linguam eorum*, לְשׁוֹנְכֶם *lingua vestra*, m. וּלְשׁוֹנֵנוּ *& lingua nostra*, c. לִלְשֹׁנֵנוּ *linguæ nostra*, c. Plur. לְשֹׁנוֹת *linguæ*. Cum præf. הַלְּשֹׁנוֹת *& linguæ*. Cum præf. & aff. לִלְשֹׁנֹתָם *secundum linguas eorum*, vel *suas*. R. לָשַׁן in Piel, *lingua detraxit*.

לשכה לִשְׁכָּה f. Lxx. Aq. γαζοφυλάκιον, Vulg. *gazophylacium*. Lxx. θησαυρὸς *thesaurus*, per metonym. contenti pro continente. Lxx. Sym. ἐξέδρα, Vulg. *exedra*. Lxx. Theod. & alius, παστοφόριον *pastophorium*, cubiculi genus vel locus. Aq. Sym. Theod. σταθμὸς *statio*, Jerem. 35. v. 4. Lxx. item, αὐλὴ *aula*, *atrium*, καταλυμα *diversorium*, οἶκος *domus*, σκηνὴ *tentorium*, *tabernaculum*. Vulg. & alii item, *cubiculum*, *conclave*, *camera* ad Templum exstructa, in qua reponebantur vestes, donaria, vasa, instrumenta sacra, &c. Hinc quidam trajectis literis referunt ad שָׁלַךְ in Hiphil, *jecit*, *projecit*; quod in hujusmodi conclavia, seu exedras, varia, quæ ad Templi ministerium pertinebant, *projicerentur*, h. e. reponerentur. Cum præf. הַלִּשְׁכָּה *cubiculum*, וְלִשְׁכָּה & וְהַלִּשְׁכָּה, *& cubiculum*. Const. לִשְׁכַּת *cubiculum*. Cum præf. לְלִשְׁכַּת, בְּלִשְׁכַּת, & cum ה locali לִשְׁכָּתָה, *in cubiculo*, *in cubiculum*, מִלִּשְׁכַּת *e cubiculo*. Plur. absol. לְשָׁכוֹת *cubicula*. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 66. c. 1. Cum præfix. הַלְּשָׁכוֹת *cubicula*, וְהַלְּשָׁכוֹת *& cubicula*, בַּלְּשָׁכוֹת *in cubiculis*. Const. לִשְׁכוֹת *cubicula*. Cum præfixo ה quod tamen nominibus constructis præfigi non solet, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 421. c. 2. הַלִּשְׁכוֹת *cubicula*. Cum præf. בַּלְּשָׁכוֹת *in cubiculis*. Rad. לָשַׁךְ inusit.

לשם לֶשֶׁם m. Exod. 28. v. 19. c. 39. v. 12. Lxx. λιγύριον, Vulg. *ligurius*. Plin. l. 37. c. 4. *lyncurius*. Alii, *achates*, *cyanus*, *topazius*, *onyx*, &c. Nomen lapidis pretiosi, de quo, uti & de omnibus fere aliis in Scriptura commemoratis, non convenit secum invicem interpretibus. R. לָשַׁם inusit.

לשם לֶשֶׁם Mass. *Léschem*, Vulg. *Lésem*, nomen propr. civitatis ad Septentrionem terræ S. Jos. 19. v. 47. Eadem est ac Dan & Laïs, quas vide supra coll. 414. & 995. Etym. *lygurius* (lapis), &c. Vide vocem præced. vel *nomini* aut *posito*; à לְ dandi casus articulo, & שֵׁם *nomen*, aut שׂוּם *ponere*.

לשן QAL, unde POEL aut conjugatio quadrata לוֹשֵׁן pro לָשַׁן, ex qua BEN. s. m. cum (י) parag. (- hhatoúph) pro (ו), & (ו) post adscripta puncta vocalia supervacaneo, מְלָושְׁנִי meloschni, Psal. 100. Heb. 101. v. 5. Vide Gram. Heb. t. 1. p. 176. c. 1. Lxx. ὁ καταλαλῶν, Vulg. & alii, *detrahens*, *obloquens*.

Digitized by Google

HIPHIL הלשין, unde 2. p. f. m. Fut. תלשן, Prov. 30. v. 10. Lxx. παραδῷς tradas, prodas. Sym. διαβάλῃς calumnieris. Theod. καταλαλήσῃς obloquaris. Vulg. accuses. Sic etiam alii.

לְשׁוֹן vide supra in לָשׁוֹן, col. 1009.

לְשָׁן m. Chald. Theod. γλῶσσα, Vulg. & alii, lingua, dialectus, idioma, ut apud Heb. Hinc cum præf. ולשן & lingua. Plur. emphat. cum præf. ולשניא & linguæ. Rad. לשן inusit.

לֶשַׁע unde in pausa לָשַׁע, Gen. 10. v. 19. Mass. Léscha aut Lâscha, Vulg. Lésa, nomen proprium urbis, quæ nonnullis videtur esse eadem ac דָּן Dán, לַיִשׁ Láis, & לֶשֶׁם Léschem, aut Lésem, quas vide supra coll. præced. 414. & 995. Etym. ad clamandum, aut liniendum, aut salvandum; ex ל ad, & שוע in Qal, clamare, & in Hiph. linire; aut ישע in Hiph. salvavit.

לֶתֶךְ m. mensura discretorum, quæ erat media pars τοῦ Hhomer, sive Cori, & continebat quinque Ephas, &c. Vide Gram. Heb. tom. 2. p. 525. col. 2. & in Tabula Lxx. νέβελ nebel. Vulg. dimidius corus. Hinc cum præf. וְלֶתֶךְ, Ose. 3. v. 2. & létheeh, & dimidius corus. R. לתך inusit.

להע QAL, unde NIPHAL נלתע, ex quo 3. p. pl. c. Praet. ex forma defect. Pe נ, quam imitatur hoc Verbum, vide Gram. Heb. t. 1. p. 196. in Append. & in pausa, quæ (-) vocis primariæ revocatum mutavit in (-) sub ת, נִתָּעוּ, Job. 4. v. 10. Lxx. ἐσβέσθη (γαυρίαμα) exstincta est gloriatio, elatio. Vulg. contriti, alii, commoliti, comminuti, evulsi sunt dentes leunculorum.

מ   מאב

מ Præpositio inseparabilis sive conjuncta, Hebraica & Chaldaica, regens ablativum. Ea venit ab integra præpositione מִן, quæ & ipsa derivatur ab inusitata radice מָנַן. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 70. c. 1. & p. 71. c. 2.

Genuina ejus motio est (·) sequente dagh. in prima dictionis, cui præfigitur, litera ad compensandum נ deperditum. Quando prima illa litera est gutturalis aut ר, proindeque daghésch hujus recipiendi incapax, pro (·) מ afficitur (-) & rarissime (-). Vide eand. Gram. ibid. p. 70. c. 1. Attamen ante ה, ח, ר, & alias literas cum (·) notatas sæpe excidit daghésch istud sine compensatione. Vide ibid. & p. 71. c. 1. Cum prima litera vocis est (י) affectum (·), ex hoc (·) & (·) τοῦ מ fit contractio in (י) sub מ. Vide ibid. p. 70. c. 2. Denique ante tetragrammaton Dei nomen יהוה, מ afficitur (-) quasi ante אדני. Vide ibid. p. 71. c. 1.

Primaria hujus præpositionis significatio est à, ab, e, ex, de, præ; notatque causam efficientem, materialem, temporis & loci circumstantiam, negationem aut privationem, præsertim ante Infinitivos; motum ex loco, subjectum ex vel de quo, &c. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 598. §. IV. Præterea ea Præpositio significat propter, eo quod, ante (de tempore), post, ad, versus (de motu ad locum), apud, in (de tempore & loco), contra, cum, &c. Vide eandem Gram. ibid. pagg. 600. & 601. Interdum deficit; sæpe, è contrario, abundat, maxime ante adverbia & alias præpositiones quibuscum pleonastice jungitur. Vide ibid. p. 601. c. 1. 2. Cetera, quæ ad hanc præpositionem pertinent, nempe ejus cum præfixis & affixis compositionem, vide infra in eadem præpositione integra מִן.

מַאֲבוּסִים m. pl. à sing. inusit. מַאֲבוּס, unde cum aff. & (·) pro (ו), מַאֲבֻסֶיהָ, Jerem. 50. v. 26. Lxx. ἀποθήκας αὐτῆς repositoria ejus, f. Alii, horrea, granaria ejus, f. Vulg. qui conculcent eam; legebat מִבּוֹסֶיהָ à בוס, conculcare, & א ut vocalem spectabat. Rad. אבס saginavit; unde horreum, quod in eo contineatur frumentum, &c. quo saginantur homines & pecudes.

Digitized by Google

מְאֹד Lxx. Aq. Sym. Theod. σφόδρα, Lxx. item, λίαν, Vulg. & alii, *valde*. Hoc adverbium positivo additum ſæpe gradum ſuperlativum conſtituit. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 471. c. 1. init. Geminatum maximam auxeſin importat, ſignificatque *vehementiſſime*. Lxx. item ſubſtantive, δύναμις *virtus*, *potentia*, ἰσχύς, Vulg. & alii, *robur*, *fortitudo*. Cum præf. בִּמְאֹד *in valde*, h. e. ut interpretantur Lxx. σφόδρα *valde*, Vulg. *nimis*. Cum affix. מְאֹדוֹ *fortitudine ſuâ*, m. מְאֹדֶךָ in pauſa, *fortitudine tuâ*, m. Rad. מָאַד inuſit.

מֵאָה & Chald. מְאָה, c. Lxx. Theod. ἑκατόν, Vulg. & alii, *centum*. Lxx. item ſubſtantive, ἑκατοντάς *centuria*, quo ſenſu accipiendum eſt hoc nomen quoties in ſtatu conſtructo uſurpatur. Vide Gram. Heb. tom. 2. p. 384. c. 1. Cum hoc adjectivo numerali ſubſtantiva ſingularia junguntur per enallagen numeri; niſi ſtatus abſolutus pro conſtructo, eoque abſtracto, ſive ſubſtantivo, poſitus cenſeatur. Vide eand. Gram. ibid. c. 2. Cum præf. הַמֵּאָה *centum*, וּמֵאָה *& centum*, בְּמֵאָה *pro centum*, לְמֵאָה *e centum*. Conſt. מְאַת *centum*, *centuria*. Cum præf. וּמְאַת *& centum*, לִמְאַת *ad*, *in centum*. Plur. מֵאוֹת, מְאוֹת, cum præf. הַמֵּאוֹת, & mutato ה ſingularis numeri in (י) quieſcens & ſupervacaneum, הַמֵּאיוֹת, *centum*. Cum aliis præf. וּמֵאוֹת *& centum*, לְמֵאוֹת *ad centum*, *centeni*. Dual. מָאתַיִם & Chald. מָאתַיִן, contracte pro מְאָתַיִם & מְאָתַיִן, & cum præfix. הַמָּאתַיִם, Lxx. διακόσιοι, Vulg. & alii, *ducenti*. Cum aliis præf. וּמָאתַיִם, in pauſa וּמָאתָיִם, & הַמָּאתָיִם itidem in pauſa, *& ducenti*. R. מָאָה inuſit.

מֵאָה Ald. & Complut. Μιά, Maſſ. *Meáh*, Vulg. *Emáth*; is legebat אמת trajectis literis א & מ, & lecto ת in fine pro ה. Vacat apud Lxx. Vatic. Nomen proprium unius è turribus Jeruſalem, Nehem. 12. v. 38. al. 39. Etym. מֵאָה *centum*, *centeſimus*; unde ea turris, quod forte eſſet numero centeſima.

מַאֲוַיִּים m. plur. à ſing. inuſit. מַאֲוָה; unde conſt. מַאֲוַיֵּי, Pſal. 139. Heb. 140. v. 9. Aq. τὰ ἐπιθυμήματα, S. Hieron. & alii, *deſideria*. Sym. Theod. αἱ ἐπιθυμίαι *concupiſcentiæ*. Lxx. ἀπὸ τῆς ἐπιθυμίας μου, Vulg. Lat. *à deſiderio meo*; legebant מֵאַוָּתִי, ab אַוָּה *deſiderium*, quod vide ſupra col. 39. cum מ præpoſitione, & (י) aff. 1. p. ſ. c. Rad. אָוָה in Piel, *deſideravit*, *concupivit*.

מְאוּזָּל Maſſ. *Meouzzál*, Vulg. *Moſél*, Ezech. 27. v. 19. nomen proprium loci vel civitatis in Meroe inſula Nili, ſecundum quoſdam interpretes. Aq. teſte S. Hieron. comm. in h. l. tom. 3. nov. edit. coll. 887. 888. *de Uzal*. Is מ ut præpoſitionem ſpectavit, & אוּזָל ut nomen propr. Sym. teſte eod. Hieron. ibid. tranſtulit *deferens*; appellative accepit, legitque מְאוֹזֵל, in Poel ſive conjugatione quadrata Verbi אָזַל *abiit*, *profectus eſt*; in Piel, *proficiſci*, *venire fecit*, *detulit*. Lxx. Vatic. ἐξ Ἀσὴλ, cujus urbis in prædicta Nili inſula mentionem facit Plin. lib. 6. cap. 30. Ald. Complut. Μοαζήλ; quod ex Theodotione additum eſt, ut obſervat idem Hieron. loco citato; nam ea pericope: *Dan*, *& Javan*, *& Moſel in nundinis tuis*, in Lxx. ejus ætate deſiderabantur. Vide ſupra col. 49.

מאום vide infra in מוּם.

מְאוּמָה cum ה parag. ut indicat accentus in penultima, Lxx. τι, Aq. ὁτιοῦν, Vulg. & alii, *quid*, *aliquid*, *quidquam*, *quantulumcunque*, &c. Præcedente negatione, Lxx. οὐδὲν *nihil*. Vulg. *nec quidquam aliud*. Sym. Eccle. 7. v. 15. μέμψις *reprehenſio*, Vulg. *querimonia*. Referebant ad מוּם, Cum præf. וּמְאוּמָה *& aliquid*, לִמְאוּמָה *aliquod*, *in aliquod*, *pro aliquo*. R. מָאַם inuſit.

מָאוֹר vel מָאֹר, c. Lxx. Aq. Sym. Theod. φωστήρ, Vulg. & alii, *luminare*. Lxx. item, φῶς *lux*, *lumen*, φαῦσις, φωτισμός *illuminatio*. Et Particip. φωτίζων *lucens*. Cum præf. הַמָּאוֹר *luminare*, לְמָאוֹר & לַמָּאוֹר, *ad luminare*. Conſt. מְאוֹר *luminare*, *lumen*. Cum præf. לִמְאוֹר *ad luminare*, *ad illuminationem*. Plur. f. מְאֹרֹת *luminaria*. Cum præf. הַמְּאֹרֹת idem, לִמְאֹרֹת *in luminaria*. R. אוֹר *lucere*, *illuceſcere*, *illuminari*.

מְאוּרָה f. unde conſt. מְאוּרַת, Iſai. 11. v. 8. Lxx. κοίτη *cubile*. Vulg. & alii, *ſpelunca*,

Digitized by Google

caverna, antrum. R. אוּר *lucere, illuminari*; unde *caverna* per antiphrasin, quod lux in eam minime aut difficile intret.

מֹאזְנַיִם dual. m. Heb. & Chald. Lxx. Aq. Sym. Theod. *ζυγὸς*, Sym. item, *ζύγια*, Vulg. & alii, *statera, trutina, bilanx, lances.* Sym. item, *ῥοπαὶ momenta.* Cum præf. בְּמֹאזְנַיִם, in pausa בְּמֹאזְנָיִם, & Chald. בְּמֹאזַנְיָא, *in statera.* Const. מֹאזְנֵי *lances.* Cum præfix. וּמֹאזְנֵי *& lances*, בְּמֹאזְנֵי *in lancibus.* R. אָזַן in Piel, *attendit*; unde אֹזֶן *auris*, & מֹאזְנַיִם *lances*, quæ aurium formam ex parte referunt.

מַאֲכָל m. Lxx. *βρῶμα, κατάβρωμα*, Lxx. Sym. Theod. *βρῶσις*, Vulg. & alii, *cibus, esca.* Lxx. item, *παράθεσις appositio, cibus appositus.* Et adjective, *βρώσιμος esculentus, καρποβρώτος fructum comestibilem proferens.* Cum præf. וּמַאֲכָל *& cibus*, לְמַאֲכָל *in cibum, ad cibum.* Const. מַאֲכַל *cibus.* Cum præf. וּמַאֲכַל *& cibus.* Cum præf. & affix. וּמַאֲכָלוֹ *& cibus ejus*, m. מַאֲכָלָהּ *cibus ejus*, f. וּמַאֲכָלְךָ *& cibus tuus*, m. מַאֲכָלְכֶם *cibus vester*, m. R. אָכַל *comedit.*

מַאֲכֶלֶת f. Lxx. *μάχαιρα*, Vulg. & alii, *gladius, culter.* Hinc cum præf. הַמַּאֲכֶלֶת *gladius.* Plur. cum præf. וּמַאֲכָלוֹת, Prov. 30. v. 13. al. 14. Lxx. *καὶ τομίδας & forfices.* Alii, *& gladii, & cultri.* Aq. Sym. Theod. Participialiter, *καὶ καθιδίοντα & comedentes* (molares). R. אָכַל *comedit*, unde *gladius*, quod metaphorice comedat.

מַאֲכֹלֶת f. Isai. 9. vv. 5. 18. al. 19. Sym. *κατάβρωμα*, Vulg. & alii, *cibus, pabulum.* Lxx. adjective, *πυρίκαυστος igne combustus, κατακεκαυμένος combustus.* Cum præfix. כְּמַאֲכֹלֶת *quasi cibus.* R. אָכַל *comedit.*

מַאֲמַצִּים m. plur. à sing. inusit. מַאֲמָץ, cujus (ָ) mutatur in (ַ) sequente dagh. per legem æquivalentiæ. Hinc const. מַאֲמַצֵּי, Job. 36. v. 19. Lxx. *κραταιοῦντες roborantes.* Theod. *κρατοῦντες habentes, possidentes.* Vulg. & alii, *fortes, robusti* Et substant. *fortitudines*, &c. Rad. אָמֵץ *fortis, robustus fuit.*

מַאֲמָר m. Lxx. *λόγος sermo, τὸ προσταχθὲν imperatum.* Vulg. *imperium.* Alii, *edictum, pronuntiatum.* Hinc const. מַאֲמַר *edictum.*

Const. & cum præfix. וּמַאֲמַר *& edictum.* Rad. אָמַר *dixit, edixit, pronuntiavit.*

מֵאמַר m. Chald. Lxx. Theod. *ῥῆμα verbum.* Vulg. & alii, *sermo, ritus, decretum.* Hinc cum præf. וּמֵאמַר *& sermo*, Dan. 4. v. 14. ubi alia exemplaria, וּבְמֵאמַר *& in sermone.* Et Esd. 6. v. 9 כְּמֵאמַר *secundum sermonem, secundum edictum.* R. אֲמַר *dixit, edixit, pronuntiavit, statuit.*

מָאן m. Chald. Lxx. Theod. *σκεῦος*, Vulg. & alii, *vas.* Hinc plur. emphat. מָאנַיָּא *vasa.* Cum præf. וּמָאנַיָּא & וּלְמָאנַיָּא, *& vasa.* Construct. מָאנֵי, & cum præf. לְמָאנֵי, *vasa.* Rad. מאן inusit.

מאן QAL, unde PIEL מֵאֵן, Lxx. Aq. *ἀνανεύω*, Lxx. item, *ἀπαναίνομαι*, Vulg. & alii, *renuo, recuso.* Lxx. Sym. *ἀπειθέω non obedio.* Sym. item, *οὐ πείθομαι non persuadeor.* Lxx. item, *μὴ βούλομαι, οὐ βούλομαι, μὴ θέλω, οὐ θέλω, οὐκ ἐθέλω*, Vulg. & alii, *nolo, οὐ δύναμαι non possum, οὐκ εἰσακούω non audio, οὐχ ὑπακούω non obedio, οὐ προαιρέω non eligo*, &c.

Praet. 3. p. s. m. מֵאֵן, & 3. p. s. f. מֵאֲנָה, *renuit.* 2. p. s. m. מֵאַנְתָּ, & 2. p. s. f. מֵאַנְתְּ, *renuisti.* 3. p. pl. c. מֵאֲנוּ *renuerunt.* 2. p. pl. m. מֵאַנְתֶּם *renuistis.*

Infin. מָאֵן *renuendo.*

Fut. 3. p. s. m. יְמָאֵן *renuet.* Cum præf. וַיְמָאֵן, & 3. p. s. f. וַתְּמָאֵן, *& renuit.* 2. p. s. m. cum præf. וַתְּמָאֵן *& renuisti.* 3. p. pl. m. יְמָאֲנוּ *renuent.* Cum præf. וַיְמָאֲנוּ *& renuerunt.* 2. p. pl. m. תְּמָאֲנוּ *renuetis.* Cum præfix. & in pausa, quæ revocavit (ֵ) motionem primariæ vocis, וַתְּמָאֵנוּ *& renuistis.*

מָאֵן m. quod nonnullis est Benoni s. m. Qal Verbi præcedentis מֵאֵן, in altera forma, *renuens.* Lxx. Verbal. *μὴ βούλομαι, μὴ θέλω*, Vulg. *nolo.*

מָאֵן vide supra col. 118. in אֵן.

מֵאֵן m. unde pl. cum præf. הַמֵּאֲנִים, Jerem. 13. v. 10. servato (ֵ) ad penult. ad compensandum daghésch ejectum; est enim formæ חֵרֵשׁ, vide Gram. Heb. t. 1. p. 390. c. 2. Lxx. *μὴ βουλόμενοι nolentes.* Vulg. *qui nolunt.* Alii, *renuentes.* Rad. מֵאֵן in Piel, *renuit.*

Digitized by Google

מאס QAL. Lxx. Aq. Sym. Theod. ἀποδοκιμάζω *reprobo.* Lxx. item, ἐξουδενόω, Lxx. item, ἐξουθενέω, *nihili facio.* Lxx. Theod. & alius, ἀπωθέω, Aq. ἀπορρίπτω, *abjicio.* Lxx. item, ἀπαναίνομαι *renuo, recuso*, ἀπειθέω *non obedio*, ἀπειπεῖν *abdico, nego*, ἀποποιέομαι *amoveo, rejicio*, ἀφαιρέω *aufero*, ἀφίστημι *recedo*, μὴ βούλομαι, μὴ θέλω, *nolo*, ἐγκαταλείπω *derelinquo*, ἐξωθέω *expello*, θυμόομαι *irascor*, προσοχθίζω *infensus sum*, μισέω *odio habeo*, ὀλιγωρέω *parvi pendo*, ὑπερείδω (Sym. ὑπερορίω) *sperno, despicio*, φαυλίζω *contemno*, προαιρέω *præeligo.* Sym. item, καταγινώσκω *reprehendo, condemno.* Construitur cum accusativo & præpos. ב.

PRAET. 3. p. s. m. מָאַס *sprevit.* Cum aff. מְאָסָם *sprevit eos.* 2. p. s. m. מָאַסְתָּ, & cum ה expresso quod latebat in fine, מָאַסְתָּה *sprevisti.* Cum aff. מְאַסְתָּנוּ *sprevisti nos*, c. 1. p. s. c. מָאַסְתִּי *sprevi.* Cum præf. וּמָאַסְתִּי *& spernam.* Cum aff. מְאַסְתִּיו & מְאַסְתִּהוּ, *sprevi eum*, מְאַסְתִּיךָ *sprevi te*, m. מְאַסְתִּים *sprevi eos.* 3. p. pl. c. מָאֲסוּ & in pausa, quæ (-) primariæ vocis revocatum mutavit in (·), מָאָסוּ *spreverunt.* 2. p. pl. m. מְאַסְתֶּם *sprevistis.*

BEN. s. m. מוֹאֵס, & f. ex forma ה præcedente duplici (·), מֹאֶסֶת, *spernens.*

INFIN. מָאוֹס *spernere, spernendo.* Cum præf. וּמָאוֹס *& spernere, & contemtus*, הֲמָאוֹס *an spernendo?* Cum aff. מָאֳסָם *móosam spernere eos*, מָאָסְכֶם *móoschém spernere vos*, m.

FUT. 3. p. s. m. יִמְאַס & in pausa יִמְאָס, *spernet.* Cum præf. וַיִּמְאַס *& sprevit.* Cum præf. & aff. וַיִּמְאָסְךָ *& sprevit te*, m. יִמְאָסֵם *spernet eos*, וַיִּמְאָסֵם *& sprevit eos.* 2. p. s. m. תִּמְאַס & in pausa תִּמְאָס, *sperues.* Cum præf. & in pausa וַתִּמְאָס *& sprevisti.* 1. p. s. c. אֶמְאַס *spernam.* Cum præf. aff. & א redundante, וָאֶמְאָסְאֵךְ *& repuli, & repellam te*, m. 3. p. pl. m. cum ו parag. & in pausa, יִמְאָסוּן *spernent, abjicient.* Cum præf. וַיִּמְאֲסוּ *& spreverunt.* 2. p. pl. m. in pausa, תִּמְאָסוּ *sperneris.*

NIPHAL נִמְאַס, unde BEN. s. m. נִמְאָס, Lxx. Psal. 14. Heb. 15. v. 4. πονηρευόμενος, Vulg. Lat. *malignus.* S. Hieron. *improbus.* Alii, *spretus, contemtus.* Et Jerem. 6. v. 30. Lxx. ἀποδεδοκιμασμένον (ἀργύριον), Vulg. & alii, *reprobum* (argentum).

FUT. 3. p. s. m. cum præf. וַיִּמָּאֵס, Job. 7. v. 5. *& spreta, & vilis facta est*, Vulg. *& contracta est* (caro mea). Lxx. hîc alienum in sensum interpretantur. 3. p. s. f. תִּמָּאֵס, Isai. 54. v. 6. (quæ) *spreta est.* Lxx. Participial. μεμισημένη *exosa, odio habita.* Vulg. *abjecta.*

מַאֲפֶה m. unde const. מַאֲפֵה, Levit. 2. v. 4. Lxx. πεπεμμένην (θυσίαν), Vulg. & alii, *coctum* (sacrificium). R. אָפָה *coxit.*

מַאֲפֵל m. Jos. 24. v. 7. Lxx. νεφέλη καὶ γνόφος *nubes & tenebræ.* Vulg. & alii, *tenebræ; caligo.* R. אָפַל *inusit.*

מַאְפֵּלְיָה vel, secundum alia exemplaria, מַאְפֵּלְיָה, f. Jerem. 2. v. 31. Lxx. κεχερσωμένη *deserta, desolata, inculta*, Vulg. *serotina* (terra). Alii, *caligo Dei*, h. e. maxima, ex מַאֲפֵל *caligo*, & יָהּ uno ex Dei nominibus, quo superlativus gradus interdum constituitur. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 472. c. 2.

מאר QAL, unde HIPHIL הַמְאִיר, ex quo BEN. s. m. מַמְאִיר, Ezech. 28. v. 24. Lxx. πικρία, Vulg. *amaritudo;* referebant ad מָרַר *amarum esse.* Alii, *dolorifica, dolorem afferens, pungens* (spina). Fem. ex forma ה præcedente duplici (·), מַמְאֶרֶת, Levit. 13. vv. 51. 52. c. 14. v. 44. Lxx. ἔμμονος, Vulg. *perseverans.* Samarit. φιλόνεικος *contentiosa.* Alii, *dolorifica, pungens* (lepra).

מְאֹר vide מָאוֹר, supra col. 1014.

מַאֲרָב m. Lxx. ἡ ἐνέδρα & τὸ ἔνεδρον, Vulg. & alii, *insidiæ, insidiarum locus.* Hinc cum præfix. הַמַּאֲרָב *insidiæ*, וְהַמַּאֲרָב *& insidiæ.* Const. & cum præf. בְּמַאֲרַב *in insidiis.* R. אָרַב *insidiatus est;* unde etiam אֹרֶב & אֶרֶב *insidiator, insidiæ.*

מְאֵרָה f. Lxx. ἀπορία *inopia*, ἔνδεια, Vulg. *egestas*, κατάρα *maledictio.* Aq. Deut. 28. v. 20. ἀνδεῖς *raritas.* Vulg. item, *fames, penuria.* Alii, *defectus, diminutio.* Cum præfix. הַמְּאֵרָה *maledictio, fames, egestas*, בַּמְּאֵרָה *in*, vel *cum maledictione.* Const. מְאֵרַת *maledictio*, Prov. 3. v. 33. servato (··) penult. ob (·) præced. Vide Gram. Heb.

tom. 1. p. 92. c. 1. Sic in plur. מְאֵרוֹת *maledictiones*, *egestates*, &c. R. אָרַר *maledixit*, unde etiam *egestas*, *penuria*, *fames*, quæ ex Dei maledictione consequuntur. Quidam referunt ad מָאַר in Hiph. *dolore affecit*, *pupugit*, &c. unde fames, quod pungat & dolorem afferat.

מְבָא vide infra in מָבוֹא.

מִבְדָּלוֹת f. plur. à sing. inusit. מִבְדָּלָה, unde cum præfix. הַמִּבְדָּלוֹת, Jos. 16. v. 9. quam vocem nonnulli *separationes* interpretantur, vide in Paoul Hophal Verbi בָּדַל, supra col. 188. fin.

מָבוֹא & מְבָא, m. Lxx. εἴσοδος, Vulg. & alii, *ingressus*, *introitus*, *aditus*, ὁδὸς *via*, in genere. Et de sole usurpatum, δυσμαί, δυσμή, *occasus*. Vulg. item, *ostium*, *vestibulum*, &c. Cum præfix. הַמָּבוֹא *ingressus*, *introitus*, בַּמָּבוֹא *in ingressu*. Const. מְבוֹא & מְבָא *ingressus*, *occasus*. Cum præf. כִּמְבוֹא *secundum ingressum*, *secundum introitum*, לִמְבוֹא *ad introitum*. Cum aff. מְבוֹאוֹ & מְבֹאוֹ, *occasus ejus*, m. Plur. const. cum præf. כִּמְבוֹאֵי *secundum ingressus*. Plur. ex termin. f. מְבוֹאוֹת *aditus*, *ingressus*. R. בּוֹא *venire*, *ingredi*; & de sole dictum, *occidere*; quod sol, cum occidit, in alterum hemisphærium veniat.

מְבוּכָה f. Lxx. Mich. 7. v. 4. κλαυθμός *fletus*; referebant ad בָּכָה *flevit*. Vulg. ibid. *vastitas*. Lxx. item, πλάνησις *error*, Isai. 22. v. 5. ubi Vulg. *fletus*; referebat ad idem בָּכָה. Alii utrobique, *perplexitas*, *implicatio*, *intricatio*, *confusio*. Hinc cum præf. וּמְבוּכָה *& perplexitas*, &c. Cum aff. מְבוּכָתָם *perplexitas eorum*. R. בּוּךְ in Niphal, *perplexum*, *implexum*, *intricatum esse*, &c.

מַבּוּל m. Lxx. Aq. Sym. κατακλυσμός, Vulg. & alii, *diluvium*, *inundatio*. Cum præf. הַמַּבּוּל *diluvium*, וְהַמַּבּוּל *& diluvium*, לַמַּבּוּל & לְמַבּוּל, *diluvio*. R. נָבַל *decidit*, unde *diluvium*, quod fuit, saltem ex parte, nimia aquarum è nubibus decidentium copia; vel potius quòd omnia fecerit concidere; מַבּוּל enim dicitur pro מַפִּיל *concidere faciens*.

מְבוּסָה f. Lxx. Isai. 22. v. 5. καταπάτημα, Vulg. & alii, *conculcatio*. Lxx. item adjective, seu Participial. ibid. c. 18. vv. 2. 7. καταπεπατημένον, Aq. συμπεπατημένον (ἔθνος), Vulg. *conculcata* (gens). Hinc cum præf. וּמְבוּסָה *& conculcatio*. R. בּוּס *calcare*, *conculcare*, *proculcare*.

מַבּוּעַ m. Lxx. πηγή, Vulg. & alii, *fons*, *scaturigo*. Hinc cum præf. הַמַּבּוּעַ *fons*, *scaturigo*. Plur. const. מַבּוּעֵי *fontes*, *scaturigines*. Cum præf. לְמַבּוּעֵי *in fontes*, *in scaturigines*. R. נָבַע *scaturivit*, *ebullivit*.

מְבוּקָה f. unde cum præf. וּמְבוּקָה, Nah. 2. v. 10. al. 11. Lxx. καὶ ἀνατιναγμός *& concussio*. Alii, *& vacuum*, *& inane*, *& vacuitas*, *& evacuatio* (erit Ninive). Vulg. *& scissa est* (Ninive). R. בָּקַק *evacuavit*, *vastavit*, *prædatus est*; sed forma est à בּוּק inusit.

מְבוּשׁ m. unde plur. cum præf. aff. & (ׇ) pro (וּ), בִּמְבֻשָׁיו, Deut. 25. v. 11. Lxx. διδύμων αὐτοῦ *testiculi ejus*, m. Vulg. & alii, *verenda*, *pudenda ejus*, m. R. בּוֹשׁ *erubescere*, *pudefieri*.

מִבְחוֹר m. *delectus*, *electio*. Verum adjective sumitur; unde Lxx. ἐκλεκτός, Vulg. & alii, *electus*, *selectus*, sive neutraliter, *electum*, *selectum*, *præstantissimum*, &c. R. בָּחַר *elegit*, *delegit*, *selegit*.

מִבְחָר m. Lxx. κάλλος *pulchritudo*. Aq. ἐκλογή *delectus*, *electio*. Et adjective, quomodo nomen istud, uti & præcedens, sæpius usurpatur, Lxx. ἐκλεκτός, ἐπίλεκτος, Vulg. & alii, *electus*, *selectus*. Et neutraliter, *selectum*, *delectum*, *præcipuum*, *præstantissimum*. Hinc const. מִבְחַר *delectus*, *selectum*. Cum præfix. וּמִבְחַר *& delectus*, בְּמִבְחַר *in delectu*, *in selectis* (sepulchris). Plur. cum aff. מִבְחָרָיו *delectus ejus*, m. R. בָּחַר *elegit*, *delegit*, *selegit*.

מִבְחָר Masl. *Mivbhár*, Vulg. *Mibahar*, nom. proprium filii Agarai, 1. Paral. 11. v. 38. Etym. *electio*, *electus*, à מִבְחָר idem.

מַבָּט, & cum (ׇ) sub מ pro (ַ),

מֶבָּט m. Lxx. Zach. 9. v. 5. παράπτωμα *scelus*, *crimen*. Alibi, nempe Isai. 20. vv. 5. 6. Verbal. πεποιθότες ἦμεν *fidens*, *confidens sum*, *confido*. Vulg. & alii, *spes*, *fiducia*, *exspectatio*. Hinc cum affix. מַבָּטָהּ *spes ejus*, f. מַבָּטָם *spes*, *exspectatio eorum*, מַבָּטֵנוּ *exspec-*

Digitized by Google

tatio nostra, c. R. נָבַט in Piel & Hiphil, *respexit, intuitus est* aliquem cum fiducia ut ab eo adjuvetur.

מִבְטָא m. const. Num. 30. vv. 7. 9. Lxx. διαστολὴ *distinctio*, ὁρισμὸς *determinatio*. Vulg. *verbum*. Alii, *pronuntiatum, enuntiatum, prolatio*. In constructione remanet (ָ) ob sequens א. Vide Gram. Heb. t. 1. p. 90. c. 1. num. III. R. בָּטָא *pronuntiavit*.

מִבְטַח ; & cum (ַ) in ult. pro (ָ),

מִבְטָח m. Lxx. ἐλπίς, Vulg. & alii, *spes*. Aq. Sym. πεποίθησις, Vulg. & alii, *fiducia, confidentia*. Sym. item, ἀσφάλεια *securitas*. Lxx. item, ἴασις *sanatio*, σκηνὴ *tentorium*. Et Verbaliter, πείθομαι *confido*. Const. מִבְטַח *fiducia*. Cum præf. לְמִבְטָח *ad confidentiam, in confidentia*. Cum aff. מִבְטַחוֹ *fiducia ejus*, m. ex forma (ַ), quod mutatum non fuit in (ָ) quanvis excidat daghesch quod post nomina hujus formæ vulgo sequitur. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 101. §. X. מִבְטֶחָה *fiducia ejus*, f. Prov. 21. v. 22. ex forma (ָ), quod mutatur in (ֶ) ob aliud (ָ) sequens sub ח, vide eandem Gram. ibid. p. 90. col. 1. & p. 128. c. 2. num. IV. Præterea deest Mappiq in ה, de quo defectu vide eand. Gram. ibid. p. 128. c. 2. מִבְטַחֶךָ, ex forma (ַ) & in pausa, *fiducia tua*, m. מִבְטַחִי, ex eadem forma (ַ), *fiducia mea*, c. מִבְטֶחָם *fiducia eorum*, ex forma (ָ) mutati in (ֶ), ut supra. Plur. מִבְטַחִים *fiduciæ, securitates*. Cum præf. & aff. בְּמִבְטַחַיִךְ *in confidentiis tuis, confidentias tuas*, f. R. בָּטַח *speravit, confisus est*.

מַבְלִיגִית f. unde cum aff. מַבְלִיגִיתִי, Jerem. 8. v. 18. Lxx. ἀνίατα *insanabilia*; legebant מַבְלִיגוֹת in plur. sine affixo; vel illud neglexerunt. Vulg. *dolor meus*. Alii, è contrario, *refocillatio, recreatio, refrigerium meum*, c. R. בָּלַג in Hiph. *recreavit, refocillavit, confortavit, roboravit se*.

מִבְנֶה m. unde const. & cum præf. כְּמִבְנֵה, Ezech. 40. v. 2. Lxx. ὡσεὶ οἰκοδομὴ, Vulg. & alii, *quasi structura, quasi ædificium*. R. בָּנָה *ædificavit, exstruxit*.

מְבֻנַּי Mass. *Mevunnái*, Vulg. *Mobonnái*, nomen propr. viri unius è fortissimis David, 2. Reg. 23. v. 27. Etym. *ædificium, structura*. Vide vocem præced. Vel *intellectus*; à בִּין *intelligere*.

מִבְצָר m. Lxx. Aq. Sym. ὀχύρωμα, Lxx. item, ὀχυρὰ, Sym. item, φράγμα, *præsidium, munitio*. Lxx. item, ὕψος *altitudo*. Et adjective vel participial. ὀχυρὸς (sic etiam Theod.) Vulg. & alii, *munitus*, δεδοκιμασμένος *probatus*, ἐστερεωμένος *firmatus*, τειχήρης *muratus*, τετειχισμένος *muro cinctus*, περιτετειχισμένος *circumvallatus*. Et contrario sensu, Num. 13. v. 20. ἀτείχιστος *muro carens*. Vulg. ibid. *absque muris*. Cum præf. הַמִּבְצָר *munitio*. Const. מִבְצַר *munitio*. Cum præf. וּמִבְצַר *& munitio*. Plur. מִבְצָרִים, & ex termin. f. aut à sing. inusit. מִבְצָרָה, מִבְצָרוֹת, Dan. 11. v. 15. *munitiones*. Cum præf. בְּמִבְצָרִים *in munitionibus*. Const. מִבְצְרֵי *munitiones*. Cum præf. לְמִבְצְרֵי *munitionibus*. Cum præf. & affix. מִבְצָרָיו *munitiones ejus*, m. בְּמִבְצָרֶיהָ *in munitionibus ejus*, f. מִבְצָרַיִךְ *munitiones tuæ*, m. מִבְצָרֶיךָ & in pausa מִבְצָרָיִךְ, *munitiones tuæ*, f. מִבְצְרֵיהֶם *munitiones eorum*. R. בָּצַר in Piel, *munivit, roboravit, firmavit*.

מִבְצָר Mass. *Mivsár*, Vulg. *Mabsár*, nomen propr. ducis Idumæi, secundum nonnullos; loci vel urbis in Gabalena, secundum alios, Gen. 36. v. 42. Etym. *munitus, muratus*. Vide vocem præced. Vel *vindemians*; à בָּצַר *vindemiavit*.

מִבְצָרָה f. unde plur. מִבְצָרוֹת, vide supra in subst. מִבְצָר.

מִבְרָחִים m. plur. unde cum aff. & sine (י) indice plur. numeri, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 128. c. 1. מִבְרָחָו, Ezech. 17. v. 21. pro מִבְרָחָיו, Complut. φυγάδες αὐτοῦ, Vulg. & alii, *profugi ejus*, m. Ald. substant. φυγαδεῖαι αὐτοῦ *fugæ, exsilia ejus*, m. h. e. *fugitivi, exsules ejus*, m. Vacat apud Lxx. Vatic. R. בָּרַח *fugit, aufugit, profugit*.

מְבוּשִׁים m. pl. vide in מְבוּשׁ, supra col. 1020.

מְבַשְּׁלוֹת f. plur. à sing. inusit. מְבַשְּׁלָה; unde cum præf. וּמְבַשְּׁלוֹת, Ezech. 46. v. 23. Lxx. καὶ μαγειρεῖα, Vulg. & alii, *& culinæ, & coquinæ*. R. בָּשַׁל in Piel, *coxit*.

מִבְשָׂם Mass. *Mivsám*, Vulg. *Mabsám*, nomen propr. filii Ismaëlis, Gen. 25. v. 13. Etym. *aromatizans*; à בֶּשֶׂם, vel בֹּשֶׂם, aut

Digitized by Google

בֹּשֶׂם, *aroma*. Vel *confundens eos*; à בּוֹשׁ in Hiph. *confundere*, & aff. 3. p. pl. m.

מַג unde רַב־מָג, Jerem. 39. v. 3. quod vide in רַב, suo loco.

מַגְבִּישׁ Mass. *Maghbísch*, Vulg. *Megbís*, nomen proprium viri cujus posteri è captivitate Babyl. duce Zorobabele in Judæam reversi sunt, Esd. 2. v. 30. Etym. *unio*, *margarita*, &c. à גָּבִישׁ idem.

מִגְבָּלֹת f. plur. Exod. 28. v. 14. à sing. inusit. מִגְבָּלָה, Lxx. κατα... (κροσσωτὰ) *commixtæ*, *permixtæ* (fimbriæ), h. e. ut vertere videtur Vulg. *sibi invicem cohærentes* (catenæ, seu catenulæ). Alii, *terminationes*, h. e. terminales (catenæ), seu quæ ad Rationale terminantur, & quibus annectitur idem Rationale. R. גָּבַל *terminavit*, *terminos*, *limites posuit*.

מִגְבָּעוֹת & מִגְבָּעֹת, f. pl. à sing. inusit. מִגְבָּעָה, Lxx. κιδάρεις, Vulg. & alii, *mitræ*, *tiaræ*. Cum præf. הַמִּגְבָּעֹת *tiaræ*, ומגבעות *& tiaræ*. Rad. גָּבַע inusit. unde גָּבִיעַ *scyphus*, גִּבְעָה *collis*, & מִגְבָּעָה *mitra*, *tiara*, *pileus* Sacerdotum, sic dictus, quod rotundus esset, & instar collis acuminatus.

מֶגֶד m. Lxx. ἀκρόδρυον *nux*, *bacca*, κορυφὴ *vertex*, ... *conversio*, &c. Aq. τραγήματα *bellaria*. Sym. ὀπώρας, Vulg. *poma*, *fructus autumnales*. Vulg. item, *fruges*. Alii, *res pretiosæ & laudatæ*; & generatim quidquid in re qualibet & in quovis genere est præstantissimum. Hinc cum præf. מִמֶּגֶד *de rebus pretiosis*, וּמִמֶּגֶד *& de rebus pretiosis*. Plur. מְגָדִים *res pretiosæ*. Cum aff. מְגָדָיו *res pretiosæ ejus*, m. R. מָגַד inusit.

מְגִדּוֹ Mass. *Meghiddó*, Vulg. *Mageddó*, nomen propr. civitatis in Tribu Manasse cis Jordanem, quam instauravit Salomon, Jos. 12. v. 21. c. 17. v. 11. 3. Reg. 9. v. 15. &c. Etym. *pomum*, *fructus*, *pretiosus*; à מֶגֶד idem. Vel *annuntiatio*; à נָגַד in Hiph. *annuntiavit*, *annuntiavit*.

מִגְדּוֹל m. 2. Reg. 22. v. 51. Lxx. μεγαλύνων, Vulg. *magnificans*; legebant מַגְדִּיל aut מִגְדָּל, secundum קְרִי, & ut legitur in Psal. parallelo 17. Heb. 18. v. 51. Alii, *turris*. Rad. גָּדַל *magnus*, *excelsus fuit*; unde *turris* ob ejus celsitudinem.

מִגְדּוֹל & מִגְדֹּל, & cum præf. בְּמִגְדּוֹל & בְמִגְדֹּל, Mass. *Mighdól*, Vulg. *Magdalus*, nomen propr. 1°. urbis in Ægypto, Jerem. 44. v. 1. c. 46. v. 14. 2°. loci mare rubrum inter & Nilum, Exod. 14. v. 2. Num. 33. v. 7. Etym. *turris*; à מִגְדּוֹל idem.

מְגִדּוֹן Mass. *Meghiddón*, Vulg. *Mageddón*, Zach. 12. v. 11. urbs eadem ac מְגִדּוֹ, quam vide supra cum ejus etymologia.

מַגְדִּיאֵל Mass. *Maghdiél*, Vulg. *Magdiél*, nomen proprium ducis aut urbis Idumæorum, Gen. 36. v. 43. 1. Paral. 1. v. 54. Etym. *annuntians Deus*; ex נָגַד in Hiph. *annuntiavit*, & אֵל *Deus*. Vel *pomum*, aut *fructus Dei præstantissimus*; ex מֶגֶד *pomum*, &c. & אֵל *Deus*.

מִגְדָּל m. Lxx. Aq. Sym. πύργος, Vulg. & alii, *turris*. Lxx. item, βῆμα *gressus*, *suggestus*. Cum præf. הַמִּגְדָּל *turris*, וּמִגְדָּל & וְהַמִּגְדָּל, *& turris*. Const. מִגְדַּל *turris*. Cum præf. לְמִגְדַּל וּמִגְדַּל *& turris*, כְּמִגְדַּל *sicut turris*, *ad turrim*, מִמִּגְדַּל *à turri*. Pl. מִגְדָּלִים *turres*. Cum præf. הַמִּגְדָּלִים *turres*, וּמִגְדָּלִים *& turres*. Cum aff. מִגְדָּלֶיהָ *turres ejus*, f. Ex termin. fem. aut à sing. inusit. מִגְדָּלָה, & cum præf. הַמִּגְדָּלוֹת *turres*, וּבְמִגְדָּלוֹת *& in turribus*, כְּמִגְדָּלוֹת *sicut turres*. Const. מִגְדְּלוֹת *turres*, Cant. 5. v. 13. ubi Lxx. φύουσαι *gignentes*, *producentes* (phialæ). Vulg. *consitæ*. Cum præf. בְּמִגְדְּלוֹתַיִךְ וּמִגְדְּלֹתַיִךְ *& turres tuæ*, f. *in turribus tuis*, f. R. גָּדַל *magnus*, *excelsus fuit*; unde *turris* ob ejus celsitudinem.

מִגְדַּל־גָּד Mass. *Mighdal-Gádh*, Vulg. *Magdalgád*, nomen propr. civitatis in Tribu Juda, Jos. 15. v. 37. Etym. *turris felix* vel *accincta*; à מִגְדַּל *turris*, & גָּד *felicitas*, aut גָּדַד *accinctus est*. Vel *magnitudo felicitatis* aut *accinctæ*; ex גָּדַל *magnus fuit*, & גָּד *felicitas*, aut גָּדַד *accinctus est*.

מִגְדָּנוֹת f. plur. à sing. inusit. מִגְדָּנָה, Lxx. δόματα, Vulg. *dona*, ξένια, Vulg. *munera*, ὅπλα *arma*, 2. Paral. 21. v. 3. Alii, *res pretiosæ*, *bellaria*, *fructus optimi*, &c. Vide supra מֶגֶד quod nominis hujus synonymum esse videtur. Hinc cum præf. וּמִגְדָּנוֹת *& res pretiosæ*, וּבְמִגְדָּנוֹת *& rebus pretiosis*, וּלְמִגְדָּנוֹת *& in rebus pretiosis*. R. מָגַד inusit.

מָגוֹג

Digitized by Google

מָגוֹג Mass. *Maghógh*, Vulg. *Magóg*, nomen proprium 1°. filii Japheth, Gen. 10. v. 2. 2°. terræ aut regionis, cujus rex futurus est גּוֹג, quem vide supra col. 322. Etym. *tectum*, aut *liquefactus*, *dissolutus*; à גַּג *tectum*, aut מוּג *dissolvi*, *liquefieri*.

מָגוֹר m. Lxx. ἀπώλεια *perditio*, μετοικία *demigratio*. Et adjective, μέτοικος *demigrans*, παροικῶν *accola*, *juxta habitans*, περιεχόμενος *circumdatus*, συναθροιζόμενος *coacervatus*, *congregatus*. Vulg. & alii, *pavor*, *terror*, *formido*. Cum præf. לְמָגוֹר *in formidinem*, מִמָּגוֹר *præ formidine*. R. גּוּר *peregrinari*, *habitare*, *accolam esse*, *timere*, *congregari*.

מָגוּר m. Lxx. παροικία, παροίκησις, παροικεσίας, *vicinia*, *habitatio*, *incolatus*. Et adjective, παροικῶν *accola*, *incola*, *juxta habitans*. Aq. περιπολεύσεως, Vulg. & alii, *peregrinatio*, *commoratio*. Alii item, *pavor*, *formido*, *terror*. Vulg. Verbal. *terreo*. Hinc cum præf. & affix. בִּמְגוּרָם *in commoratione eorum*. Plur. const. מְגוּרֵי *peregrinationes*, *formidines*. Cum præf. & aff. בִּמְגוּרָיו *in habitationibus ejus*, m. מְגוּרֶיךָ *peregrinationes tuæ*, m. מְגוּרַי & in pausa מְגוּרָי, *peregrinationes*, *formidines meæ*, c. מְגוּרֵיהֶם *peregrinationes eorum*. R. גּוּר *peregrinari*, *timere*, *formidare*.

מְגוּרָה f. unde const. מְגוּרַת, Prov. 10. v. 24. Lxx. ἀπώλεια *perditio*. Alii, *formido*, *terror*. Vulg. *quod timet*. R. גּוּר *timere*.

מְגוּרָה f. Lxx. ἁμαρτία *peccatum*, θλίψις, Vulg. *tribulatio*, ἅλως *area*. Alii, *formido*, *pavor*. Vulg. Verbal. Isai. 66. v. 4. *timeo*. Et in alio sensu, *horreum*, *granarium*. Hinc cum præf. בַּמְּגוּרָה, Agg. 2. v. 19. al. 20. *in granario*. Vulg. *in germine*. Plur. cum aff. מְגוּרֹתַי *terrores mei*, c. *tribulationes meæ*, c. וּמְגוּרֹתָם *& terrores eorum*. R. גּוּר *timere*.

מְגֵרָה f. unde plur. cum præf. & in const. וּבַמְּגֵרוֹת, 2. Reg. 12. v. 31. Lxx. ἐν [ἐν] σιδηροτόμοις *&* [in] *securibus*. Alius, ἐν σκεπάρνοις *& dolabris*. Vulg. *& cultris*. Rad. גָּזַר *secuit*, *dissecuit*.

מַגָּל m. Lxx. δρέπανον, Vulg. & alii, *falx*. R. מָגַל inusit.

מְגִלָּה f. Lxx. Aq. κεφαλίς *capitulum*. Lxx. item, χάρτης, χαρτίον, *charta*, *chartula*, δρέπανον *falx*, Zach. 5. vv. 1. 2. Aq. item, εἴλημα, Vulg. & alii, *volumen*. Aq. item & Theod. διφθέρα *pellis* vitulina scilicet vel ovina in qua olim scribebatur. Sym. τόμος *tomus*, τεῦχος *liber*. Cum præf. הַמְּגִלָּה *volumen*, בַּמְּגִלָּה *in volumine*. Const. מְגִלַּת *volumen*. Cum præf. בִּמְגִלַּת *in volumine*. R. גָּלַל *volvit*, *convolvit*.

מְגַמָּה f. unde const. מְגַמַּת, Habac. 1. v. 9. Lxx. Participialiter & in plurali, ἀνθεστηκότας *resistentes*, *oppositi*. Sym. ἡ πρόσοψις *aspectus*. Vacat apud Vulg. Alii, *haustus*; à גָּמָא in Piel, *hausit*, *absorpsit*. Alii, *contra*, *ex adverso*. R. גָּמַם inusit.

מגן QAL, unde PIEL מִגֵּן, Lxx. παραδίδωμι, Sym. ἐκδίδωμι *trado* (sic etiam recentiores), ὑπερασπίζω, Vulg. *protego*. Aq. ὅπλῳ κυκλώσω *armis circumdo*. Theod. ἀσπίζω *armis spolio*, Ose. 11. v. 8. ubi mendum videtur pro ὁπλίζω *armo*, *armis instruo*.

Praet. 3. p. s. m. מִגֵּן *tradidit*.

Fut. 3. p. s. f. in pausa, & cum dagh. in aff. ad compensandum נ epentheticum abjectum, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 363. c. 2. תְּמַגְּנֶךָּ contracte pro תְּמַגֵּן לְךָ, *dabit tibi*, m. Alii, *proteget te*, m. 1. p. s. c. אֲמַגֶּנְךָ *tradam te*, m.

מֵחִים, & cum (ֵ) antiqua vocali *e*, מֵיחִים, m. pl. à ſing. inuſit. מֵחַ, Lxx. Iſai. 5. v. 17. ἀπειλημμένοι *capti.* Sym. ἐξηρημένοι *iniqui.* Vulg. *in ubertatem verſa* (deſerta). Et Pſal. 65. Heb. 66. v. 15. Lxx. μεμυελωμένα, Vulg. Lat. & S. Hieron. *medullata* (holocauſta), h. e. pinguia. Sic etiam recentiores hic & Iſai. 5. v. 17. Rad. מָחַח inuſit. unde מֹחַ aut מֹחַ, *medulla.*

מְחִיר m. Lxx. τιμή, Vulg. & alii, *pretium.* Lxx. Aq. Sym. ἄλλαγμα, Aq. Sym. item, ἀντάλλαγμα *mutatio*, *commutatio.* Lxx. item, δῶρον *donum*, λύτρον *redemtionis pretium*, μισθὸς *merces*, χρῆμα *pecunia.* Et Verbal. Prov. 27. v. 26. τιμῶ *honoro*, *æſtimo.* Cum præfix. וּמְחִיר *& pretium*, בִּמְחִיר *pro pretio.* Cum aff. מְחִירָהּ *pretium ejus*, f. Plur. cum præf. & aff. בִּמְחִירֵיהֶם *in pretiis*, *in commutationibus eorum.* R. מָחַר inuſit.

מְחִיר Maſſ. *Mebhír*, Vulg. *Mahir*, nomen proprium patris Eſthon filii Caleb fratris Sua, 1. Paral. 4. v. 11. Etym. *præmium.* Vide vocem præced.

מָחֲלַת, unde conſt. מָחֲלַת in titulo Pſal. 52. Heb. 53. & Pſal. 87. Heb. 88. Lxx. ſervata voce Hebraïca, ſed ab amanuenſibus nonnihil corrupta, Μαελέθ, Vulg. Lat. *Maeleth.* Aq. Theod. Vª. edit. χορεία *chorea.* Sym. χορός, S. Hieron. *chorus.* Aliis eſt nomen inſtrumenti muſici pneumatici, puta *fiſtulæ*, *tibiæ*, &c. R. חָלַל *perforatus eſt*; unde מְחִלָּה *fiſtula*, quod ſit perforata. Aliis eſt initium cantilenæ, ad cujus modos hic Pſalmus cantabatur, ut Gallice dicimus: *Sur l'air*, &c.

מַחְלָה Maſſ. *Mabhlá*, Vulg. *Maalá*, nomen proprium filiæ Salphaad filii Hepher filii Galaad, Num. 26. v. 33. Joſ. 17. v. 3. Etym. *chorus*; à מָחוֹל aut מְחֹלָה, idem. Vel *infirmitas*; ab חָלָה *ægrotavit*, *infirmus fuit.*

מַחֲלָה f. Lxx. νόσος *morbus*, Vulg. *infirmitas*, μαλακία *mollities*, *languor*, πόνος *labor.* Alii

item, *ægritudo.* Cum præf. הַמַּחֲלָה *morbus.* R. חָלָה *ægrotavit.*

מַחֲלֶה, m. Lxx. *νόσος morbus.* Sic etiam recentiores. Vulg. *languor, infirmitas.* Hinc conſt. & cum præf. בְּמַחֲלֵה *morbo.* Cum aff. מַחֲלֵהוּ *morbus ejus*, m. R. חָלָה *ægrotavit.*

מְחֹלָה f. Lxx. *χορός*, Vulg. & alii, *chorus.* Lxx. item particip. *χορεύουσα ſaltans.* Alius, *παίζουσα ludens.* Hinc conſt. & cum præf. כִּמְחֹלַת, Cant. 7. v. 1. Incert. *ὡς χορός, quaſi chorus.* Lxx. *ὡς χοροὶ quaſi chori.* Vulg. *niſi chori*; legebant כִּמְחֹלֹת in plur. Sym. *ἐν τρώσεσι in vulneribus*; legebat בִּמְחִלַּת, de qua voce infra. Plur. cum præf. וּמְחֹלֹת & וּבִמְחֹלֹת, וְהַמְּחֹלוֹת, *& chori*, בִּמְחֹלוֹת *in choris*, & וּבִמְחֹלוֹת, *& cum choris, & cum fiſtulis.* R. חִיל *tripudiavit, ſaltavit.*

מַחְלוֹן Maſſ. *Mahhlón*, Vulg. *Mahalón*, nomen proprium filii Elimelech, Ruth. 1. v. 2. Etym. *chorus*; à מָחוֹל idem. Vel *infirmitas*; ab חָלָה *ægrotavit, infirmus fuit.*

מְחִלּוֹת f. pl. à ſing. inuſit. מְחִלָּה; unde cum præf. וּבִמְחִלּוֹת, Iſai. 2. v. 19. Lxx. *καὶ εἰς τὰς τρώγλας & in foramina.* Vulg. *& in voragines.* R. חָלַל *perforatus eſt.*

מַחְלִי Maſſ. *Mábhlí*, Vulg. *Moholí*, nomen propr. filii Merari, Exod. 6. v. 19. Etym. *chorus meus*, vel *infirmitas mea*, c. à מָחוֹל *chorus*, aut מַחֲלָה *infirmitas*, & aff. 1. p. ſ. c.

מַחֲלֻיִים m. plur. à ſing. inuſit. מַחֲלֻיָה, unde cum præf. בְּמַחֲלֻיִים, 2. Paral. 24. v. 25. Lxx. *ἐν μαλακίαις in infirmitatibus, in morbis.* Vulg. *in languoribus.* Rad. חָלָה *ægrotavit*; unde מַחֲלֻיִים, mutato ה in (י) *morbi.*

מַחְלְפוֹת plur. f. conſt. à ſing. inuſit. מַחְלָפָה, Lxx. Vatic. *σειραὶ catenæ.* Aq. Sym. Ald. Complut. & mſ. Oxon. *βόστρυχοι cincinni.* Vulg. *crines.* Sic etiam recentiores. Rad. חָלַף *mutavit*, unde *crines*, inquiunt, quod mutentur, h. e. in ſenectute albi fiant.

מַחֲלָפִים m. plur. à ſing. inuſit. מַחֲלָף, Lxx. *παρηλλαγμένα commutata.* Vulg. & alii, *cultri*, nempe mactatorii. R. חָלַף *mutavit*; unde, inquiunt, *culter* mactatorius, quod ejus miniſterio vita pecudum cum morte commutetur.

מַחֲלָצוֹת f. plur. à ſing. inuſit. מַחֲלָצָה, Lxx. Zach. 3. v. 4. al. 5. *ποδήρης veſtis talaris.* Vulg. & alii, *mutatoria, mutatoriæ veſtes.* Sic etiam Vulg. & alii, Iſai. 3. v. 22. ubi cum præf. הַמַּחֲלָצוֹת; ibi confuſi ſunt Lxx. Rad. חָלַץ *exuit, extraxit*; quod hæc quis induat, aliis exutis, ac detractis.

מַחֲלֹקֶת f. Lxx. *διαίρεσις, μερισμός, διαμερισμός, diviſio, diſtributio, μερίς pars, διάταξις diſpoſitio, ἐφημερία functio per vices, κλῆρος ſors.* Et participial. *μεμερισμένοι diviſi.* Vulg. *turma, vices.* Cum præfix. הַמַּחֲלֹקֶת *diviſio, diſtributio.* Cum præf. & affix. מַחְלֻקְתּוֹ cum (ֻ) pro (ָ hhatoúph), vide Gram. Heb. tom. 1. p. 95. col. 2. num. IV. *diſtributio ejus*, m. וּמַחְלֻקְתּוֹ *& diſtributio ejus*, m. Plur. conſt. מַחְלְקוֹת & cum præf. הַמַּחְלְקוֹת, à ſing. inuſit. מַחְלָקָה aut מַחְלֶקֶת, *diſtributiones, diviſiones, vices.* Cum aliis præfix. בְּמַחְלְקוֹת *per diviſiones*, לְמַחְלְקוֹת *ad diviſiones*, וּלְמַחְלְקוֹת *& ad diviſiones.* Cum præf. & affix. מַחְלְקֹתָם *diviſiones eorum*, בְּמַחְלְקוֹתֵיהֶם & בְּמַחְלְקֹתָם, *in diviſionibus eorum*, כְּמַחְלְקֹתָם *ſecundum diviſiones eorum*, כְּמַחְלְקוֹתֵיכֶם *ſecundum diſtributiones veſtras*, m. R. חָלַק *diviſit, diſtribuit.*

מַחֲלַת vide ſupra col. 1074. med. in מַחֲלָה.

מָחֲלַת Maſſ. *Máhhaláth*, Vulg. *Maheleth*, nom. propr. 1°. filiæ Iſmaëlis, uxoris Eſaü, Gen. 28. v. 9. 2°. filiæ Jerimoth uxoris Roboam, 2. Paral. 11. v. 18. Etym. *chorus*; à מָחוֹל idem. Vel *infirmitas, morbus, ægritudo*; ab חָלָה *ægrotavit, infirmatus eſt.*

מְחֹלָתִי Maſſ. *Mahhólathí*, Vulg. *Molathites*, nomen proprium loci unde oriundus erat Hadriel, quemque nonnulli in Tribu Simeon collocant, 1. Reg. 18. v. 19. 2. Reg. 21. v. 8. ubi cum præfix. הַמְּחֹלָתִי. Etym. *chorus meus*, aut *infirmitas mea*, c. à מְחֹלָה *chorus*, aut מַחֲלָה *infirmitas*, & aff. 1. p. ſ. c.

מַחְמָאֹת f. pl. Pſal. 54. Heb. 55. v. 22. à ſing. inuſit. מַחְמָאָה, Sym. *βούτυρον*, S. Hieron. *butyrum*, ſive *præ butyro.* Legebant מֵחֶמְאָה, cum præpoſit. מ *præ*, & חֶמְאָה ab חֶמְאָה, *butyrum.* Lxx. *ἀπὸ ὀργῆς*, Vulg. Lat. *ab ira.* Legebant מֵחֵמָה aut מֵחֲמַת, cum præpoſit. מ *ab*, & חֵמָה *æſtus, ira, furor, excandeſcentia.* Alii, *butyrina, blanda, mollia.* R. חָמָא inuſit. unde חֶמְאָה *butyrum.*

Digitized by Google

מַחְמָד m. Lxx. ἐπιθυμία, ἐπιθύμημα, Vulg. & alii, *desiderium, concupiscentia.* Lxx. item adject. ἔνδοξος *gloriosus*, ἐπίλεκτος *electus*, ὡραῖος *pulcher.* Vulg. item, *desiderabile, quod placet.* Hinc const. מַחְמַד *desiderium.* Plur. cum (-) & dagh. per legem æquivalentiæ loco (-), מַחֲמַדִּים pro מַחְמָדִים, *desideria, desiderabilia.* Sic const. מַחֲמַדֵּי *desiderabilia.* Cum præf. & aff. וּמַחֲמַדַּי *& desiderabilia mea*, c. Cum affix. מַחֲמַדֶּיהָ *desiderabilia ejus*, f. Cum (ו) redundanti, vel forte indicanti (-hhatouph) vel (ֻ) loco (-) legentibus absque vocalibus; vide Gram. Heb. t. 1. p. 24. c. 1. מַחֲמוּדֵיהֶם *desiderabilia sua*, m. מַחֲמַדֵּינוּ *desiderabilia nostra*, c. R. חָמַד *concupivit, desideravit.*

מַחֲמֻדִּים m. pl. à sing. inusit. מַחְמֹד, unde cum affix. & (ֻ) ac daghésch per legem æquivalentiæ, pro (ו), מַחֲמֻדֶּיהָ, Thren. 1. vv. 7. 10. Lxx. τὰ ἐπιθυμήματα αὐτῆς, *desideria ejus*, Vulg. & alii, *desiderabilia ejus*, f. R. חָמַד *concupivit, desideravit.*

מַחְמָל m. unde const. & cum præf. וּמַחְמַל, Ezech. 24. v. 21. *& venia, & indulgentia.* Lxx. Verbal. φείδονται *parcunt, ignoscunt, indulgent* (animæ vestræ). Vulg. *pavet* (anima vestra). Rad. חָמַל *pepercit, condonavit, clementia usus est*, &c.

מַחְמֶצֶת f. Exod. 12. vv. 19. 20. Lxx. ζυμωτόν, Vulg. & alii, *fermentum, fermentatum.* R. חָמֵץ *fermentatus est.*

מַחֲנֶה c. Lxx. Aq. Sym. Theod. παρεμβολή, Vulg. & alii, *castra.* Lxx. item, ἀγρός *ager*, αὐλή *atrium*, δύναμις *potentia*, τάξις *ordo*, παράταξις *acies*, πόλεμος *bellum*, βασιλεύς *rex*, Jos. 11. v. 4. 4. Reg. 7. v. 14. λαός *populus*, Jos. 10. v. 5. Adjective, τειχήρης *muratus.* Et Verbal. παρεμβάλλω *castra metor.* Cum præfix. הַמַּחֲנֶה *castra*, וְהַמַּחֲנֶה *& castra*, בַּמַּחֲנֶה *in castris*, לַמַּחֲנֶה *castra.* Const. מַחֲנֵה *castra.* Cum præfix. וּמַחֲנֵה *& castra*, בְּמַחֲנֵה *in castris*, כְּמַחֲנֵה *sicut castra*, לְמַחֲנֵה *ad castra*, מִמַּחֲנֵה *de castris.* Cum affix. מַחֲנֵהוּ *castra ejus*, m. Dual. מַחֲנַיִם, unde cum præfix. & in pausa הַמַּחֲנָיִם *castra.* Cum ה interrog. & ב præf. הַבְמַחֲנִים *an in castris?* Plur. m. cum præf. & affix. מַחֲנֶיךָ *castra tua*, m. מַחֲנֵיהֶם *castra eorum*, וּמַחֲנֵיהֶם *& castra eorum*, מַחֲנֵיכֶם *castra vestra*, m. Plur. f. מַחֲנוֹת *castra.* Cum præf. הַמַּחֲנוֹת *castra*, בַּמַּחֲנוֹת *in castris*, לַמַּחֲנוֹת *ad castra*, מִמַּחֲנוֹת *de castris.* R. חָנָה *castrametatus est.*

מַחֲנַיִם & in pausa מַחֲנָיִם, Mass. *Mábhanáiim*, Vulg. *Mahanáim*, & *Manáim*, nom. proprium loci trans Jordanem in finibus Tribus Gad, quo in loco angeli obviam facti sunt Jacobo, Gen. 32. v. 2. Ibi postea ædificata est civitas Levitica & confugii, Jos. 13. v. 26. &c. Cum præf. מִמַּחֲנַיִם *de Mahanaim*, וּמִמַּחֲנַיִם *& de Mahanaim.* Etym. *duo castra, duæ acies, duæ turmæ*, quod ibi Jacobus duplicem turmam sive aciem viderit, angelorum nempe & suam; à מַחֲנֶה *castra*, dual. מַחֲנַיִם *duo castra*, &c.

מַחֲנָק m. unde const. מַחֲנַק, Job. 7. v. 15. Lxx. πνεῦμα *spiritus.* Aq. ἀγχόνη *strangulatio, præfocatio, suffocatio, laqueus*; sic etiam recentiores. Vulg. *suspendium.* R. חָנַק in Piel, *strangulavit.*

מַחְסֶה, & contracte cum (ֶ) pro (-)

מַחְסֶה, m. Lxx. Aq. Sym. Theod. καταφυγή, Vulg. & alii, *refugium, confugium, perfugium.* Sym. item, ἀφοβία *securitas*, πεποίθησις *fiducia.* Lxx. item, ἐλπίς *spes*, ἔρεισμα *firmamentum*, σκέπη *tegumentum.* Adjective, ἀντιλήπτωρ *susceptor*, βοηθός *adjutor, auxiliator*, πεποιθώς *confidens*, φειδόμενος *parcens.* Et Verbal. φείδομαι *parco.* Cum præf. וּלְמַחְסֶה *& in refugium.* Const. מַחְסֵה *spes, confugium.* Cum aff. מַחְסֵהוּ *spes ejus*, m. מַחְסִי *spes mea*, c. מַחְסֵנוּ *spes nostra*, c. Rad. חָסָה *speravit, confisus est, confugit.*

מַחְסוֹם m. Psal. 38. Heb. 39. v. 2. Lxx. φυλακή *custodia.* Sym. φιμός *frænum, capistrum, fiscella*; sic etiam recentiores. Vulg. *silentium.* R. חָסַם *obturavit, capistravit.*

מַחְסוֹר & מַחְסֹר, m. Lxx. ἔνδεια, Vulg. & alii, *indigentia, penuria, pauperies, egestas.* Lxx. Theod. ὑστέρημα *defectus, inopia, egestas.* Lxx. item adjective, ἐλάσσων *minor.* Et Verbal. ἐλαττονέομαι, ἐλαττόομαι, *minuor, imminuor, minor sum.* Cum præf. לְמַחְסוֹר *ad egestatem.* Cum præf. & affix. מַחְסֹרוֹ *defectus ejus*, m. מַחְסֹרְךָ *defectus tuus*, m. וּמַחְסֹרְךָ *& defectus tuus*, m. Pl.

Digitized by Google

cum præf. & aff. וּמַחְסֹרֶךָ & egestates tuæ, m. R. חָסֵר eguit, indiguit, defecit, &c.

מַחְסֵיָה Masf. *Mahhſeiáh*, Vulg. *Maaſias*, nomen proprium patris Neriæ patris Baruch & Saraiæ, Jerem. 32. v. 12. cap. 51. v. 59. Etym. *conſugium Domini*; ex מַחְסֶה *conſugium*, & יָהּ *Dominus*.

מְחֻסְפָּס m. Exod. 16. v. 14. Lxx. ὡσεὶ κόριον *quaſi coriandrum*. Vulg. *quaſi pilo* (tuſum). Legiſſe videntur כַּמְחֹסְפָּס. Alii, *teres, rotundum, decorticatum, denudatum*; ab חָשַׂף *nudavit, denudavit*, mutato ש in ס in hac voce. Alii fingunt Radicem חָסַף, cujus ſecunda litera geminatur.

מַחְסֹר vide ſupra מַחְסוֹר, col. præced.

מחץ QAL. Lxx. Sym. Theod. θλάω, Lxx. item, θραύω, Sym. item, συγκλάω, Vulg. & alii, *frango, confringo*. Lxx. item, πατάσσω, iidem & Sym. παίω *percutio*. Lxx. item, διελαύνω *transfigo*, ἐκθλίβω *elido, contero*, θάνατον βάλλω *mortem immitto*, κατατοξεύω *ſagittâ configo*, στορνύω *ſterno*. Et paſſive, βάπτομαι *tinguor, intinguor*, Pſal. 67. Heb. 68. v. 24. ubi Sym. κατάγνυμι vel συγκατάγνυμι *confringo*. S. Hieron. *calco*. Alii item, *cruento, cruore inficio, vulnero*.

PRAET. 3. p. ſ. m. מָחַץ *fregit, confregit*. Cum præf. וּמָחַץ & *franget*. 3. p. ſ. f. cum præf. וּמָחֲצָה & *fregit*. 2. p. ſ. m. מָחַצְתָּ *fregiſti*. 1. p. ſ. c. מָחַצְתִּי *fregi, percuſſi*.

IMPER. 2. p. ſ. m. מְחַץ *frange*.

FUT. 3. p. ſ. m. יִמְחַץ & in pauſa יִמְחָץ, *franget, percutiet, vulnerabit, tinget, intinget*. 3. p. ſ. f. תִּמְחַץ, Pſal. 67. Heb. 68. v. 24. *tingatur, rubeſcat, calcet*. Aliis eſt 2. p. ſ. m. *tingas, intingas, cruentes*. 1. p. ſ. c. cum præf. & aff. אֶמְחָצֵם *confringam eos*, וָאֶמְחָצֵם & *confregi eos*.

מַחַץ m. unde cum præf. וּמַחַץ, Iſai. 30. v. 26. Lxx. καὶ ὀδύνη & *dolor*. Vulg. & *percuſſura*. Alii, & *fractio*, & *confractio*, & *vulnus*. Rad. מָחַץ *fregit, confregit, percuſſit, vulneravit*.

מַחְצֵב m. Vulg. *lapidicina*. Alii, *exſciſio*. Lxx. adject. λατομητὸς *exſciſus*, τετράπους *quadrupedalis* (lapis). R. חָצַב *exſcidit*, proprie lapides.

מַחְצֶבֶת f. unde cum præf. הַמַּחְצֶבֶת, Iſai. 51. v. 9. al. 10. Theod. λατομήσασα *incidens*, proprie lapides. Alius, κατακόψασα *amputans, præcidens*. Vacat apud Lxx. Vulg. Verbal. *percuſſiſti*. R. חָצַב *exſcidit*, cujus, ut nonnullis placet, eſt Benoni ſ. f. conjugationis Hiphil. Vide ſupra col. 646.

מֶחֱצָה f. Lxx. ἡμίσευμα, Vulg. & alii, *medium, media pars*. Hinc cum præf. הַמֶּחֱצָה *dimidium, media pars*. Conſt. מֶחֱצַת idem. R. חָצָה *dimidiavit, in duas partes diviſit*.

מַחֲצִית f. Lxx. ἥμισυ, ἡμίσευμα, Vulg. & alii, *dimidium, dimidia pars*. Et participial. μεσοῦσα *dimidians, dimidia exiſtens* (dies), h. e. meridies. Cum præf. מִמַּחֲצִית & מִמַּחֲצַת, *de medio, de dimidio*, וּמִמַּחֲצִית & וּמִמַּחֲצַת, & *de dimidio*. Cum præf. & aff. מַחֲצִיתוֹ *dimidium ejus*, m. מַחֲצִיתָהּ *dimidium ejus*, f. וּמִמַּחֲצִיתָהּ & *de dimidio ejus*, f. מִמַּחֲצִיתָם *de dimidio eorum*. R. חָצָה *dimidiavit*.

מחק QAL, unde 3. p. ſ. f. PRAET. מָחֲקָה, Jud. 5. v. 26. Lxx. διήλωσε *clavo perforavit*. Sym. διήλασε *trajecit*. Theod. ἀπέτεμεν *abſcidit*; ſic etiam alii. Vulg. paraphraſtam agit.

מֶחְקָרִים m. plur. à ſing. inuſit. מֶחְקָר, unde conſt. מֶחְקְרֵי, Pſal. 94. Heb. 95. v. 4. Lxx. τὰ πέρατα, Vulg. Lat. *fines*. Theod. ἐξιχνιασμοὶ *inveſtigationes*. Sic etiam recentiores. Sym. τὰ κατώτατα *infima*. S. Hier. *fundamenta*. Alii item, *ſcrutinia, ſcrutationes, intima, penetralia, profunditates*. R. חָקַר *inveſtigavit, ſcrutatus eſt, exploravit*.

מָחָר adverb. Lxx. αὔριον, ἐπαύριον, Vulg. & alii, *cras, craſtino die*, μετὰ ταῦτα *poſthac, poſtea*. Cum præf. וּמָחָר & *cras*, לְמָחָר *in craſtinum*. R. מָחַר inuſit.

מַחֲרָאוֹת f. plur. unde cum præf. לְמַחֲרָאוֹת, 4. Reg. 10. v. 27. Vox obſcœna, ſecundum Rabbinos, & anomala, quod pertinet ad puncta vocalia, quæ non ſunt ejus propria, ſed alterius, nempe מוֹצָאוֹת *egreſſiones*, h. e. *egeſta, excrementa*; eaque poſtrema vox legitur pro altera, cujus literæ in textu ſcribuntur. Vide Gram. Heb. tom. 2. p. 410. c. 1. num. 5°. Lxx. Vatic. εἰς λυτρῶνα, Ald. εἰς λυτρῶνα, *in latrinam*. Mſ. Alex. εἰς λυτρῶνας, Vulg. &

Digitized by Google

alii, *in latrinas*. R. חוּר inusit. unde חֹר *foramen*, & cum מ heemantico & א epenthetico מַחֲרָאוֹת *foramina*, *scrobes*, in quas excrementa decidunt. Vide supra col. 1052. in מוֹצָא.

מַחֲרֵשָׁה f. Lxx. *δρέπανον falx*. Sym. *δίκελλα bidens*. Vulg. & alii, *sarculus*, *ligo*, *vomer*, *rutrum*, & in genere quodvis instrumentum ferreum ad aratrum pertinens. Hinc cum aff. מַחֲרַשְׁתּוֹ, 1. Reg. 13. v. 20. *rutrum*, *sarculus ejus*, m. Servatur (-) penult. ob (-) præcedens. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 92. c. 1. Plur. cum præf. לַמַּחֲרֵשׁוֹת *in ligones*, ibid. v. 21. R. חָרַשׁ *fabricavit*, *aravit*.

מַחֲרֶשֶׁת f. unde cum aff. מַחֲרַשְׁתּוֹ, 1. Reg. 13. v. 20. Lxx. *τὸ θέριστρον αὐτοῦ messorium suum* (instrumentum), m. Aq. *τὸ ἄροτρον αὐτοῦ*, Sym. *ὕνις αὐτοῦ*, Vulg. & alii, *aratrum suum*, m. *vomer ejus*, m. Idem est ac nomen præced. sed in alia forma. R. חָרַשׁ *aravit*, &c.

מָחֳרַת móhhorath & in specie formæ const.

מָחֳרָת móhhorath, adverbium temporis futuri, idem ac מָחָר, quod vide supra col. præced. Hinc Lxx. *αὔριον*, *ἐπαύριον*, Vulg. & alii, *cras*, *crastinum* tempus vel dies, *ἡ ἐχομένη* (*ἡμέρα*) *sequens dies*. Hinc cum præfix. הַמָּחֳרָת *crastinum*, & לְמָחֳרָת *in crastinum*, מִמָּחֳרָת & מִמָּחֳרַת, *à crastino*, וּמִמָּחֳרָת *& à crastino*. Cum præf. & affix. לְמָחֳרָתָם *in crastinum eorum*. R. מָחַר inusit.

מַחֲשָׁבָה f. Lxx. *λογισμός*, Lxx. Sym. *διαλογισμός*, Lxx. item, *διάνοια*, *διανόημα*, Sym. item, *ἐνθύμησις*, Vulg. & alii, *cogitatio*, *excogitatio*, *ratiocinium*. Lxx. item, *ἁμαρτία peccatum*, h. e. cogitatio scelesta, *ἀποστροφή aversio*, *ἀρχιτεκτονία fabricatio*, *βουλή consilium*, *ποικιλία varietas*, *variegatio*, *σοφία sapientia*. Cum voce fere synonyma מְזִמָּה, *τόλμη audacia*. Et Verbal. *διανοέομαι cogito*, *μηχανεύομαι machinor*, *fabrico*. Plur. מַחֲשָׁבוֹת, & cum præf. הַמַּחֲשָׁבָה, *cogitationes*. Const. מַחְשְׁבוֹת idem. Cum præf. & aff. מַחְשְׁבֹתָיו *cogitationes ejus*, m. וּמַחְשְׁבוֹתָיו *& cogitationes ejus*, m. מַחְשְׁבֹתֶיךָ *cogitationes tuæ*, m. וּמַחְשְׁבֹתֶיךָ *& cogitationes tuæ*, m. מַחְשְׁבוֹתַי *cogitationes meæ*, c. וּמַחְשְׁבוֹתַי *& cogitationes meæ*, c. מַחְשְׁבֹתָם & מַחְשְׁבוֹתָם, *cogitationes eorum*, וּמַחְשְׁבֹתֵיהֶם *& cogitationes eorum*, מַחְשְׁבוֹתֵיכֶם *cogitationes vestræ*, m. מִמַּחְשְׁבֹתֵיכֶם *à cogitationibus vestris*, m. מַחְשְׁבוֹתֵינוּ *cogitationes nostræ*, c. Rad. חָשַׁב *cogitavit*.

מַחֲשֶׁבֶת & in pausa מַחֲשָׁבֶת, f. Lxx. *διανόησις*, Vulg. & alii, *cogitatio*, *λογισμός ratiocinatio*, *ratiocinium*. Et Verbaliter, *ποιέω facio*, *ἐπιχειρέω aggredior*, *ὑφαίνω texo* perite & industrie. Cum affix. מַחֲשַׁבְתּוֹ *cogitatio ejus*, m. R. חָשַׁב *cogitavit*.

מַחְשִׁים Mass. *Méhhuschím*, Vulg. *Mehusim*, nomen proprium patris Abitob, 1. Paral. 8. v. 11. Etym. *tacentes* aut *festinantes*; ab חָשָׁה *silere*, aut חוּשׁ *festinare*.

מַחְשָׁךְ contracte pro מַחֲשָׁךְ, m. Lxx. *σκότος*, Sym. *σκοτασμός*, Vulg. & alii, *tenebræ*, *obtenebratio*. Lxx. item, *ταλαιπωρία miseria*. Et adject. Lxx. Aq. Sym. *σκοτεινός*, Vulg. & alii, *tenebrosus*, *obscurus*, *locus tenebricosus*. Lxx. item, *ἐσκοτισμένος obscuratus*, *tenebris circumfusus*. Cum præf. בְּמַחְשָׁךְ *in tenebris*. Plur. cum præf. & (-) sequente dagh. pro (·) sub שׁ per legem æquivalentiæ, de qua vide Gram. Heb. tom. 1. p. 57. init. & p. 59. c. 1. בְּמַחֲשַׁכִּים *in obscuris*, *in tenebricosis locis*. Sic const. מַחֲשַׁכֵּי *obscurati*, *tenebricosi*, *tenebricosa loca*. R. חָשַׁךְ *obscuratus*, *obtenebratus est*.

מַחְשֹׂף contracte pro מַחֲשֹׂף, m. Gen. 30. v. 37. *nudatio*, *denudatio*, *decorticatio*. Lxx. Participial. *περισύρων circumtrahens*, *circumdecorticans*. Vulg. paraphrastam agit. Rad. חָשַׂף *nudavit*, *denudavit*.

מַחַת Mass. *Máhhath*, Vulg. *Máhath*, nomen proprium Levitæ filii Amasai filii Elcana, 1. Paral. 6. v. 35. 2. Paral. 29. v. 12. Etym. *delens*, *abstergens*, *confringens* aut *formidans*; à מָחָה *abstersit*, *delevit*; aut חָתַת *confregit* in Piel, *territus*, *consternatus est*, *formidavit* in Niphal.

מַחְתָּה contracte pro מַחֲתָּה, f. Lxx. *πυρεῖον*, Aq. Sym. Theod. *πυρεῖον*, alius, *θυμιατήριον*, Vulg. & alii, *thuribulum*, *acerra*, *ignis receptaculum*. Lxx. item, *ἐπαρυστρίς vas ad hauriendum*, sive *capiendum* (ignem), *θυΐσκη mortariolum*, *ὑπόθεμα suppositum*, *sup-*

Yyy iij

Digitized by Google

posititium vas in quo, quæ ex ellychniis emuncta erant, reponebantur. Vulg. item, *emunctorium.* Alii item, *forceps, trulla.* Cum præf. מַחְתָּה *thuribulum.* Cum aff. מַחְתָּתוֹ *thuribulum ejus*, m. Plur. מַחְתּוֹת *thuribula.* Cum præf. הַמַּחְתּוֹת & הַמַּחְתֹּת, *forcipes*, וּמַחְתּוֹת *& thuribula*, *& acerræ.* Cum præf. & affix. וּמַחְתֹּתָיו *& forcipes ejus*, m. מַחְתָּתָהּ *trullæ ejus*, f. וּמַחְתֹּתֶיהָ *& trullæ ejus*, f. Rad. חָתָה *cepit, accepit*, &c. unde מַחְתָּה *thuribulum*, v. g. quod in eo ignis ad faciendum suffitum accipiatur.

מְחִתָּה f. Lxx. τρόμος *tremor*, Vulg. *pavor.* Lxx. Sym. Theod. δειλία *timor, timiditas*, συντριβή *contritio.* Theod. item, αἰσχύνη, Vulg. *confusio.* Lxx. item, ἀλλοτρίωσις *alienatio*, ἐκκότημα *ira.* Aq. Sym. Theod. πτόηξις *consternatio.* Et Verbal. Lxx. πτοῶν *terreo.* Cum præf. וּמְחִתָּה *& terror*, לִמְחִתָּה *in terrorem*, וְלִמְחִתָּה *& terrori*, וּמִמְּחִתָּה *& à terrore.* Const. מְחִתַּת *contritio.* Rad. חָתַת in Qal, *territus, conterritus, consternatus est;* in Hiphil, *contrivit.*

מַחְתֶּרֶת contracte pro מַחְתֶּרֶת, f. unde cum præf. בַּמַּחְתֶּרֶת, Exod. 22. v. 2. Lxx. ἐν διορύγματι *in effossione.* Vulg. Particip. *suffodiens.* Et Jerem. 2. v. 34. Lxx. ἐν διορύγμασιν *in effossionibus.* Vulg. *in fossis.* Alii utrobique, *cum perfossorio*, instrumento videlicet, quo muri perfodiuntur. Rad. חָתַר *fodit, effodit, perfodit.*

מטא Chald. PEAL, Theod. φθάνω, Vulg. & alii, *venio, evenio, advenio, pervenio, pertingo*, &c.

Praet. 3. p. s. m. מְטָא & מְטָה, *pervenit.* 3. p. s. f. cum (·) in ult. מְטָת *pervenit.* Cum præf. & (-) in ult. וּמְטָת *& pervenit.* 3. p. pl. m. מְטוֹ *pervenerant.*

Fut. 3. p. s. m. יִמְטֵא *perveniet.*

מַטְאֲטֵא m. unde cum præf. בְּמַטְאֲטֵא, Isai. 14. v. 23. Lxx. πηλοῦ βάραθρον *luti fovea.* Vulg. & alii, *in scopa*, vel *scopis.* R. טָאטֵא in Piel, *scopavit, scopis mundavit, verrit, everrit;* unde geminata secunda radicali מַטְאֲטֵא *scopæ.* Vide supra col. 695. in טָאטֵא.

מַטְבֵּחַ m. Isai. 14. v. 21. Vulg. & alii, *mactatio, occisio.* Lxx. Verbal. σφαγῆναι *mactari, jugulari, interfici, occidi.* R. טָבַח *mactavit, jugulavit, interfecit, occidit.*

מַטָּה & in pausa מָטָּה, adverb. Lxx. κάτω, ὑποκάτω, Vulg. & alii, *infra, inferne, subter, deorsum.* Vulg. item adject. *inferior.* Cum præf. לְמַטָּה & in pausa לְמָטָּה, *infra*, וּלְמַטָּה, in pausa וּלְמָטָּה, *& infra*, מִלְּמַטָּה & in pausa מִלְּמָטָּה, Lxx. κάτωθεν *inferne.* R. נָטָה *inclinavit, declinavit.* Alii referunt ad מוֹט in Niph. *motus, dimotus est, declinavit, dilapsus est.*

מַטֶּה c. sed sæpius m. Lxx. Aq. βακτηρία, ῥάβδος, Vulg. & alii, *virga, baculus, scipio.* Lxx. item, ἔκστασις *horror*, ζυγός *jugum*, θυμός *ira præceps*, πληγή *plaga*, σιτοδεία *rei frumentariæ penuria*, σκῆπτρον *sceptrum*, στήριγμα *firmitas*, χείρ *manus.* Sym. ἐγχειρίδιον *manuale.* Et metonymice, Lxx. Aq. Sym. Theod. φυλή *tribus, familia;* quod olim tribuum aut familiarum nomina virgis aut baculis inscriberentur. Vide Num. 17. v. 2. Vel quod ex uno eodemque homine multæ familiæ & tribus oriantur, ut ex uno eodemque trunco virgæ plures ac baculi prodeunt. Cum præf. הַמַּטֶּה *virga, Tribus*, וּמַטֵּה & וְהַמַּטֶּה, *& baculus*, בַּמַּטֶּה *baculo*, לְמַטֶּה *in baculum*, לְמַטֵּה *ad Tribum*, מִמַּטֵּה *ex Tribu.* Const. מַטֵּה *baculus, Tribus.* Cum præf. וּמַטֵּה *& baculus, & Tribus*, לְמַטֵּה *Tribûs, de Tribu*, וּלְמַטֵּה *& Tribui, & de Tribu*, מִמַּטֵּה *ex Tribu, de Tribu*, וּמִמַּטֵּה *& ex Tribu.* Cum præf. & aff. מַטֵּהוּ *baculus ejus*, m. וּמַטֵּהוּ *& baculus ejus*, m. בְּמַטֵּהוּ *cum baculo ejus* vel *suo*, m. מַטְּךָ *baculus tuus*, m. וּמַטְּךָ *& baculus tuus*, m. בְּמַטֶּךָ in pausa, *cum baculo tuo*, m. Plur. ex forma masc. cum præf. & aff. בְּמַטָּיו *baculis, sceptris ejus*, m. Ex termin. fem. מַטּוֹת, cum præf. הַמַּטּוֹת & הַמַּטֹּת, *Tribus.* Cum aliis præfix. לְמַטּוֹת *per Tribus*, מִמַּטּוֹת *ex Tribubus.* Cum affix. ex eadem forma, מַטּוֹתָם & מַטֹּתָם, *baculi eorum.* R. נָטָה *inclinavit se;* unde *baculus*, quod in eum inclinet se homo & requiescat.

מִטָּה f. Lxx. Aq. Sym. κλίνη, Vulg. & alii, *lectus, lectulus, stratum.* Lxx. item, δίφρος *sella*, ῥάβδος *virga*, φυλή *Tribus*, Amos. 3. v. 12. quibus duobus ultimis in locis le-

Digitized by Google

gebant מִטָּה. Alii item, *feretrum, & locus in quo exercetur idololatria.* Cum præf. הַמִּטָּה *lectus, lectulus.* Et Lxx. Gen. 47. v. 31. ῥάβδος *virga.* Pro loci hujus explicatione vide Gram. Heb. tom. 1. p. xxxiv. num. VI. p. 18. c. 1. & tom. 2. p. 300. c. 1. 2. בַּמִּטָּה *in lectum.* Conſt. מִטַּת *lectus.* Cum affix. מִטָּתוֹ *lectus ejus*, m. מִטָּתֶךָ in pauſa, *lectus tuus*, m. מִטָּתִי *lectus meus*, c. Plur. מִטּוֹת & cum præfix. הַמִּטּוֹת, *lecti.* R. נָטָה *inclinavit, reclinavit ſe*; unde מִטָּה *lectus*, quaſi reclinatorium.

מֻטֶּה vide מוֹטָה, ſupra col. 1045.

מִטְהָר m. unde cum affix. מִטְּהָרוֹ, Pſal. 88. Heb. 89. v. 45. Lxx. ἀπὸ καθαρισμοῦ, Vulg. Lat. *ab emundatione*; ſpectabant מ ut præpoſitionem. Sym. καθαρότης αὐτοῦ, S. Hier. & alii, *munditia, mundities, nitor ejus*, m. R. טָהַר *mundus, purus fuit.*

מַטְוֶה m. Exod. 35. v. 25. Lxx. νενησμένα *neta*, in plur. Alii in ſingul. *netum.* Vacat apud Vulg. R. טָוָה *nevit.*

מְטִיל m. unde cum præf. כִּמְטִיל, Job. 40. v. 13. al. 18. Lxx. ὡς χυτὸς *quaſi fuſum, quaſi fuſile* (ferrum). Sym. ὡς συμβλήματα *quaſi commiſſuræ.* Vulg. *quaſi laminæ*, in plur. Alii, *quaſi virga, quaſi baculus. quaſi malleus, quaſi canalis, quaſi vectis, quaſi palus, quaſi metallum.* Sunt qui hac voce generatim ſignificari volunt materiam quamlibet duram, ponderoſam, & è terræ viſceribus erutam ac effoſſam. R. מָטַל inuſit.

מַטְמוֹן vel מַטְמֹן, m. Lxx. θησαυρὸς, Vulg. & alii, *theſaurus.* Sym. Theod. τὸ ἀπόκρυφον *abſconditum.* Plur. מַטְמֻנִים *theſauri.* Cum præf. וּכְמַטְמוֹנִים *& quaſi theſauri*, מִמַּטְמוֹנִים *præ theſauris.* Conſt. à ſing. inuſit. מַטְמֻן, unde cum præf. & (ֻ) pro (וּ), וּמַטְמֻנֵי *& theſauri, & abſcondita, & abſtruſa.* R. טָמַן *abſcondit*; unde *theſaurus*, quod diligenter abſcondatur.

מַטָּע m. Lxx. φυτεία, φύτευμα, φυτὸν, Vulg. & alii, *planta, plantatio, germen.* Alius, Ezech. 17. v. 7. πρέμνον *caudex*, βωλὸς *gleba.* Conſt. מַטַּע *planta, plantatio.* Cum aff. מַטָּעָהּ *plantatio ejus*, f. Plur. conſt. & cum præf. לְמַטָּעֵי *ad plantationes*; ſervato (ַ), quanvis in regimine, ob daghéſch literæ, cui hoc (ַ) ſupponitur, impreſſum. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 90. c. 1. Cum aff. מַטָּעַי *plantationes meæ*, c. R. נָטַע *plantavit.*

מַטְעַמּוֹת vide in ſequenti nomine.

מַטְעַמִּים m. pl. à ſing. inuſit. מַטְעָם aut מַטְעַם, Lxx. Aq. Sym. ἐδέσματα, Lxx. item, βρώματα, Vulg. & alii, *cibi*, proprie condîti, delicati, exquiſiti, ſapidi, palato grati & delectabiles. Alii, *cupediæ.* Cum præfix. הַמַּטְעַמִּים *cupediæ*, &c. Cum præf. aff. & ex termin. fem. לְמַטְעַמּוֹתָיו *cupediæ ejus*, m. R. טָעַם *guſtavit.*

מִטְפַּחַת f. Lxx. ἐπίβλημα *veſtimentum exterius*, περίζωμα *ventrale.* Vulg. *pallium, linteamen.* Alii, *linteum, peplum, velum.* Hinc cum præf. הַמִּטְפַּחַת *ventrale.* Plur. cum præf. וְהַמִּטְפָּחוֹת *& ventralia.* R. טָפַח inuſit.

מָטַר QAL, unde NIPHAL נִמְטַר, ex quo 3. p. ſ. f. Fut. תִּמָּטֵר, Amos. 4. v. 7. Lxx. βρεχθήσεται *irrigabitur.* Alii, *compluetur.* Vulg. *compluta eſt.*

HIPHIL הִמְטִיר, Lxx. & alius, ὕω, Lxx. Theod. ὑετίζω, Lxx. item, βρέχω, Lxx. Sym. Theod. ἐπιβρέχω, Vulg. & alii, *pluo, depluo, pluviam immitto, pluviam admitto.* Lxx. item, νίπτω *lavo*, ὑετὸν ἐπάγω *pluviam induco.*

Praet. 3. p. ſ. m. הִמְטִיר *pluit, pluviam demiſit.* 1. p. ſ. c. cum præfix. וְהִמְטַרְתִּי *& plui.*

Ben. ſ. m. מַמְטִיר *pluens, pluviam demittens.*

Infin. cum præf. לְהַמְטִיר *pluendo, pluviam demittendo*, מֵהַמְטִיר *à pluendo, ne pluant.*

Fut. 3. p. ſ. m. יַמְטֵר *pluet.* Cum præf. וְיַמְטֵר *& pluet*, וַיַּמְטֵר *& pluit.* 2. p. ſ. m. תַּמְטִיר *plues, pluviam demittes.* 1. p. ſ. c. אַמְטִיר *pluam, depluam, pluviam immittam.*

מָטָר m. Lxx. Aq. Sym. Theod. ὑετὸς, Vulg. & alii, *pluvia, imber.* Cum præf. הַמָּטָר *pluvia*, וּמָטָר *& pluvia*, כַּמָּטָר & כְּמָטָר, *ſicut pluvia*, וְכַמָּטָר *& ſicut pluvia*, לַמָּטָר *pluviæ*, מִמָּטָר *à pluvia*, וּמִמָּטָר *& à pluvia.* Conſt. מְטַר *pluvia.* Cum præfix. וּמְטַר *& pluvia*, לִמְטַר *ad pluviam.* Rad. מָטַר in Hiph. *pluit, pluviam demiſit.*

Digitized by Google

מַטְרֵד Maſſ. *Matrédh*, Vulg. *Matréd*, nomen proprium matris Meetabel uxoris Adar ſeptimi Idumæorum regis, Gen. 36. v. 39. Etym. *virga* aut *baculus deſcendens*; à מַטֶּה *virga*, *baculus*, & יָרַד *deſcendit*. Vel *virga* aut *lectulus imperantis*; à מַטֶּה *virga*, aut מִטָּה *lectulus*, & רָדָה *imperavit*, *dominatus eſt*.

מַטָּרָה f. Lxx. Aq. Theod. φυλακή, Vulg. & alii, *carcer*, *cuſtodia*. Et in alia ſignificatione, Lxx. Aq. σκοπός, Vulg. & alii, *ſcopus*, *ſignum*. Sym. Particip. συντεταγμένος *condictus* (locus). Hinc cum præf. הַמַּטָּרָה *cuſtodia*, *carcer*, כַּמַּטָּרָא, Thren. 3. v. 12. cum א in fine pro ה, *quaſi ſignum*, *quaſi ſcopus*, לַמַּטָּרָה *in cuſtodiam*, *in ſcopum*. Rad. נָטַר *cuſtodivit*, *obſervavit*; unde *carcer*, quod in eo vincti cuſtodiantur; & *ſcopus*, quod à ſagittariis diligenter obſervetur.

מִטְרָה aut מָטָר, f. unde plur. conſt. מִטְרוֹת, Job. 37. v. 6. Lxx. ὑετοί *pluviæ*. Sym. ὄμβροι *imbres*, Vulg. *imber*, ſing. Rad. מָטַר *pluit*, *pluviam demiſit*.

מַטְרִי Maſſ. *Matrí*, Vulg. *Metrí*, nom. propr. viri principis familiæ de Tribu Benjamin, 1. Reg. 10. v. 21. Etym. *pluvia* aut *cuſtodia*; à מָטָר *pluvia*, aut נָטַר *cuſtodivit*.

מִי adverbium interrogantis de perſona, utriuſque generis & numeri. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 75. § IV. Lxx. τίς, Vulg. & alii, *quis? qui? quæ? cujus?* &c. Cum præf. וּמִי & לְמִי, *& quis?* לְמִי *cujus?* וּלְמִי *& cujus?* מִמִּי *à quo?* בְּשֶׁלְּמִי *cujus cauſa? propter quem?* Ad verbum, *in quo* (negotio) *cujus?* ex בְּ *in*, שֶׁ pro אֲשֶׁר *quo*, לְ articulo gignendi casûs, & מִי *quis?* Rad. מָהָה in Hithpael, *tardavit*, *diſtulit*, &c. Vide מָה, ſupra col. 1036. Aliis eſt ipſa radix.

מֵידְבָא Maſſ. *Médhevá*, Vulg. *Medabá*, nomen proprium urbis primum Ammonitarum, deinde Amorrhæorum, denique Tribus Ruben, Num. 21. v. 30. Joſ. 13. v. 9. Etym. *aquæ doloris*; à מַיִם, unde conſt. מֵי *aquæ*, & דָּאַב *doluit*, *languit*, *mœſtus fuit*. Vel *aquæ fluentes*, *manantes*; à מַיִם *aqua*, ut ſupra, & דּוּב Chald. *fluere*, *manare*.

מֵידָד Maſſ. *Medhádh*, Vulg. *Medád*, nom. propr. viri qui tempore Moſis in caſtris prophetabat, Num. 11. vv. 26. 27. Etym. *menſurans*; à מָדַד *menſus eſt*, *menſuravit*. Vel *aquæ dilectionis*, *uberum*, aut *patrui*; ex מַיִם conſt. מֵי *aqua*, & דּוֹד *dilectio*, *amor*, *patruus*, aut דַּד *uber*, *mamma*.

מֵי זָהָב Maſſ. *Mé zaháv*, Vulg. *Mezaáb*, nomen proprium patris Matred matris Meetabel uxoris Adar, qui ſeptimus regnavit in Edom ſive Idumæa, Gen. 36. v. 39. 1. Paral. 1. v. 50. Etym. *aquæ auri* vel *aureæ*; à מַיִם conſt. מֵי *aqua*, & זָהָב *aurum*.

מֵימִינִים vide ſupra col. 760. in יָמִין.

מֵימֵיהֶם vide in מַיִם, ſupra col. 1074.

מֵיטָב m. Lxx. ἀγαθὸς *bonus*. Et ſuperlat. βέλτιστος, κράτιστος, Vulg. & alii, *optimus*, & neutr. *optimum*. Alii item ſubſtantive, *bonitas*. Hinc conſt. מֵיטַב *optimum*. Cum præf. וּמֵיטַב *& optimum*, בְּמֵיטַב *in optimo*. Retinetur (ֵ) penult. ob (י) ſequens. Vide Gram. Heb. t. 1. p. 92. c. 1. R. יָטַב *bonum fuit*, aut *viſum eſt*.

מִיכָא Maſſ. & Vulg. *Michá*, nomen propr. filii Miphiboſeth, 2. Reg. 9. v. 12. Etym. *humilis*, *attenuatus*, *pauper*; à מָכַךְ aut מוּךְ, *humiliari*, *attenuari*, *pauperem eſſe*. Vel *percutiens* aut *percuſſus*; à נָכָה *percuſſit*. Vel *quis hîc?* aut *aquæ hîc?* à מִי *quis?* aut מַיִם conſt. מֵי *aqua*, & כֹּה, vel mutato ה in א, כֹּא *hîc*.

מִיכָאֵל Maſſ. & Vulg. *Michaël*, nom. proprium 1°. filii Izrahiæ, 1. Paral. 7. v. 3. 2°. patris Galaad de Tribu Gad, 1. Paral. 5. v. 13. 3°. patris Sthur principis Tribus Aſer, Num. 13. v. 14. 4°. Angeli, Dan. 10. v. 13. 5°. patris Zebediæ, Eſd. 8. v. 8. 6°. Levitæ patris Samaa, 1. Paral. 6. v. 40. 7°. filii Bariæ, 1. Paral. 8. v. 16. 8°. viri fortiſſimi de Tribu Manaſſe, qui ad Davidem Sicelegum revertentem transfugit, 1. Paral. 12. v. 20. 9°. filii Joſaphat regis Juda, 2. Paral. 21. v. 2. Etym. *quis ut Deus?* ex מִי *quis?* כְּ *ſicut*, & אֵל *Deus*. Vel *humilitas*, *paupertas*, aut *percuſſio Dei*; à מוּךְ vel מָכַךְ, *humiliari*, *depauperari*; vel נָכָה *percuſſit*, & אֵל *Deus*.

Digitized by Google

מִיכָה Maſſ. & Vulg. *Micháh*, Vulg. item, *Michæas*, nomen proprium 1°. patris Abdon, 2. Paral. 34. v. 20. 2°. filii Joël, 1. Paral. 5. v. 5. 3°. filii Meribbaal filii Jonathan, 1. Paral. 8. v. 35. 4°. prophetæ inter minores ſexti, Mich. 1. v. 1. Jerem. 26. v. 18. Etym. *pauper, humilis*; à מוּךְ vel מָכַךְ, *depauperari, humiliari.* Vel *percutiens* aut *percuſſus*; à נָכָה *percuſſit.* Vel *quis hîc?* à מִי *quis?* & כֹּה *hîc.* Vel *aquæ hîc*; à מַיִם conſt. מֵי *aquæ*, & כֹּה *hîc.*

מִיכָיָה, & cum ſyllabica adjectione

מִיכָיָהוּ Maſſ. *Míchaiáh*, *Míchaiáhou*, Vulg. *Michaiá*, *Michæa*, *Michæas*, nomen proprium 1°. filiæ Uriel, matris Abia regis Juda, 2. Paral. 13. v. 2. Ea 3. Reg. 15. v. 2. dicitur Maacha filia Abeſſalom. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 443. can. IV. col. 2. 2°. Sacerdotis, Nehem. 12. v. 40. 3°. filii Gamariæ, Jerem. 36. v. 11. 4°. filii Jemla, 3. Reg. 22. v. 8. Etym. *quis ut Dominus?* ex מִי *quis?* כְּ *ſicut*, & יָהּ vel יָהוּ, *Dominus.* Vel *paupertas*, *humilitas*, aut *percuſſio Domini*; à מוּךְ vel מָכַךְ, *humiliari, depauperari*, aut נָכָה *percuſſit*, & יָהּ *Dominus.*

מִיכָיְהוּ Maſſ. *Micháiehou*, Vulg. *Michás*, nomen proprium viri de monte Ephraim, Jud. 17. v. 1. Etym. *pauper, humilis, percutiens*, vel *percuſſus ipſe*; à מוּךְ vel מָכַךְ, *depauperari, humiliari*, aut נָכָה *percuſſit*, & הוּא *ipſe.* Vel *paupertas*, *humilitas*, aut *percuſſio Domini.* Vide nomen præced.

מִיכָל m. unde conſt. מִיכַל, 2. Reg. 17. v. 20. *rivus, rivulus, vadum.* Lxx. μικρὸν, Vulg. *paululum* (aquæ). Nonnullis eſt nomen proprium loci. R. יָכֹל *potuit*, vel כּוּל *continere, complecti*; unde *rivus*, quod in eo aquæ contineantur.

מִיכַל Maſſ. *Michál*, Vulg. *Michól*, nomen proprium filiæ natu minoris regis Saül, 1. Reg. 14. v. 49. Etym. *quis omnia?* ex מִי *quis?* & כֹּל *omnia.* Vel *quæ perfecta* aut *conſummata?* ex מִי *quæ?* & כָּלַל aut כָּלָה, *perfici, conſummari.* Vel *aquarum perfectio*, aut *conſummatio*, aut *prohibitio*; à מַיִם *aquæ*, & prædictis Verbis כָּלַל aut כָּלָה, *perfici, conſummari*, vel כָּלָא *prohibere.*

מְיַלֶּדֶת, f. *obſtetrix*, vide ſupra col. 775.

in Benoni Piel Verbi יָלַד *genuit.*

מַיִם, & in pauſa מָיִם, dual. m. Lxx. Aq. Sym. Theod. ὕδωρ, Vulg. & alii, *aqua.* Lxx. item, ὑγρασία *humiditas*, ὑετός *pluvia*, ποτὸν *potus*, ποταμός *fluvius*, κῦμα *fluctus*, θάλασσα *mare*, οἶνος *vinum*; aqua enim pro quovis potu ſumitur; vide Gram. Heb. tom. 2. p. 236. c. 2. ἡμέρα *dies*, Pſal. 72. Heb. 73. v. 10. ubi pro וּמֵי *& aquæ*; legebant יְמֵי *dies*; χρόνος *tempus*, Job. 14. v. 11. ubi pro מַיִם legerunt יָמִים, trajectis literis, *dies, tempus.* Et metaphorice, λόγος *ſermo*, qui ex ore loquentis inſtar aquæ fluit; ἄνθρωπος *homo*, ἔθνος *gens*, Num. 24. v. 7. aquâ enim poſteritas & numeroſi populi ſignificantur. Vide Gram. Heb. tom. 2. p. 130. c. 1. Cum præf. הַמַּיִם & in pauſa הַמָּיִם, *aquæ*, וּמַיִם & in pauſa וָמָיִם *& aquæ*, וְהַמַּיִם *& aquæ*, בַּמַּיִם, בְּמַיִם, & in pauſa בַּמָּיִם, *in aquis*, וּבְמַיִם, וּבַמַּיִם, & in pauſa וּבַמָּיִם, *& in aquis*, כַּמַּיִם, כְּמַיִם, & in pauſa כַּמָּיִם, *ſicut aquæ*, וְכַמַּיִם *& ſicut aquæ*, לַמַּיִם, לְמַיִם, in pauſa לַמָּיִם & לָמָיִם, *in aquam, inter aquas, ad aquas*, מִמַּיִם *ex aquis.* Cum ה locali & altero ה præf. הַמַּיְמָה & in pauſa הַמָּיְמָה, *ad aquam.* Conſt. מֵי, & geminata voce מֵימֵי, *aquæ.* Cum præf. וּמֵי *& aquæ*, בְּמֵי *in aquis*, לְמֵי & לְמֵימֵי, *ad, in aquam, ad aquas*, מִמֵּי & duplicato vocabulo מִמֵּימֵי, *ex aquis*, וּמִמֵּי *& ex aquis.* Cum præf. & aff. מֵימָיו *aquæ ejus*, m. מֵימֶיהָ *aquæ ejus*, f. מֵימֶיךָ *aquæ tuæ*, m. וּמֵימֶיךָ *& aquæ tuæ*, m. מֵימַי in pauſa, *aquæ meæ*, c. וּמֵימַי *& aquæ meæ*, c. מֵימֵיהֶם *aquæ eorum*, וּמֵימֵיהֶם *& aquæ eorum*, מֵימֵינוּ *aquæ noſtræ*, c. Rad. מָיָה inuſit. Aliis eſt radix ipſa, quæ duali tantum numero gaudet ob aquas duplices, ſuperiores nempe & inferiores; hoc eſt, quæ ſuper cœlos ſive aëra, & infra cœlos ſeu in terra ſunt.

מִיָּמִן Maſſ. *Miiamín*, Vulg. *Miamín* & *Maimín*, nom. proprium 1°. Sacerdotis ſextæ claſſis, 1. Paral. 24. v. 9. 2°. viri, qui uxorem alienigenam, quam duxerat, repudiavit, Eſd. 10. v. 25. qui fœdus cum Deo initum obſignavit, Nehem. 10. v. 7. qui denique dedicationi muri Jeruſalem

Digitized by Google

interfuit, ibid. c. 12. v. 40. Etym. *dexter*; à יָמִין *dextera*. Vel *aquas præparans*; à מַיִם *aquæ*, & מָנָה in Piel, *præparavit*.

מִין m. Lxx. Aq. Sym. Theod. γένος, Vulg. *genus*. Alii, *species*. Lxx. item, ὁμοιότης *similitudo*. Et adject. ὅμοιος *similis*. Hinc cum præf. & affix. לְמִינוֹ, & ex forma inusit. מִינָה, vide Gram. Heb. t. 1. p. 127. c. 1. לְמִינֵהוּ, *secundum genus*, vel *speciem ejus*, m. לְמִינָהּ *secundum speciem ejus*, f. Plur. cum præf & aff. לְמִינֵיהֶם *secundum species eorum*. Rad. מִין inusit.

מֵיפַעַת Mass. & Vulg. *Mepháath*, nomen proprium civitatis Leviticæ & confugii in Tribu Ruben, Jos. 13. v. 18. cap. 21. v. 36. Jerem. 48. v. 21. Etym. *aquarum apparitio*, vel *splendor*; à מַיִם *aquæ*, & יָפַע in Hiphil, *splenduit*, *luxit*, *apparuit*.

מיץ vel מִיץ, QAL, unde Ben. s. m. cum præf. & ex forma (-), quam vide in Gram. Heb. tom. 1. p. 249. c. 1. fin. הַמֵּץ, Isai. 16. v. 4. Lxx. substant. συμμαχία *societas in bello*, *confœderatio*. Vulg. *pulvis*; legebat הַמֵּץ, à nomine מֵץ *pulvis*, quod vide supra col. 1052. in מִיץ. Alii, *premens*, *pressor*, *emungens*. Hinc Gr. μύσσω, μύζω, Lat. *mutio*, *musso*, *mussito*.

מִיץ m. Aq. ἐκμύζησις (θυμοῦ) *sonus è naribus præ furore emissus*. Alii, *pressio*, *expressio*, *compressio*. Quidam, *pressor*, *compressor*, *emulsor*, quasi esset nomen formæ, sive adject. Lxx. Verbal. ἀμέλγω *mulgeo*, ἐκπιέζω *exprimo*, ἐξέλκω *extraho*. Vulg. *fortiter premo*, *vehementer emungo*, *provoco*. Cum præf. וּמִיץ *& pressura*, *& pressio*. Rad. מִיץ *premere*, *comprimere*.

מִיצִיאִים m. plur. à sing. inusit. מִיצִיא, unde const. & cum præf. וּמִיצִיאֵי, 2. Paral. 32. v. 21. Lxx. καὶ ἐξελθόντες *& qui egressi fuerant*. Alii, *& egressiones*, *& egressi*, *& prognati*, *& progeniti* viscerum, seu ex visceribus ejus, h. e. ut optime transtulit Vulg. *& filii*, *qui egressi fuerant* de utero ejus. Quibusdam מ est præpositio *e*, *ex*, *de*, & fingunt plur. יְצִיאִים, unde וּמִיצִיאֵי *& de egressionibus*, vel *& de egressis* ex visceribus ejus, h. e. quidam ex propriis ejus filiis. R. יָצָא *exivit*, *egressus est*.

מֵישָׁא Mass. *Meschá*, Vulg. *Mosá*, nomen propr. filii Saharaim ex Hodes ejus uxore, 1. Paral. 8. v. 9. Etym. *onus*, & metaphorice, *prophetia*; à נָשָׂא *tulit*, &c. unde מַשָּׂא *onus*, *pondus*, *prophetia*. Vel *aquarum elevatio*; à מַיִם *aquæ*, & נָשָׂא *tulit*, *elevavit*.

מִישָׁאֵל Mass. *Mischaël*, Vulg. *Misaël*, nomen proprium 1°. viri, quem princeps eunuchorum regis Nabuchodonosoris cognominavit *Misach*, Dan. 1. v. 8. Vide Gram. Heb. t. 1. p. 448. c. 1. 2°. filii Oziel filii Caath, Exod. 6. v. 22. 3°. Levitæ, qui Esdræ, cum Legem populo legendam curavit, aderat, Nehem. 8. v. 4. Etym. *quis postulans?* aut *quis postulatus?* à מִי *quis?* & שָׁאַל *postulavit*. Vel *recessit*, aut *amovit Deus*; à מוּשׁ *recedere*, *amovere*, & אֵל *Deus*. Vel *is qui Dei* (est); ex מִי *is*, שֶׁ *qui*, & אֵל *Deus*.

מִישׁוֹר & מִישֹׁר, m. Lxx. εὐθύτης *rectitudo*, *æquitas*, *directio*, πεδίον *campus*. Vulg. & alii, *planicies*. Et adject. Lxx. εὐθύς *rectus*, πεδινός & πεδεινός, Vulg. *campestris*. Aq. ὁμαλή (γῆ), *plana* (terra), εὐθεῖα *recta*. Lxx. item Verbal. κατευθύνω *dirigo*, *rectifico*, κατορθόω *rectum facio*. Cum præf. הַמִּישׁוֹר *planicies*, בַּמִּישׁוֹר & בַּמִּישֹׁר, *in planicie*, וּבַמִּישׁוֹר & וּבַמִּישֹׁר, *& in planicie*, לַמִּישׁוֹר *in planiciem*. R. יָשַׁר in Qal, *rectus fuit* vel *visus est*; in Piel, *direxit*, *complanavit*.

מֵישַׁךְ Mass. *Meschách*, Vulg. *Misách*, cognomen Misaëlis ipsi à præposito eunuchorum Nabuchodonosoris impositum, Dan. 1. v. 8. Etym. *trahens*, *attrahens*, vel *prolongans*; à מָשַׁךְ *traxit*, *attraxit*, *prolongavit*. Vel *aquas vallans* aut *sepiens*; ex מַיִם *aquæ*, & שׂוּךְ *sepivit*, *vallavit*. Vel *à Sacha*, ex מ *à*, *ab*, & שַׁךְ *Sacha* Babyloniorum numine. Vide Gram. Heb. t. 1. p. 448. c. 1.

מֵישַׁע Mass. *Méscha*, Vulg. *Mésa*, nom. propr. 1°. regis Moab, 4. Reg. 3. v. 4. 2°. filii Caleb fratris Jerameel, 1. Paral. 2. v. 42. Etym. *salus*; ab יָשַׁע aut יֶשַׁע, idem. Vel *aquas aspiciens*; à מַיִם *aquæ*, & שָׁעָה *aspexit*.

מִישֹׁר vide supra in מִישׁוֹר.

מֵישָׁרִים m. plur. à sing. inusit. מֵישָׁר, servato (-) ob (י) sequens, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 92. c. 1. Lxx. Aq. Sym. Theod.

Digitized by Google

εὐθύτης, Vulg. & alii, *æquitas*, *rectitudo*; vel in plur. εὐθύτητες *æquitates*, *rectitudines*, *recta*. Lxx. item, ἀλήθεια *veritas*, δικαιοσύνη *justitia*, συνθῆκαι *pacta*. Adjective, Lxx. εὐθὴς, ὀρθὸς *rectus*. Et Verbal. iidem Lxx. κατευθύνω *dirigo*, κατορθόω *rectifico*, *rectum facio*. Cum præf. וּמֵישָׁרִים & וּמֵשָׁרִים, *& rectitudines*, *& recta*, בְּמֵישָׁרִים *in rectitudinibus*, *rectissime*, adverbia enim sæpe formantur ex nomine substantivo cum præpositione, vel expressa, vel subintellecta, vide Gram. Heb. t. 1. p. 559. Att. I. can. I. & pluralis numerus superlativum gradum constituit, vide ibid. pag. 476. can. II. לְמֵישָׁרִים *ad rectitudines*, *rectissime*. R. יָשַׁר *rectus fuit aut visus est*.

מֵיתָרִים m. plur. à sing. inusit. מֵיתָר, servatoque (-) ob (׳) sequens, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 92. c. 1. Lxx. κάλοι, Vulg. & alii, *funes*, σχοινία, περισσώματα, Vulg. *funiculi*, δέρρεις *pelles*. Alii, *nervi*. Et adjective, Lxx. καταλοίπους, κατάλοιπα, περισσά, Sym. περιλελειμμένα, *reliqua*, *residua*. Hinc cum præf. & affix. מֵיתָרָיו *funes ejus*, m. בְּמֵיתָרֶיךָ *nervis tuis*, m. מֵיתָרַיִךְ *funes tui*, f. מֵיתָרַי *funes mei*, c. מֵיתְרֵיהֶם *funes eorum*, וּמֵיתְרֵיהֶם *& funes eorum*. R. יָתַר *abundavit*, *reliquum fuit*; &, secundum nonnullos, *extensus est*, unde יֶתֶר *abundantia*, *& funis*, ab ejus extensione. Inde etiam hoc nomen מֵיתָרִים *funes*, *funiculi*.

מַכְאוֹב vel מַכְאֹב, m. Lxx. Aq. Theod. ἄλγος, Lxx. item, ἀλγηδὼν, ἄλγημα, ὀδύνη, Vulg. & alii, *dolor*. Lxx. Sym. πόνος *labor*. Aq. item, βάσανος *cruciatus*. Lxx. item, ἁμαρτία *peccatum*, διαφθορὰ *corruptio*, μαλακία *mollities*, *languor*, μάστιξ *flagellum*, πληγὴ *plaga*. Cum præf. בְּמַכְאוֹב *dolore*. Cum præf. & aff. וּמַכְאֹבוֹ *& dolor ejus*, m. לְמַכְאוֹבָהּ *ad dolorem ejus*, f. מַכְאֹבֵךְ *dolor tuus*, f. מַכְאֹבִי *dolor meus*, c. וּמַכְאוֹבִי *& dolor meus*, c. כְּמַכְאֹבִי *sicut dolor meus*, c. Plur. מַכְאוֹבִים, מַכְאֹבִים, & ex termin. fem. מַכְאֹבוֹת, *dolores*. Cum aff. מַכְאֹבָיו *dolores ejus*, m. Cum præf. & aff. וּמַכְאֹבֵינוּ *& dolores nostri*, c. R. כָּאַב *doluit*.

מַכְאֹב
מַכְאֹבוֹת } vide in præcedenti nomine.

מַכְבֵּנָא Mass. & Vulg. *Machbena*, nomen propr. filii Sue, 1. Paral. 2. v. 49. Etym. *paupertas*, vel *percussio filii ejus*, f. à מוּךְ vel מָכַךְ, *depauperatus est*, *pauper effectus est*, aut נָכָה *percussit*, בֵּן *filius*, & aff. 3. p. f. f. Vel *paupertas*, aut *percussio intelligentis*, vel *ædificantis*; à prædictis Verbis מוּךְ vel מָכַךְ, aut נָכָה, & בִּין *intelligere*, aut בָּנָה *ædificare*.

מַכְבַּנַּי Mass. *Machbannai*, Vulg. *Machbanai*, nomen proprium viri fortissimi, qui Davidem exsulantem sequutus est, 1. Paral. 12. v. 13. Etym. *pauper*, aut *percussus filius meus*, vel *paupertas*, aut *percussio filii mei*, c. à מוּךְ vel מָכַךְ, *depauperatus est*, vel נָכָה *percussit*, בֵּן *filius*, & aff. 1. p. f. c. Vel *paupertas* aut *percussio intelligentis* vel *ædificantis*; à præcedentibus Verbis מוּךְ, vel מָכַךְ, vel נָכָה, & בִּין *intelligere*, aut בָּנָה *ædificare*.

מִכְבָּר m. unde cum præf. הַמִּכְבָּר, 4. Reg. 8. v. 15. Aq. Sym. τὸ στρῶμα, Vulg. & alii, *stragulum*, *stragula*. Lxx. Theod. vocem Hebraicam, sed nonnihil librariorum oscitantia corruptam μαχβὰρ *retinuerunt*. Alii, *pannus*, crassus videlicet & villosus, ac ex multiplicibus pilis contextus. R. כָּבַר in Hiphil, *multiplicavit*.

מִכְבָּר m. Lxx. ἐσχάρα *focus*. Aq. Sym. Theod. κοσκίνωμα *cribrum*. Sic etiam recentiores. Vulg. *craticula*, *retiaculum*. Const. מִכְבַּר *cribrum*. Cum præf. לְמִכְבָּר *ad cribrum*. R. כָּבַר Rabbinis, forte etiam & veteribus Judæis, *cribravit*.

מַכָּה f. Lxx. Sym. πληγὴ, Vulg. & alii, *plaga*, *vulnus*. Lxx. item, κοπὴ *sectio*, *incisio*, μάστιξ *flagellum*, σύντριψις *contritio*. Et Verbaliter, Lxx. πατάσσω *percutio*. Cum præf. הַמַּכָּה *plaga*, וּמַכָּה *& plaga*. Const. מַכַּת *plaga*. Cum præf. כְּמַכַּת *sicut plaga*, הַכְּמַכַּת *an sicut plaga?* Cum aff. מַכָּתוֹ *plaga ejus*, m. מַכָּתֶךָ in pausa, *plaga tua*, m. מַכָּתֵךְ *plaga tua*, f. מַכָּתִי *plaga mea*, c. Cum præf. & aff. וּמַכָּתִי *& plaga mea*, c. Pl. מַכּוֹת *plagæ*. Cum præfix. הַמַּכּוֹת *plagæ*, וּמַכּוֹת *& plagæ*. Cum præf. & aff. מַכֹּתֶהָ, מַכּוֹתֶיהָ, & מַכֹּתָהּ, *plagæ ejus*, f. מַכֹּתְךָ *plagæ tuæ*, m. Deut. 28. v. 59. ubi affixum junctum in forma singulari distributionem innuit. Vide Gram.

Digitized by Google

Heb. t. 1. p. 127. c. 1. וּמִמַּכּוֹתֶיךָ *& à plagis tuis*, f. מַכּוֹתָם *plagæ eorum*. R. נָכָה *percussit*.

מִכְוָה f. Lxx. *κατακαυμα*, Vulg. & alii, *ustio, adustio, ambustio, combustio, combustum* Hinc cum præf. הַמִּכְוָה *adustio*, בְּמִכְוָה *in adustione*. Const. מִכְוַת *adustio*. R. כָּוָה in Niphal, *ustus, adustus est*, &c.

מָכוֹן m. Lxx. *τόπος*, Vulg. & alii, *locus* proprie *præparatus, firmus, stabilis*. Hinc Vulg. item, *firmamentum, firmissimum habitaculum, firmissimum solium*, &c. Aq. Sym. *ἕδρα sedes, locus*. Aq. item, *ἕδρασμα firmitas*. Sym. item, *βάσις basis*. Et adjective, *ἑδραῖος firmus*. Lxx. item, *ἀσφάλεια securitas, ἑτοιμασία præparatio, θάλασσα mare*, Jerem. 52. v. 17. *κατόρθωσις rectificatio, πόλις urbs*, Isai. 18. v. 4. Et adject. *ἕτοιμος paratus, præparatus*. Cum præf. וּמָכוֹן *& locus*. Const. מְכוֹן *locus*. Cum præf. מִמְּכוֹן *de loco*. Cum affix. מְכוֹנוֹ *locus ejus*, m. Cum præf. & aff. בִּמְכוֹנִי *in loco meo*, c. Plur. cum aff. מְכוֹנֶיהָ *bases ejus*, f. Rad. כּוּן in Qal & Poel, *paravit, præparavit, disposuit, firmavit, stabilivit*, &c.

מְכוֹנָה & מְכֹנָה, f. Lxx. Aq. *βάσις*, Vulg. & alii, *basis*. Lxx. item, *ἑτοιμασία præparatio*, &c. Vide nomen præcedens; nam duo illa nomina sunt synonyma. Hinc cum præf. הַמְּכוֹנָה & הַמְּכֹנָה, *basis*, בַּמְּכוֹנָה *in basi*, לַמְּכוֹנָה *basi*. Plur. cum præf. הַמְּכֹנוֹת *bases*, וְהַמְּכֹנוֹת *& bases*. Cum aff. & sine (י) indice plur. numeri, מְכֹנֹתָיו *bases ejus*, m. R. כּוּן in Niphal, *firmari, stabiliri*, &c.

מְכוּרָה f. unde cum aff. מְכוּרֹתָם, Ezech. 29. v. 14. Vulg. *nativitas eorum*, h. e. in qua (terra) nati sunt. Lxx. Verbal. *ὅθεν ἐλήφθησαν unde capti sunt*. Alii, *negotiatio eorum*. R. מָכַר *vendidit*; unde *negotiatio*, quæ fit venditione & emtione.

מָכִי Mass. & Vulg. *Machi*, nom. proprium patris Guel, Num. 13. v. 15. al. 16. Etym. *percussor* vel *pauper*; à נָכָה *percussit*, aut מוּךְ vel מָכַךְ, *depauperatus est*.

מָכִיר Mass. & Vulg. *Machir*, nomen propr. 1°. filii Manasse, Gen. 50. v. 22. 2°. filii Ammiel, 2. Reg. 9. v. 4. Etym. *vendens* aut *agnoscens*; à מָכַר *vendidit*, aut נָכַר in Piel & Hiphil, *agnovit*.

מָכִירִי Mass. *Machiri*, Vulg. *Machiritæ*, Num. 26. v. 29. nomen patronymicum posterorum præcedentis מָכִיר *Machir*, quem vide cum ejus etymologia.

מָכַךְ QAL. Lxx. *πένομαι*, Vulg. & alii, *pauper sum, depauperor*, *ὑστερέομαι indigeo, inops sum, ταπεινόομαι*, Vulg. & alii, *humilior, ταπεινός εἰμι humilis sum*. Vulg. item & alii, *attenuor*.

Ben. s. m. מָךְ ex forma quiesc. ע quasi à מוּךְ, quod vide supra col. 1046. *pauper, attenuatus*. Sic cum præf. וּמָךְ *& attenuatus*.

Fut. 3. p. s. m. ex forma quiesc. ע, aut à מוּךְ, quod vide loco supra laudato, יָמֹךְ pro יָמֹךְ, *attenuatus, pauper fuerit*. 3. p. pl. m. cum præf. וּמַכּוּ *& attenuati, & humiliati sunt*.

NIPHAL נָמַךְ, unde 3. p. s. m. Fut. יִמַּךְ, Eccle. 10. v. 18. Lxx. *ταπεινωθήσεται*, Vulg. *humiliabitur*. Alii, *attenuatur, attenuabitur*.

HOPHAL הוּמַךְ, unde 3. p. plur. c. Praet. 1°. cum præfix. 2°. cum (ֻ) sequente dagh. loco (וּ) per legem æquivalentiæ. 3°. cum (ׄ) sub ה loco (ֻ) accelerandæ pronuntiationis gratia, וְהֻמְּכוּ, Job. 24. v. 24. pro וְהוּמְכוּ, Lxx. *καὶ ἐμαράνθη & emarcuit*. Vulg. *& humiliabuntur*. Alii, *& attenuabuntur, & deprimentur*. Hæc persona referri etiam potest ad מוּךְ, quod vide supra col. 1046. Vide etiam Gram. Heb. tom. 1. p. 226. c. 1. 2.

מִכְלָה f. contractum pro מִכְלָאָה, ut liquet ex plur. Lxx. Habac. 3. v. 17. *βρῶσις esca, alimentum, pabulum*; ab אָכַל *comedit*. Alius ibid. *μάνδρα*, Vulg. & alii, *ovile, caula*. Lxx. alibi, *ποίμνιον grex*, per metonymiam contenti pro continente. Hinc cum præf. מִמִּכְלָה *de ovili, de caula*. Plur. מִכְלָאוֹת cum א epenthetico, aut potius à sing. inusit. מִכְלָאָה, unde const. & cum præf. מִמִּכְלְאֹת *ex caulis*. Cum præf. & affix. מִמִּכְלְאֹתֶיךָ *è caulis tuis*, m. Rad. כָּלָא *clausit, inclusit*; unde *caula*, quod in ea pecora includantur.

מִכְלוֹל m. Lxx. Ezech. 23. v. 12. *εὐπάρυφα* (*ἱμάτια*) *eleganter texta, splendida* (*vestes*). Vulg. *varia* (*vestis*). Et cap. 38. v. 4. Lxx.

Digitized by Google

θώρακες, Vulg. *loricæ.* Alii utrobique, *perfectio, consummatio*, h. e. vestes perfectissimæ, pulcherrimæ, ditissimæ, in omni genere decoris consummatissimæ. R. כָּלַל in Piel, *perfecit, consummavit.*

מִכְלוֹל m. unde plur. cum præf. & (ְ) pro (ֹ), בְּמַכְלֻלִים, Ezech. 27. v. 24. Aq. ἐν ἐγκατασκευαῖς *in constructis, in concinnis, in affabre elaboratis* (involucris). Sym. teste S. Hieron. comment. in h. l. *in pretiosis.* Alius, qui Theodoreto *Syrus* dicitur, ἐν ἀποκρύφοις *in occultis.* Theod. retenta voce Heb. & vitio amanuensium deturpata, ἐν μαχαλίμ. Vulg. adverb. *multifariam.* Vacat apud Lxx. Alii, *in universitatibus, in perfectionibus, in consummationibus* involucrorum, h. e. in involucris perfectissimis, pulcherrimis. R. כָּלַל *perfecit, consummavit.*

מִכְלוֹת f. plur. 2. Paral. 4. v. 21. à sing. inusit. מִכְלָה, Lxx. καθαρὸν *purum*, Vulg. *mundissimum* (aurum). Alii, *perfectiones* (auri), h. e. aurum perfectissimum, purissimum, defæcatissimum. Rad. כָּלָה *perfectus, consummatus est.*

מֶלֶךְ, m. Chald. Lxx. Theod. *βασιλεύς*, Vulg. & alii, *rex*. Theod. item, *βασιλικός regius*. Et ſubſtant. *βασιλεία regnum*. Cum præf. וּמַלְכָּא *& rex*, לְמַלְכָּא *regi*. Plur. מַלְכִין, ex terminatione Heb. מַלְכִים, & emphat. מַלְכַיָּא, *reges*. Cum præf. וּמַלְכִין *& reges*. Rad. מְלַךְ *regnavit*.

מַלְכֹּדֶת f. unde cum præf. aff. & (ְ) pro (ֳ hhatoúph), וּמַלְכֻּדְתּוֹ, Job. 18. v. 10. Lxx. aut potius Theodotio; nam hic & præcedens verſus aſteriſco notantur in editione, ſeu Bibliotheca Divina S. Hieronymi, proindeque apud Lxx. deerant, *καὶ ἡ σύλληψις αὐτοῦ & comprehenſio ejus*, m. Vulg. & alii, *& decipula illius*. Rad. לָכַד *cepit, apprehendit, comprehendit*.

מַלְכָּה f. Lxx. *βασίλισσα*, Vulg. & alii, *regina*. Cum præf. הַמַּלְכָּה *regina*, וְהַמַּלְכָּה *& regina*, בַּמַּלְכָּה *cum regina*. Conſt. מַלְכַּת *regina*. Cum præf. וּמַלְכַּת *& regina*. Plur. abſol. מְלָכוֹת *reginæ*. Rad. מָלַךְ *regnavit*; unde מֶלֶךְ *rex*, & מַלְכָּה *regina*.

מִלְכָּה Maſſ. *Milcáh*, Vulg. *Melchá*, nomen propr. filiæ Aran, uxoris Nachor, Gen. 11. v. 29. Etym. *regina*. Vide vocem præced.

מַלְכּוּ Chald. per apocopen *τοῦ* ת pro

מַלְכוּת Heb. & Chald. & emphatice

מַלְכוּתָא f. Chald. cum כ ubique aſpirato, quanvis præcedat (ְ) quieſcens, quia hoc nomen excipitur. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 32. c. 1. num. 6. Lxx. Theod. *βασιλεία*, Vulg. & alii, *regnum*. Lxx. item, *βασίλειον regia*, *βασιλικόν regium* (indumentum), *βασιλεύς rex*. Et adjective, *βασιλικός regius*, *βύσσινος byſſinus*. Alii item, *dominium, poteſtas regia, imperium regale*, ſeu *dignitas regalis*. Cum præfix. הַמַּלְכוּת *regnum*, וּמַלְכוּ & וּמַלְכוּתָא, Chald. *& regnum*, בְּמַלְכוּת, בְּמַלְכוּת, & Chald. בְּמַלְכוּתָא, *in regno*, וּבְמַלְכוּת *& in regno*, לְמַלְכוּת & לְמַלְכוּת, *regni, ad regnum*. Cum præf. & affix. מַלְכוּתוֹ, cum (ְ) pro (ֻ), מַלְכוּתוֹ, & Chald. מַלְכוּתֵהּ, *regnum ejus*, m. וּמַלְכוּתוֹ, & Chald. וּמַלְכוּתֵהּ, *& regnum ejus*, m. בְּמַלְכוּתוֹ *in regno ejus*, m. לְמַלְכוּתוֹ *regno ejus*, m. וּמַלְכוּתָהּ *& regnum ejus*, f. מַלְכוּתְךָ in pauſa מַלְכוּתֶךָ, & Chald. מַלְכוּתָךְ, *regnum tuum*, m. וּמַלְכוּתְךָ in pauſa, *& regnum tuum*, m. בְּמַלְכוּתָךְ, Chald. *in regno tuo*, m. מַלְכוּתִי *regnum meum*, c. בְּמַלְכוּתִי *in regno meo*, c. וּבְמַלְכוּתִי *& in regno meo*, c. מַלְכוּתָם *regnum eorum*, בְּמַלְכוּתָם *in regno eorum*. Plur. מַלְכֻיּוֹת, & Chald. emphat. מַלְכְוָתָא, à ſingul. מַלְכוּ, *regna*. Conſt. Chald. מַלְכְוָת idem. R. מָלַךְ Heb. & מְלַךְ Chald. *regnavit*.

מַלְכִּיאֵל Maſſ. *Malkiél*, Vulg. *Melchiél*, nomen proprium filii Beriæ aut Bariæ, Gen. 46. v. 17. 1. Paral. 7. v. 31. Etym. *rex* aut *conſiliarius meus Deus*; ex מֶלֶךְ *rex, conſiliarius*, aff. 1. p. ſ. c. & אֵל *Deus*.

מַלְכִּיאֵלִי Maſſ. *Malkíelí*, Vulg. *Melchielitæ*, nom. patronymicum poſterorum Melchielis, Num. 26. v. 45. Etym. eadem ac nominis præcedentis.

מַלְכִּיָּה, & cum ſyllabica adjectione

מַלְכִּיָּהוּ Maſſ. *Malkiiiá*, *Malkiiiáhou*, Vulg. *Melchias*, nom. propr. 1°. patris Phaſſur, Jerem. 21. v. 1. 2°. filii Amelech, Jerem. 38. v. 6. 3°. filii Athanai filii Zara, 1. Paral. 6. v. 40. Etym. *rex* aut *conſiliarius Dominus*; ex מֶלֶךְ *rex, conſiliarius*, & יָהּ *Dominus*.

מַלְכִּי־צֶדֶק Maſſ. *Malki-tſédheq*, Vulg. *Melchiſedec*, nomen propr. Sacerdotis & regis Salem ſive Jeruſalem, Gen. 14. v. 18. Etym. *rex juſtitiæ*; ex מֶלֶךְ *rex*, & צֶדֶק *juſtitia*.

מַלְכִּירָם Mass. *Malkirám*, Vulg. *Melchirám*, nomen proprium filii Jechoniæ filii Joakim, 1. Paral. 3. v. 18. Etym. *rex* aut *consiliarius meus excelsus*; ex מֶלֶךְ *rex*, *consiliarius*, aff. 1. p. s. c. & רָם *excelsus*.

מַלְכִּישׁוּעַ Mass. *Malkijehoŝua*, Vulg. *Melchisúa*, nomen proprium filii Saül, 1. Reg. 14. v. 49. cap. 31. v. 2. 1. Paral. 8. v. 33. Etym. *rex*, aut *consiliarius meus salvator*, aut *salus*; ex מֶלֶךְ *rex*, *consiliarius*, aff. 1. p. s. c. & יֶשַׁע aut יְשׁוּעָה, *salus*.

מַלְכָּם pro מַה־לָּכֶם, vide supra col. 1037. in מַה־.

מַלְכָּם Mass. *Malcàm*, Vulg. *Melchóm*, & *Melchóm*, nomen proprium 1°. idoli Ammonitarum, Jerem. 49. v. 1. Idem est ac מֶלֶךְ, quod vide supra col. 1120. 2°. filii Saharaim ex Hodes uxore ejus, 1. Paral. 8. v. 9. Etym. *rex* aut *consiliarius eorum*; ex מֶלֶךְ *rex*, & aff. 3. p. pl. m.

מִלְכֹּם Mass. *Milcóm*, Vulg. *Melchóm*, nom. proprium idoli Ammonitarum, 4. Reg. 23. v. 13. Idem est ac præced. & מֶלֶךְ, quod vide supra col. 1120. Etym. *rex* aut *consiliarius eorum*. Vide nomen præced.

מְלֶכֶת f. Lxx. *βασίλισσα*, Vulg. & alii, *regina*, *στρατιά*, Jerem. 7. v. 18. *exercitus*, cœlorum videlicet, nempe sydera, planetæ. Hinc cum præf. לִמְלֶכֶת *reginæ*. Rad. מָלַךְ *regnavit*.

מְלֶאכֶת f. *opus*, vide in מְלָאכָה, sup. col. 1109.

מלל QAL, unde Ben. s. m. מֹלֵל, Prov. 6. v. 13. Lxx. Verbal. *σημαίνει significat*. Vulg. *terit* (pede). Aq. Participial. *τρίβων terens*. Sym. *προστρίβων atterens*. Alii, *loquens est*, *loquitur*, ex significatione sequentis Piel.

PIEL מִלֵּל, & PAEL Chald. ex forma hhiriq, מַלֵּל, Lxx. Theod. per aphæresin τοῦ מ, *λαλῶ*, Vulg. & alii, *loquor*, *eloquor*, concisè, ut volunt, & Laconicè. Lxx. item, *ἀναγγέλλω annuntio*, *νοέω intelligo*, *cogito*. Alii item, *dico*.

Praet. 3. p. s. m. מִלֵּל & Chald. מַלִּל, *loquutus est*, *dixit*. 3. p. pl. c. in pausa, quæ revocavit (ֵ) motionem primariæ vocis, מִלֵּלוּ *loquuta*, *eloquuta sunt* (labia), *loquentur*, *eloquentur*.

Ben. s. m. Chald. מְמַלֵּל & מְמַלִּל; & fem. מְמַלְּלָה, *loquens erat*, *loquebatur*.

Fut. 3. p. s. m. יְמַלֵּל & Chald. יְמַלִּל, *loquetur*, *eloquetur*. 2. p. s. m. תְּמַלֵּל, *loqueris*, *effaberis*.

מִלֲלַי Mass. *Milalái*, Vulg. *Malalái*, nomen proprium Sacerdotis, qui una cum Zorobabele è Babylonia Jerusalem ascendit, Nehem. 12. v. 35. al. 36. Etym. *circumcisiones*, aut *loquutiones meæ*, à מוּל aut נָמַל *circumcidit*, aut מִלֵּל in Piel, *loquutus est*, & aff. 1. p. pl. c.

מַלְמַד m. unde const. & cum præf. בְּמַלְמַד, Jud. 3. v. 31. Lxx. *ἀροτρόποδι*, Vulg. *vomere*. Sym. *ἐχέτλῃ stivâ*. Alii, *stimulo*, *baculo* (bovis), h. e. quo regitur vel pungitur bos. R. לָמַד *didicit*, in Piel, *docuit*, *erudivit*; unde *vomer*, *stiva*, & *stimulus*; quod terram ad producendum, & boves ad arandum, &c. erudiant.

מלץ QAL, unde NIPHAL נִמְלַץ, ex quo 3. p. pl. c. Praet. נִמְלְצוּ, Psal. 118. Heb. 119. v. 103. Lxx. *γλυκέα*, Vulg. Lat. S. Hieron. & alii, *dulcia*, *suavia* (sunt eloquia tua). Hinc Græc. *μειλίσσω*, Lat. *mulsit*.

מֶלְצַר m. unde cum præfix. הַמֶּלְצַר, Dan. 1. vv. 11. 16. *præfectus ciborum*, *architriclinus*, *archimagirus*, *primus condus* principis eunuchorum Nabuchodonosoris. Aliis est nomen proprium hujus præfecti. Hinc Theod. *Ἀμελσάδ*. Ms. Alex. *Ἀμερσάρ*. Ald. *Ἀμελσάρ*. Complut. *Μελσάρ*. Vulg. *Malasár*. R. לָצַר inusit. Alii fingunt radicem quadriliteram מלצר. Qui ut nomen proprium accipiunt, illud interpretantur *circumcisionem angustiæ* aut *vinculi*; à מוּל *circumcidere*, & צַר *angustia*, *vinculum*.

מלק QAL, unde 3. p. s. m. Praet. cum præf. וּמָלַק, Levit. 1. v. 15. & cap. 5. v. 8. Lxx. *καὶ ἀποκνίσει & ungue secabit* caput ejus (avis), neque tamen illud abscindet, nec à collo separabit, ut liquet ex cap. 5. v. 8. Alius, cap. 1. v. 15. *λεπίσει decorticabit*. Alius ibid. *ψιλώσει glabrum reddet*. Vulg. cap. 1. v. 15. periphrasticωs; *& retorto ad collum capite*, *ac rupto vulneris loco*. Et cap. 5. v. 8. *retorquebit caput ad ejus pennulas*, *ita ut collo hæreat*. Alius ibid.

Digitized by Google

nempe cap. 5. v. 8. *ἀνακλάσει refringet.* Sic etiam Samar. cap. 1. v. 15. Sensus est, secundum veteres Hebræos in Zevahhim cap. 6. fol. 64. trahet collum avis.... & secabit ungue contra cervicem, donec perveniat ad jugulum, quod secabit, hoc est, illius partem; sed non dividet aut amputabit. Sunt tamen qui cap. 1. v. 15. caput amputatum & à collo divulsum existiment; quod ibi scriptum non sit, ut cap. 5. v. 8. וְלֹא יַבְדִּיל *neque dividet.*

מַלְקוֹחַ m. Lxx. *σκῦλα spolia.* Sym. *λῆψις captio, captura.* Vulg. & alii, *præda.* Lxx. item, *λάρυγξ,* Vulg. & alii, *guttur, fauces,* quod cibum mansum accipiant. Et Verbaliter, *λαμβάνω capio.* Cum præf. הַמַּלְקוֹחַ *præda,* וּמַלְקוֹחַ *& præda.* Plur. cum aff. & in pausa, quæ mutavit (-) in (-) sub ח, מַלְקוֹחָי *fauces meæ, faucibus meis,* c. Rad. לָקַח *cepit.*

מַלְקוֹשׁ m. Lxx. *ὄψιμος (ὑετὸς),* Vulg. & alii, *serotinus* imber, *serotina* pluvia, quæ nimirum mense Maio, & sero, h. e. illo tempore, quo segetes ante maturitatem maximè opus habent, decidit. Cum præf. וּמַלְקוֹשׁ *& pluvia serotina,* כְּמַלְקוֹשׁ *sicut pluvia serotina,* לְמַלְקוֹשׁ *ad pluviam serotinam.* R. לָקַשׁ *collegit.*

מַלְקָחַיִם, & cum (-) sub ם pro (-)

מֶלְקָחַיִם, dual. m. Lxx. Aq. Theod. *λαβίς,* Vulg. & alii, *forceps.* Sym. *λαβίδες,* Vulg. & alii, *forcipes.* Lxx. item, *ἐπαρυστήρ,* Exod. 25. v. 38. *haustrum, vas ad hauriendum* (Vulg. *emunctoria*), *ἐπαρυστρίδες,* 3. Reg. 7. v. 49. *haustra,* Vulg. *forcipes.* Hinc cum præf. וּמַלְקָחַיִם *& forcipes,* בְּמַלְקָחַיִם *forcipibus.* Cum aff. מַלְקָחֶיהָ *forcipes ejus,* f. Cum præf. & affix. וּמַלְקָחֶיהָ *& forcipes ejus,* f. R. לָקַח *cepit, accepit;* unde *forcipes* quasi *acceptoria,* seu capiendi instrumenta.

מַלְתָּחָא, & cum ח pro א

מַלְתָּחָה, vide in מֶלַח, supra col. 1111.

מֶלְתָּחָה f. unde cum præf. הַמֶּלְתָּחָה, 4. Reg. 10. v. 22. *Et dixit* לַאֲשֶׁר עַל־הַמֶּלְתָּחָה, Lxx. Vatic. *τῷ,* Ald. *τοῖς ἐπὶ τοῦ οἴκου μεσθάαλ, ei qui præpositus erat, eis qui præpositi erant domui mesthááal.* Ms. Alex. *μεσθάαλ misthááal.* Vocem Hebraicam, sed pro more librariorum vitiatam, retinuerunt. Ea vacat apud Complut. Vulg. *his qui erant super vestes.* Alii, *super vestiarium, super locum ubi peculiariter reponebantur vestes byssinæ, quæ sacerdotibus olim, maxime Æthiopibus, in usu erant.* R. לָתַח Æthiop. & Arabibus, *subtilis fuit.* Unde מֶלְתָּחָה *vestiarium,* seu locus, quo recondebantur vestes hæ sacerdotales, ab ipsarum subtilitate sic dictus.

מַלְתָּעוֹת f. pl. unde const. מַלְתְּעוֹת, Psal. 57. Heb. 58. v. 7. Lxx. *μύλας,* Vulg. Lat. *molæ.* S. Hieron. & alii, *molares,* dentes videlicet. R. לָתַע in Niphal, *molitus, commolitus est.*

מַמְּגֻרוֹת f. plur. Joel. 1. v. 17. Lxx. *ληνοὶ torcularia.* Vulg. *apothecæ.* Alii, *horrea, granaria.* R. גּוּר *congregavit, congregatus est;* unde *horrea,* quod in iis frumenta congregentur.

מְמַדִּים m. pl. unde cum affix. מְמַדֶּיהָ, Job. 38. v. 5. Lxx. *τὰ μέτρα αὐτῆς,* Vulg. & alii, *mensuras ejus,* f. Rad. מָדַד *mensus est, mensuravit.*

מְמוּכָן Mass. *Memouchán,* Vulg. *Mamuchán,* nomen proprium unius è septem ducibus Assueri regis Persarum, Esth. 1. vv. 14. 16. Etym. *paratus;* à כּוּן in Niph. *parari.* Vel *depauperatus;* à מָכַךְ *pauperem esse, depauperari.* Vel *percussus,* à נָכָה *percussit.*

מְמוֹתִים m. plur. à sing. inusit. מָמוֹת. Hinc const. מְמוֹתֵי, Jerem. 16. v. 4. Ezech. 28. v. 8 Lxx. *θάνατος mors.* Vulg. & alii, Jerem. 16. v. 4. *mortes.* Idem Vulg. Ezech. 28. v. 8. *interitus.* Alii ibid. *mortes.* R. מוּת *mori.*

מַמְזֵר m. Lxx. Deut. 23. v. 2. al. 3. *ἐκ πόρνης de scorto, de meretrice* natus. Aq. ibid. retenta voce Hebraica *μαμζὴρ,* Vulg. *manzér,* hoc est, ut interpretatur idem Vulg. *de scorto natus.* Et Zach. 9. v. 6. Lxx. *ἀλλογενεῖς alienigenæ.* Vulg. *separator;* referebat ad זָרָה *separavit, dispersit.* Alii utrobique, *spurius, nothus.* Rad. מָזַר inusit. Quidam deducunt à זוּר *alienum esse, alienari;* q. d. ex aliena muliere, non ex legitima patris uxore natus. Rabbini in cod. *Ievammóth,* fol. 76. 2. hanc vocem componunt ex מוּם *macula,* & זָר *aliena,* h. e. ortus & sanguinis alieni nota infamis.

מַמְחִים cum unico (׳) מְמֻחָיִם, m. plur. Isai. 25. v. 6. à sing. inusit. מְמֻחָי, Vulg. & alii, *medullata*, h. e. pinguia, opima. Vacat apud Lxx. R. מָחָה inusit. Quidam referunt ad מָחָה in Paoul Pual, ubi ה mutari in (׳) mobile autumant.

מִמְכָּר m. Lxx. Aq. [illegible], Lxx. item, πρᾶσις, Vulg. & alii, *venditio*. Sym. κτῆσις *possessio*, *emtio*. Alii item, *res vendibilis*, *quidquid venundatur*, *merx venalis*. Cum præf. הַמִּמְכָּר *venditio*. Conſt. מִמְכַּר *venditio*. Cum affix. מִמְכָּרוֹ *venditio ejus*, m. Plur. cum aff. מִמְכָּרָיו *venditiones ejus*, m. R. מָכַר *vendidit*.

מִמְכֶּרֶת f. Levit. 25. v. 42. Lxx. πρᾶσις *venditio*. Sic etiam recentiores. Vulg. *conditio*. Rad. מָכַר *vendidit*.

מְמַלֵּא m. quod ſecundum R. David Qimhhi eſt nomen Toar ſive adjectivum, 1. Paral. 12. v. 15. *plenus*, *repletus*. Aliis eſt Benoni ſ. m. Piel Verbi מָלֵא *plenus fuit*, *replevit*, maxime in Piel. Vide ſupra col. 1104. Unde Lxx. ἦν πεπληρωκὼς *replens erat*, *repleverat*. Vulg. *inundare conſuevit*. R. מָלֵא *plenus fuit*, *replevit*.

מַמְלֶכֶת, & ex forma ה præcedente duplici (ֶ), quæ forma in conſt. & cum affixis adhibetur,

מַמְלָכָה f. Lxx. Aq. βασιλεία, Vulg. & alii, *regnum*. Lxx. item, ἀρχὴ *principatus*, νόμος *lex*, βασιλεὺς *rex*, ſæpe, βασίλισσα *regina*, Jerem. 49. v. 27. al. 28. Et adjective, βασίλειος *regius*. Denique Verbal. βασιλεύω *regno*. Cum præf. הַמַּמְלָכָה *regnum*, וּמַמְלָכָה & וְהַמַּמְלָכָה, *& regnum*, בַּמַּמְלָכָה & בְּמַמְלָכָה, *in regnum*, *contra regnum*, לְמַמְלָכָה *ad regnum*, מִמַּמְלָכָה *à regno*, וּמִמַּמְלָכָה *& à regno*. Cum præf. & aff. מַמְלַכְתּוֹ *regnum ejus*, m. מַמְלַכְתְּךָ & in pauſa מַמְלַכְתֶּךָ, *regnum tuum*, m. וּמַמְלַכְתְּךָ *& regnum tuum*, m. מַמְלַכְתִּי *regnum meum*, c. וּמַמְלַכְתִּי *& regnum meum*, c. Plur. abſol. מַמְלָכוֹת *regna*. Cum præf. הַמַּמְלָכוֹת, idem, וּמַמְלָכוֹת *& regna*. Conſt. מַמְלְכוֹת, & cum ה præfix. præter analogiam, vide Gram. Heb. t. 1. pag. 421. c. 2. הַמַּמְלְכוֹת, *regna*. Cum aliis præf. לְמַמְלְכוֹת *regnis*, וּלְמַמְלְכוֹת *& regnis*. Rad. מָלַךְ *regnavit*.

מַמְלְכוּת f. Lxx. βασιλεία, Vulg. & alii, *regnum*, βασιλεὺς *rex*, Jerem. 26. v. 1. Rad. מָלַךְ *regnavit*.

מִמְסָךְ m. Lxx. Aq. Sym. Theod. κέρασμα *miſtio*, *miſtura*, *temperatura*, *vinum miſtum & temperatum*. Lxx. item, πότος *potus*, *potatio*, *compotatio*. R. מָסַךְ *miſcuit*.

מִמְשָׁל & מֶמְשָׁל, vide in מָשַׁל infra ſuo loco.

מֶמֶר m. unde cum præf. וּמֶמֶר, Prov. 17. v. 25. Lxx. καὶ ὀδύνη, Vulg. *& dolor*. Theod. καὶ παροξυσμὸς *& exacerbatio*. Et Participial. Aq. Sym. καὶ παροξύνων *& exacerbans*; legebant וּמַמְרֶה in Benoni Hiphil Verbi מָרָה. Alii, *& amaritudo*. R. מָרַר in Qal, *amarum eſſe*, & in Piel & Hiphil, *amarum reddere*, *exacerbare*.

מַמְרֵא Maſſ. *Mamré*, Vulg. *Mambré*, nom. propr. 1°. civitatis Leviticæ & confugii in Tribu Juda, quæ eſt eadem ac Hebron, Arbee, & Cariath-Arbe, vide Gen. 13. v. 18. cap. 23. vv. 17. 19. cap. 35. v. 27. &c. 2°. viri fratris Eſcol & Aner, Gen. 14. v. 13. Etym. *rebellis*; à מָרָה *rebellavit*. Vel *amarus*; à מָרַר *amarum eſſe*. Vel *mutans*, *commutans*; à מוּר in Hiph. *mutare*, *commutare*.

מַמְּרוֹרִים m. plur. Job. 9. v. 18. à ſing. inuſit. מַמְּרוֹר, Lxx. πικρίας, Vulg. & alii, *amaritudines*. R. מָרַר *amarum eſſe*.

מִמְשַׁח m. unde conſt. מִמְשַׁח, Ezech. 28. v. 14. *unctio*. Sym. Theod. Participial. κεχρισμένος *unctus*; legebant מְמֻשָּׁח in Paoul Hophal. Vulg. *extentus*; legebat מְמֻשָּׁךְ in eodem Paoul Verbi מָשַׁךְ *traxit*, *protraxit*, *extendit*. Vide hoc comma explicatum in Gram. Heb. tom. 2. p. 115. c. 2. 116. c. 1. 2. R. מָשַׁח *unxit*.

מִמְשָׁל m. Theod. Dan. 11. vv. 3. 5. κυρεία, Vulg. & alii, *dominatio*, *dominium*, *poteſtas*. Et adjective, ſeu quatenus nomen formæ, 1. Paral. 26. v. 6. Lxx. πρωτότοκοι *primogenitus*. Vulg. *præfectus*. Alii, *Dominus*, *dominator*, *præſes*. Plur. cum præf. הַמִּמְשָׁלִים *præfecti*, *Domini*, *dominatores*. R. מָשַׁל *dominatus eſt*.

מֶמְשֶׁלֶת f. & ex forma ה præcedente duplici (ֶ), quæ forma in conſtructione & cum affixis uſurpatur,

Digitized by Google

מֶמְשֶׁלֶת & מֶמְשָׁלָה, f. Lxx. Aq. Theod. ἐξουσία, Vulg. & alii, *potestas, dominium, dominatus, præfectura.* Sym. Verbaliter, ἡγοῦμαι *dux sum, præeo, præsum, impero, dominor.* Lxx. item, ἀρχή *principatus*, βασιλεία *regnum*, δυναστεία *dominium*, δυναστεία *potentia*, οἰκονομία *dispensatio*, στρατιά *exercitus.* Hinc cum præf. ex forma מֶמְשָׁלָה, הַמֶּמְשָׁלָה *dominium.* Ex forma מֶמְשֶׁלֶת, לְמֶמְשֶׁלֶת *ad dominium.* Cum præf. & affix. מֶמְשַׁלְתּוֹ *dominium ejus*, m. וּמֶמְשַׁלְתְּךָ *& dominium tuum*, m. Plur. const. cum præf. לְמֶמְשְׁלוֹת *ad dominia.* Cum aff. & (-) sub priori מ pro (·), מַמְשְׁלוֹתָיו *dominia ejus*, m. R. מָשַׁל *dominatus est.*

מִמְשָׁק m. unde const. מִמְשַׁק, Soph. 2. v. 9. Lxx. Δαμασκὸς *Damascus*; legebant דַּמֶּשֶׂק. Vulg. *siccitas.* Alii, *vepretum, locus scatens vepribus, derelictio, locus derelictus, sterilis, aridus*; à שָׁקָה in Hiphil *irrigavit*, cum מ privante, ut à דָּבַר *loquutus est*, fit מִדְבָּר *desertum.* R. David Qimhhi, *exitus*, urticæ videlicet, h. e. in quo germinant urticæ. Verosimilior interpretatio est: *derelictio, derelictus*; nam in Targum exponitur מִשְׁמָשׁ *locus derelictus.* Rad. מָשַׁק Rabbinis quibusdam *reliquit, dereliquit.*

מַמְתַּקִּים m. pl. à sing. inusit. מַמְתָּק aut מַמְתַּק. Lxx. Nehem. 8. v. 10. γλυκάσματα *dulcedines.* Sic etiam recentiores. Vulg. *mulsum.* Et Cant. 5. v. 16. Lxx. γλυκασμὸς *suavitas.* Vulg. *suavissimum.* Alii, ut supra, *dulcedines*, h. e. dulcissimum (guttur). Rad. מָתַק *dulcescere, dulce esse.*

מָן m. Lxx. μάν, μάννα, Vulg. & alii, *man, manna*, quod erat granum *minutum & quasi pilo tusum in similitudinem pruinæ*, Exod. 16. v. 14. vel *quasi semen coriandri, coloris bdellii*, Num. 11. v. 7. Cum præfix. הַמָּן *manna*, וְהַמָּן *& manna.* Cum præf. aff. & (-) sequente daghésch (quod tamen dagh. exsulat ob (·) suppositum) pro (·), per legem æquivalentiæ, וּמַנְךָ pro וּמַנְּךָ, *& manna tuum*, m. Nehem. 9. v. 20. Manna sic dictum videtur à מָן aut מַן, Chald. *quid?* Cum enim ignorarent Israëlitæ quid hoc esset, *dixerunt ad invicem*: מָן הוּא *quid est hoc?* Exod. 16. v. 15.

Alii deducunt ex מִנָּה in Piel, *paravit, præparavit*, quod manna esset cibus Israëlitis à Deo ipso præparatus, & sine labore comparatus. Vide Sapient. c. 16. v. 20.

מַן Pronomen Chald. interrogativum personæ, & quandoque rei, pro quovis numero & genere. Lxx. Theod. τίς; *quis?* τίνες; *qui?* τίνα; *quæ?* Cum præf. indefinite sumitur, Theod. ὃς *qui, quicunque, quisquis.* Hinc וּמַן *& quisquis*, וּלְמַן *& cuicumque.*

מִן Præpositio Hebraïca & Chald. regens ablativum, *à, ab, abs, de, è, ex*, &c. Sæpius ab ea tollitur נ per apocopen, & solum super est מ, quod vide supra col. 1011. ubi aliæ præpositionis hujus significationes afferuntur. Cum præf. הֲמִן *numne de?* וּמִן *& de*, לְמִן *à.* Cum (י) paragogico, מִנִּי, & cum (-) pro (·) sub נ, מִנַּי, *à, ab.* Cum ל præf. לְמִנִּי *à, ab.* Cum vocibus postpositis, מִנֵּי *ab*, vide in דַּי supra col. 397. fin. מִן דִּי Chald. *ex quo.* Cum affix. plerumque tollitur נ, quod compensatur per daghésch forte in litera seq. modo sit illius recipiendi capax, & geminatur מ, מִמֶּנּוּ, מִנְהוֹ, מִנֵּהּ, & Chald. מִנֵּהּ, *ab eo, ex eo.* Cum præf. וּמִנֵּהּ Chald. *& ex eo, & ex ea* (arbore), מִמֶּנָּה & Chald. מִנַּהּ, *ex illa.* Cum præf. וּמִנַּהּ Chald. *& ex illa*, מִמְּךָ, in pausa מִמֶּךָּ, cum dagh. in ך ad compensandum נ secundi מ abjectum, vide Gram. Heb. t. 1. p. 81. c. 2. in alia forma מִמֵּךְ, & Chald. מִנָּךְ, *à te*, m. מִמֵּךְ *ex te*, f. מִמֶּנִּי, מִנִּי, & Heb. & Chald. מִנִּי, *à me*, c. Cum præf. וּמִנִּי *& à me*, c. מֵהֶם, cum ה parag. מֵהֵמָּה, & Chald. מִנְּהוֹן, *ex illis*, m. מֵהֶן, cum ה paragog. מֵהֵנָּה, & Chald. מִנְּהֵין *ex illis*, f. Cum præf. & (י) antiqua vocali *e*, וּמִנְהֵין *& ex illis*, f. מִכֶּם & מִמְּכֶם, *à vobis*, m. מִכֶּן & מִמְּכֶן, *à vobis*, f. מִמֶּנּוּ, secundum Judæos Orientales, & מִמֶּנּוּ, secundum Occidentales, *à nobis*, c. Vide Gram. Heb. t. 1. p. 80. c. 1. fin. R. מָנַן inusit. unde מִן resecto postremo נ, quod compensatur per dagh. forte quoties ei additur vox aliqua, cujus prima litera gutturalis non est, aut ר vel cum (·) notata.

מנגינה f. unde cum aff. מנגינתם, Thren. 3. v. 63. Lxx. ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν *super*, vel *in oculos eorum*; mendum pro ἐπὶ τοὺς ψαλμοὺς αὐτῶν *in psalmos*, vel *in psalmis eorum*. Alius, ἀπὸ τῶν ψαλμῶν αὐτῶν, *à psalmis eorum*. Is & Lxx. legebant מנגינתם in plur. cum מ præposit. & à sing. נגינה *canticum*, *modulatio*, *psalmus*. Complut. ψαλμὸς αὐτῶν, Vulg. *psalmus eorum*. Alii, *carmen*, *modulatio*, *cantilena*, *canticum eorum*, h. e. objectum eram cantilenarum eorum; sive *in me psallebant*. Conf. Psal. 68. Heb. 69. v. 13. R. נָגַן *pulsavit*, nempe instrumentum musicum, *modulatus est*, *cecinit*.

מנדה [illegible] *tributum*, *vectigal*, vide supra col. 1031 in מִדָּה

מַנְדַע, & emp[illegible]

מנדעא, m. [illegible] Theod. φρόνησις, Vulg. *prudentia*, [illegible]. Vulg. *sensus*. Vulg. & alii item [illegible]*ientia*, *intelligentia*, *cognitio*. Hinc cum præfix. וּמַנְדַּע & emphat. וּמַנְדְּעָא, *& cognitio*. Cum præf. & affix. מַנְדְּעִי *mens mea*, *sensus meus*, c. וּמַנְדְּעִי *& sensus meus*, c. R. יָדַע Heb. & ידע Chald. *scivit*, *cognovit*, *intellexit*; unde מַנְדַּע *cognitio*, cum נ pro daghéch ad compensandam primam radicalem (י) abjectam, pro מַדַּע. Vide Gram. Chald. tom. 2. p. 571. col. 1.

מָנָה QAL. Lxx. ἀριθμέω, Vulg. & alii, *numero*, ἐξαριθμέω, ἐξαριθμοῦμαι, *enumero*, *dinumero*, ἐξακριβόω *diligenter & accurate recenseo*, παραδίδωμι *trado*, ἀλλάττω *muto*.

Praet. 3. p. f. m. מָנָה *numeravit*. 1. p. f. c. cum præf. וּמָנִיתִי *& numerabo*, *& tradam*.

Ben. f. m. מֹנֶה *numerans*, *qui numerat*.

Infin. cum præf. לִמְנוֹת *numerare*.

Imper. 2. p. f. m. מְנֵה *numera*.

Fut. 2. p. f. m. תִּמְנֶה, 3. Reg. 20. v. 24. *numerabis*, *recensebis*. Vulg. *instaura*. Lxx. Vatic. ἀλλάξομεν *mutabimus*. Ald. ἀλλάξομαι *mutabo*. Complut. ἄλλαξον *muta*.

NIPHAL. נִמְנָה, Lxx. ἀριθμοῦμαι, Vulg. & alii, *numeror*, ἐξαριθμοῦμαι *enumeror*, *dinumeror*, λογίζομαι *reputor*, *æstimor*.

Praet. 3. p. f. m. נִמְנָה *numeratus*, *reputatus est*.

Infin. cum præf. לְהִמָּנוֹת *numerari*.

Fut. 3. p. f. m. יִמָּנֶה *numerabitur*. 3. p. pl. m. יִמָּנוּ *numerabuntur*.

PIEL מִנָּה, Lxx. συντάσσω, Theod. ἐπιτάσσω, ἐκτάσσω, Vulg. & alii, *præcipio*, *impero*. Vulg. item & alii, *paro*, *preparo*. Lxx. item passive, δίδομαι *dor*, Job. 7. v. 3. ubi Hebræum idiotismum ad linguæ Græcæ indolem accommodarunt. Alii item, *constituo*, *decerno*, *definio*, *destino*, *deputo*.

Praet. 3. p. pl. c. מִנּוּ *numerarunt*, *constituerunt*.

Imper. 2. p. f. m. per apocopen, de qua vide Gram. Heb. tom. 1. p. 296. c. 1. מַן pro מַנֵּה, Psal. 60. Heb. 61. v. 8. *præpara*. Lxx. τίς; Vulg. Lat. *quis?* referebant ad מַן Chald. *quis?* V^a. & VI^a. edit. ἀπὸ σοῦ *à te*; legebant מן *à*, *ab*, & pronomen σοῦ sensûs complendi gratia adjecerunt. Aq. Sym. & S. Hieron. hanc vocem prætermiserunt.

Fut. 3. p. f. m. cum apocopa, quam vide in Gram. Heb. tom. 1. p. 296. c. 1. וַיְמַן pro וַיְמַנֶּה, *& præcepit*, *& constituit*.

PUAL מֻנָּה, unde Paoul pl. m. מְמֻנִּים, 1. Paral. 9. v. 29. Lxx. καθεσταμένοι *constituti*. Sic etiam recentiores.

מְנָה vel מְנָא, Chald. PEAL. Theod. μετρέω *metior*. Vulg. & alii, *numero*.

Praet. 3. p. f. m. מְנָה, & ex forma (-), מְנָא, *numeravit*.

PAEL מַנִּי, Lxx. Theod. καθίστημι, Vulg. & alii, *constituo*, *præficio*.

Praet. 3. p. f. m. מַנִּי *constituit*. Cum præf. וּמַנִּי *& constituit*. 2. p. f. m. מַנִּיתָ *constituisti*.

Imper. 2. p. f. m. מַנִּי *constitue*, Esd. 7. v. 25. ubi מ afficitur (-) pro (-), & accentus est in penultima contra analogiam. Vide Gram. Chald. tom. 2. p. 609. col. 1. fin.

מָנָה f. Lxx. μερίς, Vulg. & alii, *pars*, *portio*, propriè numerata, definita, constituta & alicui destinata. Cum præf. הַמָּנָה *pars*, לְמָנָה *in partem*. Const. מְנַת, & cum (-)

Digitized by Google

pro (-) præter analogiam, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 125. c. 1. מְנָת, *pars, portio.* Cum præf. & eodem (·) pro (-), וּמְנָת *& pars, & portio.* Plur. מְנָיוֹת, tertia rad. ת mutata in א, auctoque syllabarum numero, quare (·) penultimæ mutatur in (·), מְנָאוֹת, & eadem tertia radicali conversa in (׳), מְנָיוֹת, *partes, portiones.* Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 59. c. 2. Cum aff. מְנָתֶיהָ *partes ejus*, f. servato (-) penult. quia nomen istud venit ex quiesc. Lam. ה, מָנָה *numeravit, in partes numerando distribuit*; aut potius à מַן Arabibus, *distribuit, erogavit.* Vide Gram. Heb. t. 1. p. 87. c. 2.

מָנִים m. Lxx. μνᾶ, Vulg. & alii, *mina, mna.* Erat summa complectens sexaginta siclos, Ezech. 45. v. 12. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 514. col. 2. Hinc cum præf. הַמָּנֶה *mina.* Plur. מָנִים *minæ.* R. מָנָה *numeravit*; unde *mina*, quod certum numerum siclorum, nempe sexaginta, ut diximus, complecteretur.

מִנְהָג m. Aq. ἔλασις *agitatio.* Vulg. *incessus.* Sym. Theod. ἀγωγὴ *ductus.* Sic etiam plerique recentiores. Lxx. Verbal. ἄγω *duco.* Rabbinis est *mos, consuetudo, agendi ratio.* Hinc cum præf. וְהַמִּנְהָג *& ductus, & incessus*, 4. Reg. 9. v. 20. Const. כְּמִנְהַג *sicut ductus, sicut incessus*, ibid. R. נָהַג *duxit, deduxit.*

מִנְהָרוֹת f. pl. à sing. inusit. מִנְהָרָה; unde cum præf. הַמִּנְהָרוֹת, Jud. 6. v. 2. Ald. Complut. ms. Oxon. & Theod. μάνδραι, Vulg. & alii, *antra, speluncæ.* Lxx. Vatic. τρυμαλιαί *foramina.* R. נָהַר *confluxit*, & Chald. *splenduit*; unde *antrum, specus*, vel quod pecora in ea confugiant, vel per antiphrasin, quod obscura sint & splendori impervia.

מָנוֹד m. unde const. מְנוֹד, Psal. 43. Heb. 44. v. 15. Lxx. Sym. κίνησις, alius, μετακίνησις, Vulg. Lat. S. Hieron. & alii, *motio, commotio.* R. נוּד *moveri, commoveri.*

מָנוֹחַ & cum (׳) pro (ו), מָנֹחַ, m. Lxx. ἀνάπαυσις, κατάπαυσις, Vulg. & alii, *quies, requies*, στάσις *statio.* Alii item, *quietis locus, residentia, sedes.* Const. & cum præf. מִמְּנוֹחַ *à quiete, ex quo quievit.* Rad. נוּחַ *quiescere, requiescere.*

מָנוֹחַ Maſſ. *Manhahh*, Vulg. *Manuë*, nomen proprium patris Samsonis, Jud. 13. v. 2. Etym. *quies, requies.* Vide vocem præcedentem.

מָנֹחַ vide in מָנוֹחַ, col. præced.

מְנוּחָה & cum (·) pro (ו), מְנֻחָה, f. Lxx. Aq. Sym. Theod. ἀνάπαυσις, Lxx. item, κατάπαυσις, ἀνάπαυμα, Vulg. & alii, *quies, requies, quietis locus.* Lxx. item, δῶρα *donum*, Jerem. 51. v. 59. ubi Vulg. *prophetia*, θυσία *hostia*, 2. Reg. 14. v. 17. ubi Vulg. *sacrificium*, &c. quibus in locis Lxx. legebant מִנְחָה, quod vide infra col. seq. Lxx. item Verbal. ἀναπαύομαι *quiesco, requiesco.* Cum præf. הַמְּנוּחָה *requies*, וּמְנֻחָה *& requies*, לִמְנֻחָה *ad quietem.* Cum præf. & aff. מְנוּחָתוֹ *requies ejus*, m. לִמְנוּחָתֶךָ in pausa, *ad requiem tuam*, m. מְנוּחָתִי *requies mea*, c. Plur. מְנוּחוֹת *quietes, tranquillæ* (aquæ). Cum præf. וּבִמְנוּחֹת *& in locis quietis.* Ex forma masc. (nisi sit à מָנוֹחַ) cum præf. ל, affixo Chald. Poëtico, & in pausa, quæ mutavit (-) in (·) sub ח, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 127. c. 2. לִמְנוּחָיְכִי, Psal. 115. Heb. 116. v. 7. *in requies tuas*, f. Lxx. in sing. εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου, Vulg. Lat. & S. Hieron. *in requiem tuam*, f. R. נוּחַ *quiescere, requiescere.*

מָנוֹן m. Prov. 29. v. 21. Lxx. Verbal. ὀδυνηθήσεται *dolebit, dolore afficietur.* Sym. γογγυσμὸς *murmuratio*, h. e. causa murmurationis. Vulg. *contumax*, legisse videtur מָדוֹן *contentio, rixa*; & posito concreto pro abstracto, *contentiosus, rixosus, contumax.* Hebræis est *filius*, à נִין in Niphal, secundum eos, *sobolescere, filium fieri.* Alii, *oppressio*; ab יָנָה *oppressit.*

מָנוֹס, & cum (ו) pro (ו), מָנֻס, m. Lxx. φυγή, Vulg. & alii, *fuga*, καταφυγή, Vulg. & alii, *refugium, effugium, perfugium, confugium*, σωτηρία *salus.* Cum præf. וּמָנוֹס *& perfugium.* Cum præf. & affix. וּמְנוּסִי *& perfugium meum*, c. Rad. נוּס *fugere*, &c.

מָנֻס vide in præcedenti nomine.

מְנוּסָה f. Lxx. φυγή, Vulg. & alii, *fuga.* Et Verbal. φεύγω seu φεύγομαι, Vulg. *fugio.* Hinc cum præf. וּבִמְנוּסָה *& in fuga, & per*

fugam. Const. & cum (ֶ) pro (ַ), מְנֻסַת *fuga.* R. נוּס *fugere.*

מָנוֹר m. Lxx. *μεσαντίον*, *μέσακλον*, al. *μέσαυλον*, al. *μέσακλον*, al. *μέσακλον*, Aq. Theod. *ἀντίον*, Vulg. & alii, *liciatorium*, *jugum textorum.* Sym. *ἱστὸς malus* (navis), & metaphorice, *liciatorium*, ut supra. Est lignum teres ac rotundum circa quod pannus aut tela circumvolvitur. Hinc cum præf. כִּמְנוֹר *sicut liciatorium.* Rad. מָנַר inusit.

מְנוֹרָה & מְנֹרָה, f. Lxx. *λυχνία*, Vulg. & alii, *candelabrum*, *lychnuchus.* Cum præf. הַמְּנוֹרָה *candelabrum*, הַמְּנֹרָה & וּמְנוֹרָה, *& candelabrum*, וּבַמְּנוֹרָה *& in candelabro*, לַמְּנוֹרָה *ad candelabrum.* Const. מְנֹרַת & מְנוֹרַת, *candelabrum.* Cum præf. וּמְנוֹרַת *& candelabrum.* Plur. cum præf. הַמְּנֹרוֹת *candelabra*, וּמְנֹרוֹת *& candelabra*, לַמְּנֹרוֹת *pro candelabris*, וְלַמְּנֹרוֹת *& pro candelabris.* Rad. נוּר inusit. Hebræis, sed Arabibus, *luxit*, *splenduit.*

מִנְּזָרִים m. pl. à sing. inusit. מִנְּזָר, cum daghésch anomalo in נ, de quo vide Gram. Heb. tom. 1. p. 29. c. 2. Hinc cum affix. מִנְּזָרַיִךְ, Nah. 3. v. 17. Vulg. *custodes tui*, f. referebat ad נָצַר *custodivit.* Alii, *principes tui*, *majores tui*, *duces tui*, q. d. coronam habentes; à נֵזֶר *corona.* Lxx. Verbal. & nullo sensu, *ἐξήλατο exsiliit.* R. נָזַר *separavit*, & olim etiam *coronavit*, ut ex nomine derivato jam laudato נֵזֶר, conjicere licet.

מָנֹחַ m. Lxx. *ἀπόλοιπος*, *ὑπόλοιπος*, *reliquus*, *relictus* (locus), *reliquum*, *relictum* (spatium, &c.) Sic etiam recentiores. Cum præf. הַמֻּנָּח *relictus*, לַמֻּנָּח *relicto*, *relictæ areæ.* R. נוּחַ in Hiph. *reliquit*, in Hophal, cujus hoc nomen Paoul esse potest, *relictus est.*

מְנֻחוֹת vide supra col. præced. in מְנוּחָה.

מִנְחָה f. Heb. & Chald. Lxx. Aq. *δῶρον*, Aq. item, *δόσις*, Lxx. item, *ξένιον*, Vulg. & alii, *donum*, *munus*, tam Deo, quam hominibus oblatum. Lxx. item, *θυσία*, *θυσίασμα*, *hostia*, *sacrificium*, *προσφορὰ oblatio*, proprie è frugibus terræ, *σεμίδαλις similago.* Sæpe etiam vocem Heb. sed ab amanuensibus, ut fit, corruptam, *μαναά* retinent. Hoc sacrificium vespere & mane offerebatur. Unde Rabbinis vespera dicitur etiam *Minhha.* Ea autem vespera seu Minhha, duplex erat; vespera magna, quæ incipiebat ab hora nostra duodecima cum media, quo tempore oravit S. Petrus, Act. 10. v. 9. & vespera parva, cujus initium erat hora nostra tertia cum media pomeridiana, cum Minhha offerebatur. Eo tempore ascenderunt SS. Petrus & Joannes in Templum orationis gratia, Act. 3. v. 1. & Centurio Cæsariensis oravit, ibid. c. 10. vv. 3. 30. Minhha matutina, seu oblatio sacrificii hujus matutini incipiebat cum sole oriente, durabatque ad horam nostram decimam, intra cujus temporis spatium Apostoli Spiritum Sanctum acceperunt, Act. 2. v. 15. Destructo Templo & altari, Judæi preces iisdem horis fieri solitas retinuerunt, & etiamnum, quantum in eis est, retinent. Vide plura in Buxtorfii lexico ad hanc vocem. Cum præf. הַמִּנְחָה *munus*, *oblatio*, וּמִנְחָה & וְהַמִּנְחָה, *& munus*, בְּמִנְחָה & בַּמִּנְחָה, *cum munere*, וּבְמִנְחָה *& cum munere*, כְּמִנְחָה *tanquam munus*, וּכְמִנְחָה *& sicut oblatio*, לְמִנְחָה & לַמִּנְחָה, *ad oblationem.* Const. מִנְחַת *oblatio.* Cum præf. וּמִנְחַת *& oblatio*, בְּמִנְחַת *oblatione*, וּבְמִנְחַת *& in oblatione*, כְּמִנְחַת *secundum oblationem*, לְמִנְחַת *ad oblationem.* Cum præf. & affix. מִנְחָתוֹ *oblatio ejus*, m. וּמִנְחָתוֹ *& oblatio ejus*, m. מִנְחָתָהּ *oblatio ejus*, f. וּמִנְחָתָהּ *& oblatio ejus*, f. מִנְחָתְךָ & in pausa מִנְחָתֶךָ, *oblatio tua*, m. מִנְחָתִי *munus meum*, c. וּבְמִנְחָתִי *& munus meum*, c. מִנְחָתָם *oblatio eorum*, וּמִנְחָתָם & Chald. וּמִנְחָתְהוֹן, *& oblatio eorum.* Plur. cum affix. מִנְחֹתֶיךָ *oblationes tuæ*, m. Cum præf. & aff. וּמִנְחֹתֵיכֶם *& oblationes vestræ*, m. וּלְמִנְחֹתֵיכֶם *& cum oblationibus vestris*, m. R. מָנַח Hebræis inusitatum, sed Arabibus, *donavit*, *dono*, *munere affecit.*

מְנַחֵם Mass. *Menahhém*, Vulg. *Manahém*, nomen propr. filii Gadi, 4. Reg. 15. v. 14. Etym. *consolator*; à נָחַם in Piel, *consolatus est.* Vel *ductor eorum*; ex נָחָה *duxit*, & aff. 3. p. pl. m. Vel *præparatio caloris*, aut *numerans calorem*, à מָנָה in Qal *numeravit*, in Piel *præparavit*, & חָמַם *caluit*, *incaluit.*

Digitized by Google

מְנָחַת Maſſ. *Manáhhath*, Vulg. *Manáhath*, nomen proprium 1°. filii Sobal filii Seir, Gen. 36. v. 23. 1. Paral. 1. v. 40. 2°. regionis in dimidia Tribu Manaſſe cis Jordanem, 1. Paral. 8. v. 6. Etym. *requies* aut *munus*; ex נוּחַ *quieſcere*, aut מָנַח Arabibus, *munus dare*. Vel *præparata formido*, *confractio*, aut *deſcenſio*; à מָנָה in Piel, *præparavit*, חַת *terror*, *confractio*, aut נַחַת *deſcenſio*, &c.

מְנִי m. unde cum præf. לַמְנִי aut לִמְנִי, Iſai. 65. v. 11. Lxx. τῇ τύχῃ *fortunæ*. Sym. teſte S. Hieron. comment. in h. l. tom. 3. nov. edit. col. 487. *abſque me*; legebat לְמִנִּי cum ל pleonaſtico, præpoſitione מִן à, *ab*, *ſine*, &c. & aff. 1. p. ſ. c. Vulg. *ſuper eam* (menſam). Legebat לְמַנִּי, quomodo legit Sym. niſi quod (ו) pro (י) in fine legerit. Alii, *Mercurio*. Alii, *lunæ*, quæ, ut volunt, ab hoc vocabulo dicta eſt μήνη. Alii, *Menahh* Arabum idolo, quod ſydera, quæ pluviam ciebant, placare credebatur. Alii appellative, *numero*, ſtellarum videlicet. Alii alias conjecturas afferunt. R. מָנָה *numeravit*.

מִנִּי pro מִן, vide in מִן, ſupra col. 1130.

מִנִּי Maſſ. *Minní*, Vulg. *Menní*, Jerem. 51. v. 27. nomen proprium majoris, vel, ſecundum alios, minoris Armeniæ, quæ, ut nonnullis placet, ſic dicta eſt ab הַר *mons*, & hac voce מִנִּי. Aliis eſt regio Minyadum, de qua Joſeph. lib. 1. Antiq. cap. 4. quæque ſita eſt in Armenia. Etym. *præparatio*, *numerus*, aut *munus*; à מָנָה in Qal *numeravit*, in Piel *præparavit*; aut מָנָה Arab. *munus dedit*.

מִנִּים m. plur. à ſing. inuſit. מֵן, unde cum præf. בְּמִנִּים, Pſal. 150. v. 4. Lxx. Aq. ἐν χορδαῖς, Vulg. Lat. S. Hieron. & alii, *in chordis*, *in fidibus*. Alius, διὰ χορδῶν *per chordas*. Quidam, *in diverſis inſtrumentorum muſicorum generibus aut ſpeciebus*; à מִין *ſpecies*, *genus*, quod vide ſupra col. 1091. Alii fingunt radicem מָנַן inuſit.

מֹנִים m. pl. à ſing. inuſit. מֹנֶה; unde phraſis, עֲשֶׂרֶת מֹנִים, Gen. 31. vv. 7. 41. Lxx. v. 7. δέκα ἀμνῶν *decem agnorum*, v. 41. δέκα ἀμνάσιν *decem agnabus*. Aq. v. 7. δέκα ἀριθμούς (ſupple χρόνους) *decem numeros*, & v. 41. δέκα ἀριθμῷ *decem numero*. Sym. v. 7. δεκάκις ἀριθμῷ *decies numero*. Syrus ibid. ſimpliciter, δεκάκις *decies*. Vulg. & alii utrobique, *decem vicibus*, h. e. multoties. R. מָנָה *numeravit*, unde *vices* quaſi numerationes.

מִנְיָמִן Maſſ. *Miniamín*, Lxx. Βενιαμίν, Vulg. *Benjamin* (legebant בִּנְיָמִן), nomen proprium Levitæ, qui fratribus ſuis partes primitiarum diſtribuebat, 2. Paral. 31. v. 15. Etym. *à dextera*; ex מ à, *ab*, & יָמִין *dextera*. Vel *præparatio dexteræ*; à מָנָה in Piel *præparavit*, & יָמִין *dextera*.

מִנְיָן m. unde conſt. & cum præf. לְמִנְיַן, Eſd. 6. v. 17. Lxx. εἰς ἀριθμόν, Vulg. & alii, *ſecundum*, *juxta numerum*, *pro numero*. R. מְנָה *numeravit*.

מִנִּית Maſſ. *Minníth*, Vulg. *Menníth*, nom. proprium civitatis Tribus Gad aut ei conterminæ, Jud. 11. v. 33. Etym. *numeratio*, *præparatio*, vel *munus*, à מָנָה in Qal *numeravit*, in Piel *præparavit*, aut מָנָה Arab. *munus dedit*.

מִנְלֶה m. unde cum aff. מִנְלָם, Job. 15. v. 29. Lxx. σκιὰ *umbra*, neglecto pronomine. Vulg. *radix ejus*, mutato numero. Alii, *perfectio*, *conſummatio*, *finis*, *extremitas eorum*; à quo ultimo ſenſu non recedit Vulg. Rad. נָלָה in Hiph. *perfecit*, *abſolvit*, *conſummavit*. Et intranſitive, *deſiit*, *ceſſavit*.

מְנַקִּית f. vide in מְנַקִּית, ſupra col. 1134.

מָנַע QAL. Lxx. Aq. κωλύω, Lxx. item, ἀποκωλύω, Vulg. & alii, *prohibeo*, *cohibeo*, *inhibeo*. Lxx. Sym. ἀποστρέφω *averto*. Lxx. item, ἐπέχω *ſuſtineo*, ἀπέχω *abſtineo*, ἀφαιρέω, ἐξαίρω, *auſero*, ἀφίστημι *averto*, ὑστερέω *privo*, ἀποστερέω *ſubtraho*, διαλείπω *ceſſo*, ἐκκλίνω *declino*, ἵστημι *ſiſto*, *obſiſto*, κρύπτω *occulto*, συνέχω *congrego*, συνέχω *contineo*. Alii item, *arceo*, *removeo*. Hinc Gr. μινύθω, Lat. *minuo*. Sæpius conſtruitur cum מִן.

Praet. 3. p. ſ. m. מָנַע *prohibuit*. Cum affix. מְנָעֲךָ *prohibuit te*, m. מְנָעַנִי *prohibuit me*, c. 2. p. ſ. m. מָנַעְתָּ *cohibuiſti* 1. p. ſ. c. מָנַעְתִּי *cohibui*. 3. p. pl. c. מָנְעוּ *cohibent*.

Bin. ſ. m. מֹנֵעַ *cohibens*, *prohibens*.

IMPER. 2. p. ſ. m. מְנַע, & 2. p. ſ. f. מִנְעִי, *cohibe*, *prohibe*.

FUT. 3. p. ſ. m. יִמְנַע *cohibebit*. Cum aff. יִמְנָעֵנִי *cohibebit me*, c. Cum præf. & aff. וְיִמְנָעֶנָּה *& cohibuerit illud*. 2. p. ſ. m. תִּמְנַע *prohibebis*. 1. p. ſ. c. אֶמְנַע *cohibebo*. Cum præf. וָאֶמְנַע *& cohibui*.

NIPHAL נִמְנַע, Lxx. active, ἀφαιρέω *aufero*. Sym. ἀφαιρεῖσθαι *auferor*. Lxx. item, ἀπέχω *abstineo*, ὀκνέω *cunctor*, *piger ſum*, *piget me*. Vulg. & alii, *prohibeor*, *cohibeor*, *minuor*, *ſubtrahor*.

PRAET. 3. p. ſ. m. נִמְנַע *cohibitum eſt*.

FUT. 3. p. ſ. m. cum præf. וַיִּמָּנַע *& cohibebitur*. 2. p. ſ. m. תִּמָּנַע *prohibearis*. 3. p. pl. m. וַיִּמָּנְעוּ *& cohibiti ſunt*.

מַנְעוּל m. Lxx. κλεῖθρον, Vulg. & alii, *ſera*, *peſſulus*. Hinc cum præf. הַמַּנְעוּל *ſera*, *peſſulus*. Plur. cum affix. & (ֻ) pro (וּ), מַנְעֻלָיו *ſeræ ejus*. Sic cum præf. & affix. וּמַנְעֻלָיו *& ſeræ ejus*, m. R. נָעַל *clauſit*, *obſeravit*.

מִנְעָל m. unde cum aff. & in pauſa; quare afficitur (ָ) pro (ַ), מִנְעָלֶךָ, Deut. 33. v. 25. Lxx. τὸ ὑπόδημα αὐτοῦ, Vulg. *calceamentum ejus*, m. legebant מִנְעָלוֹ. Alii, *calceamentum tuum*, m. Rad. נָעַל in alia ſignificatione, *calceavit*.

מַנְעָל vide ſupra in מַנְעוּל.

מַנְעַמִּים m. plur. unde cum præf. & affix. בְּמַנְעַמֵּיהֶם, Pſal. 140. Heb. 141. v. 4. Lxx. μετὰ τῶν ἐκλεκτῶν αὐτῶν, Vulg. Lat. *cum electis eorum*. Sym. τὰ ἴδια αὐτῶν, *dulcia eorum*. Alius, ἐν ταῖς τερπνότησιν αὐτῶν, S. Hieron. *in deliciis eorum*. Alii, *in jucunditatibus*, *in amœnitatibus eorum*. Rad. נָעַם *jucundus*, *amœnus fuit*.

מְנַעַנְעִים m. plur. à ſing. inuſit. מְנַעְנַע. Hinc cum præf. וּבַמְנַעַנְעִים, 2. Reg. 6. v. 5. Lxx. καὶ ἐν κυμβάλοις *& in cymbalis*. Aq. Sym. καὶ ἐν σείστροις, Vulg. & alii, *& in ſiſtris*. R. נוּעַ *agitari*, *moveri*; unde *ſiſtrum*, geminata prima & tertia radicali; quod vel qui illud pulſant, agitentur & moveantur; vel quod ſtridulo ſuo ſono homines ad motum & ſaltationem excitet.

מְנַקִּיּוֹת f. plur. à ſing. inuſit. מְנַקִּית, Lxx. κύαθοι, Vulg. *cyathi*. Alii, *ſcopulæ mundatoriæ*. Alii, *calami* aurei & cavi, qui inter panes propoſitionis, ne mucorem contraherent, atque ita ſemper mundi eſſent, inſerebantur. Hinc cum præfix. הַמְּנַקִּיֹּת & הַמְּנַקִּיּוֹת, *ſcopulæ*, *cyathi*. Cum aff. מְנַקִּיֹּתָיו *ſcopulæ ejus*, m. Cum præf. & aff. וּמְנַקִּיֹּתָיו *& ſcopulæ ejus*, m. R. נָקָה *mundus*, *purus fuit*, in Piel *mundavit*, &c.

מִנְרָה vide in מְנוֹרָה, ſupra col. 1135.

מְנַשֶּׁה Maſſ. *Menaſchſché*, Vulg. *Manaſſē*, *Manaſſēs*, nom. proprium 1°. filii primogeniti Joſephi, Gen. 41. v. 51. ubi nominis hujus affertur etymologia. 2°. patris Eſriel, 1. Paral. 7. v. 14. 3°. filii Ezechiæ regis Juda, 4. Reg. 21. v. 1. &c. Etym. *oblitus* aut *oblivio*; à נָשָׁה *oblitus eſt*.

מָס m. unde cum præf. לַמָּס, Job. 6. v. 14. *diſſoluto*, *liqueſcenti* à ſocio, vel proximo ſuo, erit opprobrium, h. e. qui proximum ſuum derelinquit, opprobrio afficietur. Vulg. Verbal. & in alio ſenſu: *Qui tollit* ab amico ſuo miſericordiam. Lxx. etiam Verbaliter, ἀπείπατο *abnuit*, *rejecit*. Hi & Vulg. reſpexiſſe videntur ad מוּשׁ vel מָאַס, *auferre*, *removere*, &c. Quidam; *diſſoluto*, & calamitatibus quaſi *liqueſcenti*, opprobrium erit à proximo ſuo. R. מָסַס *diſſolutus*, *liquefactus eſt*; & quatenus affinitatem habet cum מָאַס, *rejecit*, *reprobavit*, *recuſavit*, &c. forma autem eſt à מוּס inuſit.

מַס & in pauſa מָס, m. Lxx. Aq. Sym. φόρος, Vulg. & alii, *tributum*. Lxx. item, ἔργον *opus*, προνομὴ *præda*, *direptio*, &c. Alii item, *numerus*, *delectus*, *ſumma*. Cum præf. הַמַּס & in pauſa הַמָּס, *tributum*, לַמַּס & לָמָס, *in tributum*. Lxx. Iſai. 31. v. 8. εἰς ἥττημα *in diminutionem*. Alibi adjective, ὑπήκοος *obediens*, *ſubditus*, ὑπόφορος, φορολόγητος, *tributarius*. Plur. מִסִּים *tributa*, *opera*. Pro (ַ) mutato in (ִ), vide Gram. Heb. tom. 1. p. 101. fin. 102. init. R. מָסַס *diſſolutus*, *liquefactus eſt*, in Hiphil *diſſolvit*, *liquefecit*, unde *tributum*, quod facultates, ſi nimium fuerit, conſumat & quaſi liqueſcere faciat.

מֵסַב m. Lxx. Aq. ἀνάκλισις, Vulg. & alii, *accubitus*, proprie in circuitum. Sym.

Digitized by Google

ἀνάπαυσις *quies*, *requies*. Lxx. item, κύκλωμα, Vulg. & alii, *circuitus*. Et adverb. κύκλῳ, ἐκκύκλῳ, *circulatim*, *circum*, *in circuitu*. Cum præf. & aff. בִּמְסִבּוֹ *in accubitu suo*, vel *ejus*, m. Plur. conſt. & cum præf. וּמְסִבֵּי *& circuitus*, *& ambitus*. Cum aff. & in pauſa; quare ב afficitur (‑) pro (‑), מְסִבָּי *circuitus mei*, *circundantes me*, c. Et ex termin. fem. vel à ſingul. inuſit. מְסִבָּה, מְסִבּוֹת *circuitus*. Pro (‑) ultimæ mutato in (·), vide Gram. Heb. tom. 1. p. 102. initio. Rad. סָבַב *circuivit*, *circundedit*.

מְסִבָּה f. unde plur. מְסִבּוֹת, vide in nomine præced.

מַסְגֵּר m. Lxx. φυλακή, Vulg. & alii, *cuſtodia*, *carcer*. Aq. ἀποκλεισμός, Sym. συγκλεισμός, Vulg. *concluſio*, *carcer*. Lxx. item, δεσμός *vinculum*, ὀχύρωμα *munitio*. Adject. δεσμώτης *vinctus*, *captivus*. Et participial. συγκλείων *concludens*. Vulg. *cluſor*, *incluſor*. Alii, *faber*. Cum præf. הַמַּסְגֵּר *faber ferrarius*, וְהַמַּסְגֵּר *& faber ferrarius*, מִמַּסְגֵּר *de carcere*. R. סָגַר *clauſit*, *concluſit*, *incluſit*.

מִסְגֶּרֶת f. Lxx. Sym. σύγκλεισμα, Lxx. item, συγκλεισμός *concluſio*. Lxx. item, διάπηγον, Aq. διάπηγμα *fixio*, *fixura*, *compactio*. Lxx. item, στεφάνη, Vulg. *corona*, τεῖχος, Vulg. Lat. *ſemita*, Pſal. 17. Heb. 18. v. 46. Vulg. item, *interraſile* (opus), *ſculptura*. Alii item, *clauſura*, *clauſtrum*, *tænia*. Cum præf. הַמִּסְגֶּרֶת *tænia*, *corona*. Cum præf. & aff. לְמִסְגַּרְתּוֹ *ad tæniam*, *ad coronam ejus*, m. Plur. מִסְגְּרוֹת *clauſuræ*. Cum præf. הַמִּסְגְּרוֹת *clauſuræ*, וּמִסְגְּרוֹת *& clauſuræ*, לְמִסְגְּרוֹת *ad clauſuras*, à ſingul. inuſit. מִסְגָּרָה. Cum præf. & affix. וּמִסְגְּרֹתֶיהָ *& clauſuræ ejus*, f. וּמִסְגְּרֹתֵיהֶם *& clauſuræ eorum*, מִמִּסְגְּרוֹתֵיהֶם, מִמִּסְגְּרֹתֵיהֶם, & מִמִּסְגְּרֹתָם, *è clauſuris ſuis*, m. R. סָגַר *clauſit*, *concluſit*.

מַסַּד m. unde conſt. & cum præf. וּמִמַּסַּד, 3. Reg. 7. v. 9. Lxx. καὶ ἀπὸ τοῦ θεμελίου, Vulg. & alii, *& à fundamento*. R. יָסַד *fundavit*; ſed forma eſt à נָסַד.

מִסְדְּרוֹן m. unde cum præf. ה & altero ה locali, ut indicat accentus in penultima, הַמִּסְדְּרוֹנָה, Jud. 3. v. 23. Aq. εἰς τὴν προστάδα *per porticum*. Sym. εἰς τὰ πρόθυρα *per veſtibula*. Lxx. εἰς τὴν προστάδα, εἰς τοὺς διατεταγμένους, *per veſtibulum*, *per ordinatos* in cuſtodia, h. e. per cuſtodes. Ibi duplex interpretatio, quarum altera τῶν Lxx. altera alterius eſt interpretis, forte Aquilæ in altera ſua editione. Vulg. *per poſticum*, ubi mendum fortaſſe pro *per porticum*. Rad. סָדַר inuſit. unde סֵדֶר *ordo*, & מִסְדְּרוֹן *veſtibulum*, *porticus*, quod ibi ſedes eſſent in ordine diſpoſitæ, vel excubiæ.

מָסָה QAL, unde HIPHIL הִמְסָה, Lxx. τήκω, ἐκτήκω, Vulg. & alii, *liquefacio*, βρέχω *pluo*, *rigo*, *irrigo*, μεθίστημι *transfero*. Sym. Pſal. 38. Heb. 39. v. 12. διαλύω *diſſolvo*. Alius ibid. ἀναλίσκω *conſumo*. Alius ibid. ταπεινόω *humilio*.

Praet. 3. p. pl. c. ex forma Chald. quam vide in Gram. Heb. tom. 1. p. 299. c. 2. fin. 410. c. 1. fin. הִמְסִיו, Joſ. 14. v. 8. pro הִמְסוּ, *liquefecerunt*. Vulg. *diſſolverunt*.

Fut. 3. p. ſ. m. cum præf. & aff. וַיַּמְסֵם *& liquefaciet ea*. 2. p. ſ. m. cum præf. & apocopa, quam vide in Gram. Heb. t. 1. p. 302. c. 2. וַתֶּמֶס *& liquefeciſti*. 1. p. ſ. c. אַמְסֶה *liquefaciam*, *rigabo*, *irrigabo*.

מַסָּה f. Lxx. πειρά, πειρασμός, Vulg. & alii, *tentatio*, *experientia*, *experimentum*. Eſt etiam nomen loci, Exod. 17. v. 7. &c. quod à Lxx. πειρασμός, à Vulg. *tentatio* redditur, quaſi eſſet appellativum. Vide Gram. Heb. t. 1. p. 437. c. 1. Alii, *Maſſa*. Cum præf. בְּמַסָּה & בְּמַסָּה, *in Maſſa*, וּבְמַסָּה *& in Maſſa*. Conſt. & cum præf. לְמַסַּת *ad tentationem*. Plur. cum aff. הַמַּסּוֹת & מַסֹּת, *tentationes*, בְּמַסֹּת *in tentationibus*. R. נָסָה in Piel *tentavit*, *expertus eſt*, *periculum fecit*.

מִסָּה f. unde conſt. מִסַּת, Deut. 16. v. 10. Aq. ἔπαρσις *elevatio*. Vulg. *oblatio*. Referebat ad נָשָׂא aut נָסָה, *tulit*, *extulit*, *elevavit*. Hinc nonnulli Miſſæ etymon repetunt. Lxx. adverb. καθώς *prout*, *ſecundum quod*, *quantum*. Alii, *tributum*. Quidam, *ſufficientia*, ex lingua Chaldaïca. R. מָסַס *liquefactus eſt*, &c. unde מַס & מִסָּה, *tributum*, vel ſpontaneum vel coactum. Vide ſupra col. 1140. מַס *tributum*.

מַסְוֶה m. Exod. 34. vv. 33. 34. 35. Lxx. κάλυμμα, Vulg. & alii, *velum*, *velamen*, *operi*-

mentum. Cum præf. הַמַּסְוֶה *velum , velamen.* R. סָוָה inuſit.

מְסוּכָה f. unde cum præf. מִמְּסוּכָה , Mich. 7. v. 4. Lxx. ἐπὶ κανόνος *ſuper canonem* vel *regulam* ; vel *in canone* ſeu *regula* , h. e. regulariter. Ab Hebræo longe recedunt. Vulg. *de ſepe.* Alii , *præ ſepe , præ ſepimento* , ſpinarum videlicet. Hinc quidam , *præ vepreto , præ ſenticeto , præ dumeto , præ ſpineto.* Senſus eſt : qui inter eos (homines malos) rectus eſt , is eſt vepreto durior , aſperiorque. R. שׂוּךְ *ſepire , obſepire* ſpinis aut vepribus ; unde מְשׂוּכָה , mutato שׂ in ס , *ſepes , ſepimentum* ex vepribus factum.

מַסָּח m. unde in pauſa מַסָּח , 4. Reg. 11. v. 6. Sym. Theod. ἀπὸ τῆς διαφθορᾶς *à corruptione* ; ſupplebant præpoſitionem מ , quam revera hic ſupplendam docent interpretum doctiſſimi. Unde Theodoretus ſic vocem hanc exponit : ὥστε μηδεμίαν γενέσθαι βλάβην ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ , *ita ut nullum detrimentum in domo Dei accideret.* Aq. ut & alii quam plurimi , hoc nomen ut proprium ſpectavit , poſuitque Μεσσαί. Sic etiam Complutenſis editio. Theod. & alius, Μεσσά. Vulg. *Meſſa.* Vacat apud Lxx. Vatic. Alii , *evulſio , deſtructio , ruina , ruptura.* R. נָסַח *evulſit , deſtruxit* , &c.

מִסְחָר m. unde conſt. & cum præf. וּמִסְחַר , 3. Reg. 10. v. 15. *& negotiatio , & mercatus.* Lxx. & alius pluraliter & ut nomen formæ , καὶ ἐμπόρων *& mercatores.* Vulg. *& negotiatores.* Rad. סָחַר *circuivit negotiandi gratia , negotiatus eſt.*

מָסַךְ QAL. Lxx. κεραννύω , κεράω , Vulg. & alii , *miſceo.* Alii item , *admiſceo , commiſceo , permiſceo , infundo , infundendo miſceo.* In calidis regionibus vinum , niſi aqua miſtum , aut dilutum , vulgo non bibitur.

Præt. 3. p. ſ. m. מָסַךְ , & 3. p. ſ. f. מָסְכָה , *miſcuit.* 1. p. ſ. c. & in pauſa , quæ mutavit (-) in (-) ſub ס , מָסָכְתִּי *miſcui.*

Infin. cum præf. לִמְסֹךְ *ad miſcendum.*

מָסָךְ m. Lxx. κάλυμμα , ἐπικάλυμμα , κατακάλυμμα , Aq. Sym. παρακάλυμμα , Lxx. item , σκέπη *tegumentum , operimentum , operculum.* Lxx. item , ἐπίσπαστρον , Lxx. Sym. καταπέτασμα , Aq. Sym. παραπέτασμα , Vulg. & alii , *velum , velamen.* Lxx. item Verbaliter , συσκιάζω *obumbro.* Vulg. item , *tentorium.* Cum præf. הַמָּסָךְ *tegumentum* , וּמָסַךְ *& tegumentum* , לַמָּסָךְ & לְמָסָךְ , *tegumento , pro tegumento.* Conſt. מָסַךְ *tegumentum* , ſervato (-) penult. quia hoc nomen venit à Verbo defectivo in ſecunda radicali. Vide Gram. Heb. t. 1. p. 87. c. 1. fin. Sic cum præf. וּמָסַךְ *& tegumentum.* Rad. סָכַךְ *texit , protexit , operuit.*

מֶסֶךְ m. Pſal. 74. Heb. 75. v. 9. Lxx. κέρασμα *mixtio.* Sic etiam recentiores quamplurimi. Vulg. Lat. *mixtum.* Sym. ἐκχυθεὶς *effuſus.* S. Hieron. *mixtus* (calix). Vª. edit. ἀκρατεία *latitudo* ; legeb. מֶשֶׁךְ. Alii item , *mixtura , temperatio , infuſio , liquor infuſus , potus temperatus.* R. מָסַךְ *miſcuit.*

מַסֵּכָה f. Lxx. χώνευμα *fuſio , conflatura* , Vulg. *conflatile* , συνθήκη *pactum , fœdus.* Adject. γλυπτὸν *ſculptile* , χωνευτὸς , Vulg. & alii , *fuſilis , conflatilis.* Et Verbal. λεπτὸν ποιῶ *minutum facio , comminuo* , Iſai. 30. v. 22. Et in alia ſignificatione , *tegumentum , operimentum , veſtimentum* ; quaſi à סָכַךְ *texit , operuit* , &c. Cum præf. הַמַּסֵּכָה *fuſile* , וּמַסֵּכָה & וְהַמַּסֵּכָה , *& fuſile* (idolum) , *& veſtimentum , & operimentum* , לְמַסֵּכָה *fuſili.* Conſt. מַסֵּכַת *fuſilis* ; ſervato (-) penultimæ ob ( ) præcedens ; nam מַסֵּכַת eſt pro מַסֶּכֶת. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 92. c. 1. Plur. מַסֵּכוֹת *fuſilia* (idola) , *fuſiles* (imagines). Cum præf. וּמַסֵּכוֹת & הַמַּסֵּכוֹת , *& fuſilia.* Cum aff. מַסֵּכֹתָם *fuſilia eorum.* Servatur (-) , eadem de cauſa , qua in ſing. conſt. R. נָסַךְ *fudit , effudit , conflavit* , &c.

מְסֻכָּה f. unde cum affix. & in pauſa , quæ mutavit (-) in (-) ſub ת , מְסֻכָּתֶךָ , Ezech. 28. v. 13. Vulg. & alii , *operimentum tuum* , m. Lxx. Verbal. ἐνδέδεσαι *ligatus , circumdatus es.* Sym. teſte S. Hieron. comment. in h. l. tom. 3. nov. edit. col. 897. *vinctus atque conſtrictus es.* R. סָכַךְ *texit , operuit.*

מְסֻכָּן m. unde cum præf. הַמְסֻכָּן , Iſai. 40. v. 20. *indigus , pauper , depauperatus* , qui cum offerre non poſſit idolum aureum vel argenteum ; lignum non putreſcens eligit.

Digitized by Google

Vacat apud Lxx. & Vulg. Alii, *præfectus, thesaurarius oblationum, assuefactus, edoctus.* Rad. סכן *profuit*; unde per antiphrasin, quam vide in Gram. Heb. t. 1. p. 61. c. 2. *indigus, pauper*, qui aliis prodesse non potest, sed eorum indiget auxilio.

מסכן m. Lxx. Sym. πένης, Vulg. & alii, *pauper, indigus.* Hinc Gall. *mesquin.* Cum præf. המסכן *pauper.* Rad. סכן *profuit*, &c. Vide vocem præcedentem.

מסכנות f. pl. à sing. inusit. מסכנה aut מסכנת, Vulg. & alii, *apotheca.* Alii item, *cellaria, penuaria, thesauri, promptuaria, armamentaria.* Vulg. item, *tabernacula*, à סכך *texit, protexit.* Lxx. adject. ὀχυραὶ *munitæ*, Vulg. *munitissimæ, muratæ* (urbes). Cum præf. המסכנות *thesauri, penuaria, promptuaria*, &c. ומסכנות *& penuaria.* Rad. סכן *profuit, utilis fuit*, &c. Vide supra מסכן, col. præced.

Fut. 3. p. ſ. m. יגיד *indicabit*. Cum ה interrog. היגיד *nunquid annuntiabit?* Cum præf. & ex forma (-), ויגד & *indicavit*, & cum (-) loco (-) ob maqqaph ſequ. ויגד־ & *indicabit*, *indicet*. Cum præf. & affix. ויגידה, & cum (-) loco (י), ויגדה & *indicabit illud*, ויגדך & *annuntiabit tibi*, m. Vide Gram. Heb. c. 1. p. 361. c. 1. 3. p. ſ. f. תגיד *indicet*. Cum præf. & ex forma (-), ותגד, & in (-) ob maqqaph correpto, ותגד־ & *indicavit*. 2. p. ſ. m. תגיד *indicabis*. Cum præf. ותגיד & *indicabis*. 2. p. ſ. f. תגידי *indicabis*. 1. p. ſ. c. אגיד *indicabo*. Cum præf. ואגיד & ואגד, & *indicavi*. Cum ה parag. אגידה *indicabo*. Cum præf. ואגידה & *indicabo*. Cum affix. אגידנו *indicabo illi*, m. 3. p. pl. m. יגידו & יגדו, *indicabunt*. Cum præfix. ויגידו & *indicabunt*, ויגידו & ויגדו, & *indicarunt*. 2. p. pl. m. תגידו *indicabitis*. 1. p. pl. c. נגיד *indicabimus*. Cum præf. & (-) aut (י) in (-) ob maqqaph correpto, ונגד־ & *indicavimus*. Cum ה parag. ונגידה & *indicabimus*. Cum præf. & affix. ונגידנו & *indicabimus illud*.

HOPHAL הגד, Lxx. ἀπηγγέλλεται, Vulg. & alii, *nuntior*, Ruth. 2. v. 11.

Praet. 3. p. ſ. m. הגד *nuntiatum fuit*. Cum præf. והגד & *renuntiatum fuerit*.

Infin. הגד, Ruth. 2. v. 11. Lxx. ſubſtantive, ἀπαγγελία *nuncium*. Vacat apud Vulg. Joſ. 9. v. 24. Mſſ. Complut. Oxon. ἀγγελία, Ald. ἀπαγγελία *nuncium*. Vacat apud Lxx. Vatic. & Vulg. Alii, *nuntiando*.

Fut. 3. p. ſ. m. cum præf. ויגד & *nuntiatum fuit*.

נגד Chald. PEAL, unde Ben. ſ. m. נגד, Dan. 7. v. 10. Lxx. Verbaliter, εἷλκεν *trahebat*, Ald. mſ. paraphraſticus, ἐκπορευόμενος εἷλκεν *egrediens trahebat*, ſic Ald. Complut. vero, εἷλκεν ἐκπορευόμενος *trahebat egrediens*, Vulg. *egrediebatur*. Alii, *trahens ſe*, *manans*, *profluens*.

נגד præpoſitio, vel adverbium. Lxx. Aq. Sym. Theod. κατέναντι, Vulg. & alii, *è regione*, *coram*, *contra*, *ex adverſo*; & ſubſtantive, *vultus*, *facies*, *conſpectus*. Lxx. item, ἔναντι, ἀπέναντι, ἐναντίον, ἐνώπιον, ἐξεναντίας, κατεναντίον, *è regione*, *coram*, &c. ἐκ *ex*, ἐπὶ *contra*, παρὰ *apud*, πρὸ *ante*, πρὸς *ad*, εἰς τὰ ὦτα *in aures*. Item, κῆπος *hortus*, Nehem. 3. vv. 16. 26. Si Kirchero, ac Trommio credimus; ſed Græcum ἀπέναντι, Hebraico נגד reſpondens, in editione Complut. ante τὸ Κῆπος, expreſſum, in aliis editionibus videtur omiſſum. Vulg. utrobique, *contra*. Participial. βλέπουσα ἐπὶ (vel potius paraphraſticas, nam τὸ נגד, τῷ ἐπὶ, uno exprimitur), *reſpiciens ad*, Ezech. 40. v. 23. Verbaliter, πρόκειται *propoſita eſt* vobis, ſeu poſita eſt ante vos malignitas, Exod. 10. v. 10. Cum præf. ונגד & *coram*, לנגד *coram*, מנגד *è regione*. Cum ה parag. נגדה *coram*. Cum aff. נגדו, Joſ. 6. v. 5. Lxx. κατὰ πρόσωπον *ſecundum*, *contra faciem*. Vulg. periphraſticas, *per locum*, *contra quem ſteterint*. Alii, *è regione ſui*, m. Cum præf. & aff. עזר כנגדו, Gen. 2. v. 18. Lxx. βοηθὸν κατ' αὐτόν *adjutorem ſecundum ipſum*. Aq. βοηθὸν κατέναντι αὐτοῦ *adjutorem e regione ipſius*, m. Vulg. *adjutorium ſimile ſibi*, m. Alii, *auxilium ſecundum coram*, h. e. *correſpondentiam ejus*, m. Naturali ſpecie ac forma conveniens, ſe dignum, par conjugium. לנגדו *ex adverſo ejus*, m. מנגדו *ab ante eum*, נגדה *è regione ſui*, f. נגדך *coram te*, m. & in pauſa, נגדך, Prov. 4. v. 25. Lxx. δίκαια *juſta*, *juſte*. Vulg. per metaphraſin, *greſſus tuos*, m. Alii, *coram te*, m. לנגדך, Gen. 33. v. 12. Lxx. ἐπ' εὐθεῖαν (ὁδὸν) *in rectam* (viam).

Digitized by Google

Vulg. metaphrasticos, *faciei itineris tui*, m. Alii, *coram te*, *è regione tui*, m. נֶגְדִּי *coram*, *contra me*, c. לְנֶגְדִּי *ante*, *coram me*, c. מִנֶּגְדִּי *de ante me*, c. נֶגְדָּם *è regione eorum*, וּנְגְדָּם *& ex adverso eorum*, לְנֶגְדָּם *ex adverso eorum*, לְנֶגְדְּכֶם *coram vobis*, m. R. נָגַד in Hiphil, *indicavit*, *nuntiavit*.

נָגַהּ QAL. Lxx. λάμπω, Vulg. & alii, *splendeo*, *luceo*.

PRAET. 3. p. f. m. נָגַהּ *splendet*, *splendebit*. In hac Phrasi: נָגַהּ אוֹר, ubi accentus ab ult. ad penult. syllabam ob concursum retrahitur, vide Gram. Heb. tom. 2. p. 308. c. 1. fin. Job. 22. v. 28. Lxx. ἔσται φέγγος *erit lux*. Vulg. & alii, *splendebit lumen*.

FUT. 3. p. f. m. ex forma (-), לֹא־יִגַּהּ, Job. 18. v. 5. Lxx. Sym. οὐκ ἀποβήσεται *non procedet*, *non continget*. Theod. οὐ λάμψει, Vulg. & alii, *non splendebit*.

HIPHIL הִגִּיהַּ, Lxx. ἐκλάμπω (incert. ἀναλάμπω), φωτίζω, Vulg. & alii, *illustrare*, *illuminare*, *splendere facere*, &c.

FUT. 3. p. f. m. יַגִּיהַּ, Isai. 13. v. 10. Lxx. δώσει (τὸ φῶς αὐτῆς) *dabit* (lumen suum). Vulg. *splendebit* (in lumine suo). Alii, *lucere*, *splendescere faciet*, splendidam edet lucem suam.

נֹגַהּ f. Lxx. per aphaeresin τοῦ ב, αὐγὴ *splendor*. Vulg. *lux*, Isai. 59. v. 9. φῶς *lux*, λαμπρότης, (incert. διαύγασμα) *splendor*, τηλαύγησις *illustratio*. Vulg. & alii, *fulgor*, Psal. 17. Heb. 18. v. 13. ἀνατολὴ *oriens*. Vulg. & alii, *splendor*, Isai. 60. v. 19. Lxx. item & Aq. Sym. Theod. φέγγος *splendor*, *lux*, *lumen*, *jubar*, &c. Lxx. Verbal. λάμπω *splendeo*. Cum praef. וְנֹגַהּ *& splendor*, הַנֹּגַהּ *splendor*, כְּנֹגַהּ *sicut splendor*, לְנֹגַהּ *ad splendorem*, וּלְנֹגַהּ *& ad splendorem*, מִנֹּגַהּ *à splendore*. Cum aff. נָגְהָם noghâm, *splendorem eorum*, sive *suum*. Plur. ex terminat. fem. quasi à נְגֹהָה, & cum praef. לִנְגֹהוֹת *splendores*. R. נָגַהּ *splenduit*, *luxit*.

נֹגַהּ Masc. *Nôghah*, Vulg. *Noga*, *Noge*, nomen propr. filii David, 1. Paral. 3. v. 7. cap. 14. v. 6. Etym. *splendor*; à נֹגַהּ idem.

נָגְהָא f. Chald. emphat. à simpl. נְגַהּ, unde cum praef. בִּנְגְהָא, Dan. 6. v. 20. Lxx. ἐν φωτὶ *in luce*. Alii, *cum luce*, *in splendore*, *in aurora*, *summâ aurora*, Venere sed adhuc lucente. Vulg. non verbum, sed sensum utcunque expressit. R. נְגַהּ *splenduit*, *luxit*.

נָגַח QAL. Lxx. κερατίζω, Vulg. & alii, *cornu-percutio*, *ferio*, *peto*, *impeto cornibus*. Hinc per metathesim Latin. *conisco*; ac Graec. κυρίσσω.

FUT. 3. p. f. m. ex forma (-) יִגַּח, & in pausa יִגָּח *cornu-feriet*.

PIEL נִגַּח, unde BEN. f. m. מְנַגֵּחַ *cornu-petens*.

FUT. 3. p. f. m. ex forma (-), יְנַגַּח *cornu-feriet*. 2. p. f. m. תְּנַגַּח *cornu-feries*. 2. p. pl. m. תְּנַגְּחוּ *cornu-ferietis*. 1. p. pl. c. נְנַגַּח *cornu-feriemus*.

HITHPAEL הִתְנַגֵּחַ, vel ex forma (-), הִתְנַגַּח, unde FUT. 3. p. f. m. יִתְנַגַּח, Dan. 11. v. 40. Lxx. συγκερατισθήσεται *cornu-certabit*. Vulg. *praeliabitur*. Alii, *cornu-petet se*, *arietabit*, *confliget*.

נַגָּח m. Lxx. κερατιστής, Vulg. & alii, *cornupeta*, *petulcus*, Exod. 21. vv. 29. 36. R. נָגַח *cornu-petiit*.

נָגִיד m. Lxx. ἡγούμενος (Sym. ἡγεμών) *dux*, ἄρχων *princeps*, ἐπιστάτης *praefectus*. Sic Vulg. & alii item, *antecessor*, *antistes*, *praesul*. Lxx. item, βασιλεύς *rex*. Cum praef. וְנָגִיד *& dux*, הַנָּגִיד *dux*, לְנָגִיד *in ducem*, וּלְנָגִיד *& in ducem*. Const. נְגִיד, & sine (י), נְגִד *dux*. Cum praef. לִנְגִיד *duci*. Plur. נְגִידִים, Lxx. σεμνά *praeclara*. Sym. & Theod. ἡγεμονικά *imperatoria*. Alii, *eximia* verba loquor. Vulg. *de rebus magnis* locuta sum (sapientia), Prov. 8. v. 6. Const. נְגִידֵי *duces*. R. נָגַד in Hiph. *indicavit*.

נְגִינַת f. unde const. pro absol. נְגִינָה, Lxx. ὕμνοις, Vulg. *hymnis*; legebant in plur. נְגִינוֹת. Alii, *pulsatione fidium*, *pulsatione musicâ*, *modulatione*, *instrumento musico*. Lxx. item, κιθάρα *cithara*, ᾠδὴ *canticum*, ψαλτήριον *psalterium*. Sic & Sym. Verbaliter, ψάλλω *psallo*, ψαλμός *psalmus*. Cum praef. & aff. נְגִינָתִי *pulsationis meae*, c. נְגִינָתָם *pulsatio eorum*, מִנְּגִינָתָם *à pulsatione eorum*. Pl. cum praef. וּנְגִינוֹת *& pulsationes*, בִּנְגִינוֹת *in pulsationibus*. Cum praef. & aff. וּנְגִינוֹתַי *& pulsationes meas*, c. בִּנְגִינוֹתַי in pausa, *in pulsationibus meis*, c. R. נָגַן *pulsavit*.

נגן QAL, unde Ben. plur. m. נֹגְנִים, Lxx. ψαλλόντων, Vulg. *psallentibus*. Sym. ταῖς μελῳδοῖς *modulatricibus*; sed forte legendum τοῖς μελῳδοῖς *modulatoribus*. Alii, *pulsantes, modulatores, pulsatores, fidicines*.

PIEL נִגֵּן, Lxx. κιθαρίζω *citharâ cano*, εὐλογέω *benedico*. Alii, *pulso*, &c. ut in Qal.

Praet. 3. p. f. m. cum præf. וְנִגֵּן *& pulsavit*.

Ben. f. m. מְנַגֵּן *pulsans, pulsator*. Cum præf. הַמְנַגֵּן *pulsator, qui pulsat*.

Infin. נַגֵּן *pulsare*. Cum præf. כְּנַגֵּן *juxta pulsare, secundum modulari*, h. e. *cum pulsaret, cum modularetur*, לְנַגֵּן *pulsando*.

Fut. 1. p. pl. c. נְנַגֵּן *pulsabimus*.

נגע QAL. Lxx. Aq. Sym. Theod. ἅπτομαι, Vulg. & alii, *tango, attingo, pertingo*. Sym. item, καταπαρατείνω *occupo*. Lxx. item, ἐφάπτομαι *attingo*, ἐπάπτω *impendo*, ἐνάπτω *annecto*, θίγω *tango*, κοπιάω *laboro*, μαστιγόω *flagello*, βδελύσσομαι *abominor*, μίσγω *misceo*, παύομαι *quiesco*, ἐτάζω *examino*. Vulg. item & alii, *lædo, percutio, plagis afficio*. Construitur cum accusativo; item præposit. אֶל, עַל, & בְּ.

Praet. 3. p. f. m. נָגַע *tetigit*. Cum præf. וְנָגַע *& tanget*. 3. p. f. f. נָגְעָה *tangit, pertingit*. Cum præf. וְנָגְעָה *& pertigerit*. 3. p. pl. c. in pausa נָגָעוּ, *attingunt, pertingunt*. 1. p. pl. c. cum affix. נְגַעֲנוּךָ *tetigimus te*, m.

Ben. f. m. נֹגֵעַ & נֹגֵעַ, *tangens*. Cum præf. וְנֹגֵעַ *& tangens*, הַנֹּגֵעַ & הַנֹּגֵעַ, *tangens*, וְהַנֹּגֵעַ *& tangens*. Fem. ex forma ת, præcedente duplici (-) pro duplici (·) ob ultimam rad. ע, vide Gram. Heb. t. 1. p. 164. c. 2. נֹגַעַת *pertingens*. Cum præf. הַנֹּגַעַת *attingens*. Pl. m. cum præf. הַנֹּגְעִים, & fem. נֹגְעוֹת *attingentes*.

Paoul f. m. נָגוּעַ, Psal. 72. Heb. 73. v. 14. Lxx. μεμαστιγωμένος, Vulg. & alii, *flagellatus, plagâ affectus*. Et in alia significatione, Sym. μυκτηριζόμενος *subsannatus*. Isai. 53. v. 4. Lxx. εἶναι ἐν πόνῳ *esse in dolore*. Sym. ἐν ἁφῇ *in percussione*. Aq. ἁφημένον *percussum*. Theod. μεμαστιγωμένον *flagellatum*. Vulg. *quasi leprosum*. Alii, *plagâ affectum*.

Infin. cum præf. וּנְגֹעַ *& attingere*, לִנְגֹּעַ & לִנְגֹּעַ, *attingere*. Cum præf. & affix. בְּנָגְעוֹ benoghô, *in attingere eum*, נָגְעֵךְ noghékh, *attingere te*, f. Ex forma ת, præcedente duplici (-), pro duplici (·) ob tertiam radic. guttur. ע, sublataque per aphæresin prima rad. Vide Gram. Heb. t. 1. p. 200. c. 1. 2. גַּעַת, unde cum præf. כְּגַעַת *secundum attingere*, h. e. *cum attingeret*, לָגַעַת *attingere*.

Imper. 2. p. f. m. ex forma (-), primaque radicali excidente, ut in Infinit. præced. גַּע *tange*. Cum præf. וְגַע *& tange*.

Fut. 3. p. f. m. ex forma (-), יִגַּע *tanget*. Cum præf. וְיִגַּע *& tetigerit*, וַיִּגַּע *& tetigit*. 3. p. f. f. תִּגַּע, & in pausa תִּגָּע, *tanget, attinget*. Cum præf. וַתִּגַּע *& attigit*. 3. p. pl. m. יִגְּעוּ *attingent*. 2. p. pl. m. תִּגְּעוּ, & in pausa תִּגָּעוּ *attingatis*.

NIPHAL נִגַּע, unde 3. p. plur. m. Fut. cum præf. וַיִּנָּגְעוּ, Jos. 8. v. 15. Lxx. mutato numero ac sensu, καὶ ἀνεχώρησεν *& recessit*. Vulg. paraphrastice, *cesserunt loco, simulantes metum*. Alii, *& percussi sunt*; sive, in sensu Hithpael, *simularunt se percussos*.

PIEL נִגַּע, Lxx. ἐτάζω *probo, affligo, crucio*, ἐλέγχω *arguo, increpo, sciscitor*, ἅπτομαι *tango*. Vulg. *flagello*. Vulg. item & alii, *percutio, plagis afficio*.

Praet. 3. p. f. m. cum aff. נִגְּעוֹ *plagâ affecit eum*.

Fut. 3. p. f. m. cum præf. & ex terminatione (-), וַיְנַגַּע *& plagis affecit*.

PUAL נֻגַּע, unde 3. p. pl. m. Fut. in pausa, יְנֻגָּעוּ, Psal. 72. Heb. 73. v. 5. Lxx. μαστιγωθήσονται, Vulg. *flagellabuntur*. Paraph. Chald. *vulnerantur*. Alii, *percutientur, plagis afficientur*.

HIPHIL הִגִּיעַ, Lxx. συνάπτω *admoveo, conjungo, contexo, pertingere facio*. Sic recentiores. Lxx. & Sym. intransitive, ἐγγίζω, Lxx. παραγίνομαι, ἀφικνέομαι, φθάνω, Vulg. & alii, *appropinquo, accedo, advenio, obvenio, pervenio*, καταβαίνω, S. Hieron. *descendo*, γίνομαι *fio*, προσπίπτω *procido*. Sym. συμβαίνει, Vulg. & alii, *obvenit, pervenit, provenit, obtigit, pertigit*. Lxx. item, ἰσχύω *possum*, καθίζω *sedeo*, & active, *colloco*, τίθημι, ἐκτίθημι, *pono, expono*, καταβάλλω *sterno*.

sterno, deduco, ἀναπληρόω *impleo, adimpleo*, ἀπαγγέλλω *annuntio*. In Phrasi, הגיע למלכות, βασιλεύω *regno*, κολλάομαι, ἐγκολλάομαι, Lxx. Sym. ἅπτομαι *adhæreo, conglutinor*. Aq. καταντάω *devenio, evado*. Alii item, *deturbo, dejicio*.

Praet. 3. p. f. m. הגיע *pertingere fecit, pertigit, pervenit, advenit*. 2. p. f. f. cum (-) furtivo, pro (·) sub ע, הגעת, pro הגעת, *pervenisti*, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 157. §. III. 1. p. f. c. cum præf. & affix. והגעתיו *& pertingere faciam eum*. 3. p. pl. c. הגיעו *advenerunt, pervenerunt*. Cum præf. והגיעו *& pertingant*. 2. p. pl. m. cum præf. והגעתם *& admovebitis*.

Ben. f. m. מגיע *pertingens*. Cum præf. שמגיע, Eccles. 8. v. 14. Lxx. ὅτι φθάνει, Ms. Alex. ὅτι φθάνει *quia venit*. Sym. οἷς συμβαίνει, Alii, *quibus obtingit*. Vulg. paraphrastam agit, & sensum, non verbum exprimit. Fem. ex forma ה præced. dupl. (-) pro dupl. (·), ob tertiam radic. ע guttur. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 164. c. 2. מגעת *pertingens*. Plur. m. const. מגיעי *conjungentibus*.

Infin. cum præf. ובהגיע *& in adveniendo*, h. e. *& cum pervenisset*. Cum affix. הגיענו *pervenire nos*, c.

Fut. 3. p. f. m. יגיע *attinget*. Cum præf. ויגיע *& perveniet*; & ex terminatione (-), ויגע *& admovit*. Cum affix. יגיעה *dejiciet eam*. 3. p. f. f. תגיע *pertigerit*. Cum præf. & ex termin. (-), ותגע *& abjecit*. 3. p. pl. m. In inundatione aquarum multarum, אליו לא יגיעו, Psal. 31. Heb. 32. v. 6. Lxx. πρὸς αὐτὸν οὐκ ἐγγιοῦσι, Chald. *ad eum non appropinquabunt*. Vulg. *proximabunt*. Alii, *eum non tangent, non dejicient*, h. e. *ipse non tangetur, non dejicietur*. Activa enim Verba in tertiis personis significationem passivorum sæpius adsumunt, seu passive exponuntur, vide Gram. Heb. t. 1. p. 531. can. III. Cum præf. ויגיעו *& pertingunt*.

נגע, & in pausa נגע, m. Lxx. Aq. Sym. ἀφὴ *tactus, ictus, percussio, plaga*. Lxx. Sym. πληγή, Vulg. & alii, *plaga*, μάστιξ, Vulg. & alii, *flagellum*. Lxx. item, ὀδύνη *dolor*, ἐτασμὸς *inquisitio, cruciatus*, συνάντημα *casus, occursus*. Verbal. ἐγγίζω *appropinquo*. Alii item, *afflictio, læsio* animi, vel corporis, vel etiam rei inanimatæ. Cum præfix. ונגע *& plaga*, הנגע, & in pausa הנגע, *plaga*, ונגע *& plaga*, בנגע & בנגע, *in plaga*, כנגע *sicut plaga*, לנגע & לנגע, *ad plagam*. Cum aff. נגעו *plaga ejus*, m. נגעך in pausa, *plagam tuam*, m. נגעי *plaga mea*, c. Plur. נגעים *plagæ*. Cum præf. ובנגעים *& plagis*. Const. cum præf. ובנגעי *& plagis*. Rad. נגע *plagis affecit*.

נגף QAL. Lxx. per aphæresin τοῦ נ, ac epenthesin τοῦ (-), κόπτω *scindo, vulnero, percutio, impello, pulso*, &c. προσκόπτω *allido, impingo, offendo*; sic etiam recentiores. Lxx. παίω, Sym. πατάσσω, Vulg. *percutio*. Lxx. Aq. θραύω *frango*. Lxx. item, κερατίζω *cornu-peto*, συντρίβω *contero*, τροπόω *fugo, in fugam converto*, πλήσσω *verbero, plagâ afficio*, πίπτω *cado*, πταίω *impingo, offendo, corruo*.

Praet. 3. p. f. m. נגף *percussit*. Cum præf. ונגף *& percutiet*. Cum affix. נגפו *percussit eum*, נגפנו *percussit nos*, c. 3. p. pl. c. cum præf. ונגפו *& percusserint*.

Ben. f. m. נגף *percutiens*.

Infin. ex forma absoluta, נגף, Lxx. πληγῇ, Vulg. *plaga*. Alii, *percutiendo*. Ex altera forma cum præf. לנגף *percutere, ad percutiendum*. Cum præf. & aff. בנגפו benoghphó, *in percutere illum*.

Fut. 3. p. f. m. יגף *percutiet*. Cum præf. & aff. ויגף *& percussit*, ויגפהו *& percussit eum*, יגפנו *percutiet eum*. 2. p. f. m. תגף *percutias*. 1. p. f. c. אגף *percutiam*. Cum præf. ואגף *& percussi*.

NIPHAL נגף, Lxx. κόπτομαι *percutior, cador, plagâ afficior*, sic & alii; πταίω *impingo, offendo*. Aq. θραύομαι *frangor*. Sym. τροποῦμαι *fugor, in fugam vertor*.

Praet. 3. p. f. m. נגף (quod) *percussus esset*. 3. p. pl. m. נגפו *percussi fuerunt*, & in pausa נגפו, (quod) *percuterentur*. 2. p. pl. m. cum præf. ונגפתם *& cademini*.

Ben. f. m. נגף, Deut. 28. v. 25. Lxx. paraphrasticos, ἐν κοπῇ *in occisionem*. Vulg. *corruentem*. Alii, *percussum*. Plur. m. נגפים *percussi*.

Infin. ex forma hhol. quæ in hoc infinitivo infrequens non est, servatâ נ communi conjugationis characteristicâ, ac formâ præteriti, vide Gram. Heb. t. 1. p. 172. c. 1. נְגוֹף, contracte pro נְגוֹף, Jud. 20. v. 39. *percutiendo*. Ex forma perfecta cum præf. בִּנְגֹף *in percuti*, h. e. *cum percuteretur*.

Fut. 3. p. s. m. יִנָּגֵף *percutietur*. Cum præf. & (·) loco (·) ob accentum ab ult. ad penult. à (ו) convert. retractum, וַיִּנָּגֶף *& cæsus fuit*. 3. p. pl. m. cum præf. וַיִּנָּגְפוּ, & in pausa, quæ (·) motionem primariæ vocis revocavit, וַיִּנָּגֵפוּ *& percussi fuerunt*. 2. p. pl. m. תִּנָּגְפוּ *percutiamini*.

HITHPAEL הִתְנַגֵּף, unde 3. p. pl. m. Fut. יִתְנַגְּפוּ, Jerem. 13. v. 16. Lxx. (πρὸ τοῦ) προσκόψαι, Vulg. (antequam) *offendant*. Alii, *percutiantur*, *lædantur*, impingendo scilicet.

נֶגֶף m. Lxx. Sym. Theod. πρόσκομμα, Vulg. & alii, *offensio*. Aq. σκάνδαλον *scandalum*, *tendicula*, *offendiculum*. Lxx. Aq. θραῦσις *fractio*, *percussio*. Lxx. item Verbal. θραύω *frango*, πληγή, Vulg. & alii, *plaga*, κοπή *occisio*, ἀπώλεια *perditio*, παράταξις *acies*, συνάντημα *occursus*, *calamitas*, πταῖσμα *offensio*, πτῶσις *casus*, *lapsus*. Cum præfix. הַנֶּגֶף, & in pausa הַנָּגֶף, *plaga*. R. נָגַף *plagâ affecit*.

נגר QAL, unde NIPHAL נִגַּר, ex quo 3. p. s. f. Praet. נִגְּרָה, Psal. 76. Heb. 77. v. 3. Lxx. ἐναντίον αὐτοῦ, Vulg. *contra eum*; legeb. נֶגְדָּה idem. Sym. ἐξετέτατο *extensa erat*. Alius, ἐκτεταμένη διηνεκῶς *extensa perpetuo*. S. Hieron. *extenditur*. Alii, *fluebat*, *manabat*, h. e. *extendebatur* (manus). Lxx. Thren. 3. v. 49. κατεπόθη *absorptus est*. Sym. ἐπέμεινε *permansit*, *exspectavit*. Vulg. *afflictus est*. Alii, *manat* sine intermissione oculus.

Ben. pl. m. cum præf. וְהַנִּגָּרִים, Lxx. in sing. καταφερόμενον *delabens*. Complut. ἐκχεόμενον, Theod. ἐκχυνόμενον *effusa*. Sym. καταφερόμενον *demissa* aqua. Vulg. Verbal. ac paraphrast. quasi aquæ *dilabimur*. Alii, *effusæ* aquæ. Plur. fem. נִגָּרוֹת *diffluentes*.

HIPHIL הִגִּיר, Lxx. ἀθροίζω *congrego*, καταπάσσω *detraho*, παραδίδωμι *trado*, κλίνω *inclino*, ἐπέρχομαι *supervenio*, ἐγκαθίζω δόλῳ *insideo dolo*. Alii, *diffluere*, *dilabi fecit*, *traxit*, &c.

Praet. 1. p. s. c. cum præf. וְהִגַּרְתִּי *& faciam ut diffluant*.

Imper. 2. p. s. m. cum præf. & aff. & (·) pro (·), וְהַגִּרֵם *& fac ut diffluant illi*.

Fut. 3. p. s. m. cum præf. וַיַּגֵּר, Psal. 74. Heb. 75. v. 8. al. 9. Lxx. καὶ ἔκλινε, Vulg. *& inclinavit*. Sym. ὥστε ἕλκειν *ita ut trahant*. Alius, ἐξομολογήσεται *confitebitur*. S. Hieronymus, *propinabit*. Alii, *& fudit*, *effudit*. 2. p. s. m. cum præf. וַתַּגֵּר *& diffluere fecisti*. 3. p. pl. m. cum aff. & (·) pro (ו), יַגִּירֻהוּ *facient diffluere eum*.

HOPHAL הֻגַּר, unde Paoul plur. m. מֻגָּרִים *profusæ*, *diffusæ* aquæ.

נגש QAL. Lxx. ἐγγίζω, προσεγγίζω, πρόσειμι, προσέρχομαι, προσπορεύομαι, παραγίνομαι, Vulg. & alii, *accedo*, *appropinquo*, *advenio*, πορεύομαι *proficiscor*, καταλαμβάνω *deprehendo*, *offendo*, *nanciscor*, κολλάομαι *adhæreo*, παρατάσσω *aciem instruo*, τόπον ποιέω *locum facio*, ἀποστρέφω *averto*. Alii item, *secedo*. Construitur cum אֶל־, ב, ל, & cum adverbio הָלְאָה *ultra*, *huc*.

Infin. ex forma ה præced. dupl. (·) cum præf. בְּגֶשֶׁת *in accedere*, לָגֶשֶׁת *accedere*, וְלָגֶשֶׁת *& accedere*, מִגֶּשֶׁת *ab accedere*, h. e. *ne accedant*. Cum præf. & affix. גִּשְׁתּוֹ *accedere eum*, בְּגִשְׁתָּם *in accedere eos*.

Imper. 2. p. s. m. גַּשׁ *accede*; cum ה parag. ac Maqqaph, quo mediante, dictioni sequenti, impresso primæ literæ daghésch, adhæret, vide Gram. Heb. t. 1. p. 29. c. 2. גְּשָׁה־לִּי *Geschalli*, Isai. 49. v. 20. Lxx. ποίησόν μοι τόπον, Vulg. *fac spatium mihi*. Alii, *da mihi locum*. Ex forma (·) ob maqqaph in (·) correpti, גֶּשׁ־הָלְאָה, Gen. 19. v. 9. Lxx. ἀπόστα ἐκεῖ, Vulg. *recede illuc*. Alii, *accede ulteriùs*, q. d. *abi in malam rem*; vel *abi tu tacitus viam tuam*. 2. p. s. f. ex forma hhólem, cum duplici accentu, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 200. col. 2. fin. גֹּשִׁי *accede*, Ruth. 2. v. 14. 2. p. pl. m. גְּשׁוּ, & ex forma hhól. גֹּשׁוּ, *accedite*. Cum præf. וּגְשׁוּ *& accedite*.

Digitized by Google

Fut. 3. p. f. m. יגש, & in pausa יגש *accedet.* Cum præf. ויגש *& accessit.* 3. p. f. f. cum præf. ותגש *& accessit.* 2. p. f. m. תגש *accedas.* 3. p. pl. m. יגשו, & in pausa יגשו *accedent.* Cum præfix. ויגשו, & in pausa ויגשו *& accesserunt.* 3. p. pl. f. cum præf. ac sublato per apocopen ה, altera incrementi litera, ותגשן *& accesserunt.* 2. p. pl. m. תגשו, ac in pausa ex forma hhólem, תגשו *accedatis, acceditote.*

NIPHAL נגש, Lxx. *εἰσέρχομαι ingredior, ἐπιστρέφω revertor, προσεγγίζω*, Vulg. & alii, *accedo, appropinquo.* Alii item, *accedere, appropinquare jubeor.*

Praet. 3. p. f. m. נגש *accessit.* Cum præf. ונגש *& accedet.* 3. p. f. f. cum præf. ונגשה *& accedet.* 3. p. pl. m. נגשו *accesserunt.* Cum præf. ונגשו *& accedent.* 2. p. pl. m. נגשתם *accessistis.*

Ben. pl. m. cum præf. ה vices pronominis relativi supplente, הנגשים, Lxx. *οἱ ἐγγίζοντες*, Vulg. & alii, *qui accedunt.*

HIPHIL הגיש, Lxx. *ἐγκαταπαίζω illudo, ἐφάπτω adnecto, προσκυνέω adoro, ἐγγίζω accedo.* Aq. Sym. *ἄγω duco.* Lxx. item, *προσφέρω, προσάγω*, Alii, *adfero, offero, adduco, admoveo, sisto, accedere facio* vel *jubeo.*

Praet. 3. p. f. m. cum præf. & affix. והגישו *& accedere fecit eum*, והגישה *& admovebit illud.* 3. p. pl. c. הגישו *adduxerunt.* 2. p. pl. m. הגשתם *obtulistis.*

Ben. f. m. cum præf. ומגיש *& offerens.* Plur. m. מגישים, מגשים; & const. מגישי *offerentes.*

Imper. 2. p. f. m. cum ה paragog. הגישה & הגשה, *admove.* 2. p. pl. m. הגישו *admovete.* Cum præf. והגישו *& admovete.*

Fut. 3. p. f. m. יגיש *admovebit.* Cum præf. ויגש, cum (.) loco (-) ob Maqqaph sequens, ויגש־; & ex forma (-), ויגש *& admovit.* 3. p. f. f. תגיש *appropinquabit.* Cum præf. ex forma (-), ותגש *& admovit.* 3. p. pl. m. יגישו *afferant.* Cum præf. ויגישו & ויגשו, *& obtulerunt.* 2. p. pl. m. תגישו, & cum ן parag. תגישון, *offertis.* Cum præf. ותגישון *& admovetis.*

HOPHAL הגש, unde 3. p. plur. m. Praet. in pausa הגשו, Lxx. mutato numero (οὐ) *προσήγαγε* (non) *accessit.* Complut. mutata etiam persona (οὐ) *προσήγαγες* (non) *accessisti.* Vulg. *aggravati sunt.* Alii, *admoti sunt* (pedes).

Paoul f. m. מגש *oblatum, adductum.*

HITHPAEL התנגש, unde Imper. 2. p. plur. m. התנגשו יחדו, Isai. 45. v. 20. Lxx. *βουλεύσασθε ἅμα consulite simul.* Sym. *προσεγγίσατέ μοι appropinquate mihi.* Vulg. & alii, *accedite simul.*

נגש QAL. Lxx. *ἀπαιτέω.* Aq. Sym. *εἰσπράττω*, Vulg. & alii, *repeto, exigo* (tributum scilicet, aut creditum). Alii item, *exigendo*, vel *exactionibus arcto, affligo, premo.* Lxx. item, *ὑπονύσσω subtùs pungo, ἐξελαύνω expello, abigo, κυριεύω dominor, ἐξερευνάω perscrutor, ποιέω, πράττω, facio, ago, προσάγω adduco, δίδωμι do, ἀφίσταμαι recedo.*

Praet. 3. p. f. m. נגש *exigebat.*

Ben. f. m. נוגש & נגש, Lxx. *φορολόγος tributi collector.* Aq. *εἰσπράκτης*, Alius, *εἰσπράσσων*, Sym. *ἐπαναγκάζων*, Vulg. & alii, *exactor, exigens* tributum, aut creditum. Lxx. item, *ἐπισκόπος inspector, ἐπιστάτης præfectus, ἐργοδιώκτης operum præfectus, πράκτωρ minister, exactor.* Cum præf. הנגש *exactor.* Plur. m. cum præf. הנגשים *exactores*, והנגשים *& exactores.* Construct. נגשי *exactores.* Cum præf. & affix. נגשיו *exactores ejus*, m. ונגשיך *& exactores tui*, f. בנגשיהם *in exactores eorum.*

Fut. 3. p. f. m. ex forma hholem יגש, *exiget.* 2. p. f. m. תגש *exiges.* 2. p. pl. m. in pausa, & retento נ ex forma perfectorum, תנגשו *exigetis.*

NIPHAL נגש, Lxx. *συμπίπτω concido, corruo.* Vulg. *irruo.* Alii, *arctor, coarctor, premor, opprimor*, proprie exactionibus.

Praet. 3. p. f. m. נגש, 1. Reg. 13. v. 6. Lxx. (μὴ) *προσάγειν* (ne) *accedat*; legebant נגש in Niphal, *accessit*, Vulg. & alii, *afflictus, arctatus erat.* Cum præf. ונגש *& arctatus erit.*

נד, vide infra in Benoni Qal Verbi נוד.

נד m. Aq. Theod. Complut. *σωρός acervus, cumulus*, sic recentiores. Lxx. Sym. *ἀσκός*, Sym. item, *ἀσκώμα*, Vulg. *uter.* Lxx. item,

πῆγμα compactum, τεῖχος murus. Cum præf. כְּנֵד quasi cumulum. Rad. נוּד moveri ; unde נֵד acervus, sic dictus, quod motu & agitatione partium comportetur.

נֵד m. Isai. 17. v. 11. Aliis est solatium, à נוּד condolere, consolari. Alii, acervus, à נוּד moveri. Vulg. Verbaliter, ablata est (messis) : sic נֵד esset 3. p. s. m. Præter. Qal Verbi נוּד, ex forma (-). Lxx. paraphrastas agunt ; nec verbum, nec sensum exprimunt.

נדב QAL. Aq. Sym. Theod. ἑκουσιάζομαι, sponte, spontaneo motu offero, vel do. Sic recentiores. Lxx. δοκέω videor, vel impers. vel potiùs in tertia pers. δοκεῖ, ἔδοξε, videtur, visum est, φέρω fero, προθυμέω cupio ex animo, ἄρχω princeps sum, ἀπάρχομαι primitias offero.

Praet. 3. p. s. m. נָדַב לִבּוֹ אֹתוֹ, Exod. 35. v. 29. quos impellebat cor suum. 3. p. s. f. נָדְבָה רוּחוֹ, ibid. v. 21. quem impellebat spiritus suus, vel sponte movebat. Ita Ovidius, fert animus.

Fut. 3. p. s. m. cum aff. יִדְּבֶנּוּ לִבּוֹ, Exod. 25. v. 2. quem sponte moverit animus suus, m.

HITHPAEL הִתְנַדֵּב, Lxx. ἑκουσιάζομαι sponte do, offero, voluntarie offeror, προθυμέομαι prompto sum animo ; sic Vulg. & alii.

Praet. 1. p. s. c. הִתְנַדַּבְתִּי sponte obtuli. 3. p. pl. c. הִתְנַדְּבוּ sponte obtulerunt.

Ben. s. m. מִתְנַדֵּב, & cum præf. הַמִּתְנַדֵּב sponte offerens. Pl. m. cum præf. הַמִּתְנַדְּבִים sponte offerentes.

Infin. הִתְנַדֵּב sponte offerri. Cum præf. בְּהִתְנַדֵּב, Jud. 5. v. 2. Lxx. Theod. ἐν προαιρέσει in proposito populi. Lxx. aliter, ἐν τῷ ἑκουσιασθῆναι dum sponte se offerret populus. Aq. ἐν ἑκουσιασμῷ in spontanea oblatione populi. Vulg. paraphrasticos, qui sponte obtulistis animas vestras. Alii, in sponte se offerendo, h. e. cum sese sponte offerret populus. לְהִתְנַדֵּב, & cum (-) loco (-) ob Maqqaph sequens, לְהִתְנַדֵּב־ ad sponte offerendum. Vulg. 1. Paral. 29. v. 14. ut possimus hæc tibi universa promittere ? Cum aff. הִתְנַדְּבָם sponte offerri eorum.

Fut. 3. p. pl. m. cum præf. וַיִּתְנַדְּבוּ & sponte obtulerunt.

נדב Chald. PEAL, unde HITHPAAL 3. p. pl. m. Praet. הִתְנַדַּבוּ sponte offerunt.

Ben. s. m. מִתְנַדַּב sese sponte offerens. Pl. m. מִתְנַדְּבִין sponte offerentes.

נָדָב Mass. Nadáv, Vulg. Nadab, nom. proprium 1°. filii Aaron, Exod. 6. v. 23. 2°. filii Semei filii Onam filii Jerameel, 1. Paral. 2. v. 28. 3°. filii Jahiel, 1. Paral. 9. v. 36. 4°. filii Jeroboam, 3. Reg. 14. v. 20. Etym. spontaneus, sponte vovens, offerens ; à נָדַב sponte vovit, obtulit. Item, princeps ; à נָדִיב idem.

נְדָבָה f. Lxx. adjective, ἑκών, ἑκούσιον voluntarium. Substantive, αἵρεσις, προαίρεσις electio, ἀφαίρεμα separatio, ablatio, oblationis scilicet ergo, σφάγιον victima, δόμα donum, ἀρχή principium, ὁμολογία confessio. Adverb. ἑκουσίως sponte, voluntarie, ὁμολόγως congrue, manifeste. Particip. προαιρεθέντα oblata. Verbal. φέρω fero, ἰσχύω possum, &c. Aq. ἑκουσιασμός spontaneum donum, voluntaria oblatio ; sic Vulg. & alii. Cum præf. הַנְּדָבָה voluntaria oblatio, בִּנְדָבָה cum voluntaria oblatione, לִנְדָבָה voluntarium munus. Const. נִדְבַת voluntaria oblatio. Plur. נְדָבוֹת, Psal. 67. Heb. 68. v. 10. (pluviam) liberalitatum, h. e. uberrimam, abundantissimam, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 476. can. II. Syr. pluviam voti, ad votum. Const. נִדְבוֹת voluntariæ oblationes. Cum præf. & aff. וְנִדְבֹתֶיךָ & voluntariæ oblationes tuæ, m. נִדְבוֹתָם voluntariæ eorum vel suæ, נִדְבֹתֵיכֶם spontanea vestra, m. וְנִדְבֹתֵיכֶם & spontanea vestra, m. R. נָדַב sponte obtulit.

נְדַבְיָה Mass. Nadaviah, Vulg. Nadabia, nomen proprium filii Jechoniæ filii Joacim, 1. Paral. 3. v. 18. Etym. votum, oblatio, donum Domini ; à נָדַב sponte promisit, obtulit, dedit, & יָהּ Dominus. Vel princeps Domini ; à נָדִיב princeps, & יָהּ Dominus.

נִדְבָּךְ m. Chald. Lxx. δόμος domus, structura, quæ supra ædificium exurgit. Vulg. & alii, ordo, series, strues lapidum, paries, maceria. Plur. נִדְבָּכִין דִּי־אֶבֶן גְּלָל, Esd. 6. v. 4. ordines murorum terni ex lapidibus magnis. Ad verbum, ex lapide revolutionis, h. e. maximo, quem devolvi necesse est præ gravitate. Ex forma emphat. cum præf.

Digitized by Google

לְהַרְבָּנַיָּא (ſub) *ordinibus lapideis iſtis*, in Targum Ezech. 46. v. 23. R. רְבַךְ inuſit.

נָדַד QAL. Lxx. φεύγω, Vulg. & alii, *fugio, profugio*, φυγαδεύω *fugo, pello, in exilium mitto*, ἀποξενόομαι (Sym. ἀναστατόομαι) *exterris, exul fio*, ἀφίσταμαι (Aq. Theod. ἀναχωρέω) *recedo*, ἵπταμαι, πέταμαι *volo*, ἀνίπταμαι *avolo*, καθίπταμαι *devolo*, ἀποπηδάω *reſilio*, ἐξίσταμαι *obſtupeſco*, καταβαίνω *deſcendo*, καταστάω vel καταστέλλω *conſtituo*, σείω *tremo*, ζωννύω *cingo*, πτοέω *terrefacio*, ἀλλοτριόω *abalieno*, ἀφαιρέομαι *aufero*, κινέω *moveo*. Aq. Theod. μεταναστεύω, Sym. μετακινέομαι *moveor, amoveor, commigro, transmigro*. Sic Vulg. & alii. Item, *vagor, evagor, erro, aberro*.

Praet. 3. p. ſ. f. נָדְדָה, & Chald. נַדַּת, *fugit, aufugit, receſſit*. 3. p. pl. c. נָדְדוּ, & in pauſa נָדָדוּ *fugerunt*.

Ben. ſ. m. נוֹדֵד vel נֹדֵד, *movens, vagans*. Cum præfix. וְנוֹדֵד *& vagans*, ut quidam volunt, ſed ſi eſſet Benoni Qal, ſcriberetur cum hhólem deficiente ob (ו) præcedens. Vide infra in Poal. לְנֹדֵד *vagantem*. Fem. ex forma ה, præced. duplici (‥), נוֹדֶדֶת, Prov. 27. v. 8. Lxx. ὅταν καταπετασθῇ *cum avolaverit*. Vulg. *transmigrans*. Alii, *quæ errat*. Pl. m. נֹדְדִים *vagabundi, errabundi*.

Infin. ex forma perfecta נְדֹד, Pſal. 54. Heb. 55. v. 8. Lxx. Participial. φυγαδεύων, Vulg. *fugans*. Sym. ſubſtantive, ἀναχώρησιν *ſeceſſio*. Alii, *evagari*, longum facerem, h. e. *longe recederem*.

Fut. 3. p. ſ. m. ex forma hhól. יִדּוֹד *fugiat*. 3. p. ſ. f. cum præf. & ex forma (‥), וַתִּדַּד *& fugiebat*. 3. p. pl. m. ex forma hhól. ob pauſam remanentis etiam in utraque voce, & cum ן parag. יִדֹּדוּן יִדֹּדוּן, Pſal. 67. Heb. 68. v. 13. Lxx. τοῦ ἀγαπητοῦ, τοῦ ἀγαπητοῦ, Vulg. *dilecti, dilecti*; legeb. יְדִיד *dilectus*. Alii, *fugerunt, fugerunt*.

POAL 3. p. ſ. m. Praet. cum præfix. וְנוֹדַד, Nah. 3. v. 17. Lxx. καὶ ἀφήλατο *& exiliuit*. Vulg. mutato numero, *& avolarunt*. Alii, *& evagata eſt* locuſta locuſtarum, h. e. magnæ locuſtæ.

HIPHIL הֵנֵד, unde 3. p. plur. m. Fut. cum aff. & (‥) pro (ו) ad euphoniam, יְנִדֻּהוּ, Job. 18. v. 18. Vacat apud Lxx. Vatic. Complut. verò, μετῴκισαν αὐτὸν demigrare fecerunt eum. Vulg. *transferet eum*; legeb. in ſing. Alii, *ejiciunt, abigunt eum*, h. e. *ejicitur, abigitur ille*.

HOPHAL הוּנַד, unde Paoul ſ. m. cum (‥) pro ſchoureq, & dagh. primæ rad. a retentæ impreſſo, מֻנָּד; vel cum ſolo (‥) euphonico loco (ו), מֻנָד, (ut ſpina) *amovenda*, ſeu *amota*.

Fut. 3. p. ſ. m. cum præf. וְיֻנַּד *& fugatur, abigitur*.

HITHPOEL הִתְנוֹדֵד, Lxx. πολεμέω *belligero*, σείω *commoveo*, ταράσσω, ſive ταράττω *turbo*. Vulg. *auferor, captivus ducor*. Alii, *vagus fugio, evagor, ipſe me moveo*.

Praet. 3. p. ſ. f. cum præf. וְהִתְנוֹדְדָה *& evagabitur*.

Fut. 2. p. ſ. m. ex forma (‥) in (‥) ob pauſam mutati, תִּתְנוֹדָד *commoves te*. 3. p. plur. m. יִתְנוֹדְדוּ *vagi fugient*; quæ etiam exempla à נוּד eſſe poſſint, quippe cùm penè idem duæ hæ radices valeant.

נְדֻדִים m. plur. ab inuſit. נְדוּד, cum (‥) pro (ו) ad euphoniam, Job. 7. v. 4. Lxx. ὀδυνῶν, Vulg. *doloribus*. Alii, *motibus vagis, jactationibus, evagationibus*. Rad. נָדַד *moveor, jactor, vagor*.

נָדָה QAL, unde PIEL נִדָּה, Lxx. βδελύσσομαι *abominor*, ἔρχομαι *venio*. Vulg. & alii, *procul amoveo, abjicio, ejicio, projicio, expello, ſeparo*.

Ben. pl. m. cum præf. ה vices pronom. relat. ſupplente, הַמְנַדִּים *qui longe*, vel *procul amovent* diem mali. Cum aff. מְנַדֵּיכֶם *procul arcentes vos*, m.

נִדָּה f. Lxx. Theod. χωρισμός, Vulg. & alii, *ſeparatio*. Lxx. Aq. ῥαντισμός *aſperſio*. Sym. περιρραντισμός *circumaſperſio*. Lxx. Incert. μετακίνησις *commotio*. Lxx. item, ἀκαθαρσία *immunditia*, ἁγνισμός *expiatio*, ἄφεδρος *menſtruum*, ἀποκαθημένη *menſtruata*. Sic Vulg. & alii. Cum præf. הַנִּדָּה *ſeparata, menſtruata, immunditia*. לְנִדָּה *in ſeparationem*; & cum voce יִהְיֶה, ſic: לְנִדָּה יִהְיֶה, Ezech. 7. v. 19. Lxx. ὑπεροφθήσεται *contemptui*. Vulg. *in ſterquilinium*. Alii, *in fœditatem erit*, h. e. *fœditas erit*. וְלַנִּדָּה *& pro ſeparatione*. Conſt.

נדה *separationis.* Cum præf. & aff. בנדתה *in separatione*, נדתה *immunditia ejus*, f. בנדתה *in separatione sua*, f. כנדתה *juxta separationem suam*, f. Rad. נדה in Piel *separavit.*

נדן m. Lxx. *μίσθωμα*, Vulg. & alii, *pretium, merces* proprie *meretricia.* Rad. נדה in Piel *projicio, removeo*, unde נדה *pretium meretricis*, sic dictum, quod non liceat illud ex immundo opere partum pro donario inferre in templum.

נדח QAL, unde Infinit. ex forma perfecta cum præf. לנדח, Deut. 20. v. 19. Lxx. *ἐπιβαλεῖν*, Alii, *vibrando, impellendo*, sive *ad impellendam*, h. e. *ut impellas* securim. Vulg. hîc paraphrastam agit; & sensum, non verbum exprimit.

Fut. 3. p. s. m. ex forma (-), ידח, 2. Reg. 14. v. 14. Lxx. *τοῦ ἐξῶσαι ut expellat.* Alii, *ne depellat, propellat.* Vulg. & hîc paraphrastam agit; non verbum, sed sensum utcunque exprimit. Duo hæc duntaxat exempla ex Qal reperio in Hebræo; alia quærat Trommius, quibus, quæ ex Græco refert, aptet.

NIPHAL נדח, Lxx. *ἄπειμι absum, ἀποσπῶμαι*, Vulg. *spargor, διασπείρομαι, διασκορπίζομαι*, Vulg. *dispergor, πλανάομαι*, Vulg. *decipior, ἐξίσταμαι obstupesco, ὄλλυμαι pereo, ἐκκρίνομαι, ἀπωθέομαι* vel *ἀπώθομαι*, Lxx. Aq. *ἐξωθέομαι* vel *ἐξώθομαι*, Vulg. & alii, *detrudor, depellor, dejicior, extrudor, expellor, ejicior.* Alii item, *impellor.*

Praet. 3. p. s. f. נדחה *expulsa est.* Cum præf. ונדחה *& impulsa fuerit.* 2. p. s. m. cum præf. ונדחת *& impellaris.* 3. p. plur. c. נדחו *depulsi fuerunt.* 2. p. pl. m. cum præf. ונדחתם *& dispellemini.*

Ben. s. m. נדח *expulsus.* Cum aff. נדחו, 2. Reg. 14. v. 13. Lxx. Sym. *τὸν ἐξωσμένον αὐτοῦ*, Compl. *ἀπωσμένον ἀπ' αὐτοῦ*, Theod. *τὸν ἀπωσμένον αὐτοῦ*, Vulg. & alii, *expulsum, ejectum, propulsum, profugum suum*, m. נדחך *expulsus tuus*, m. נדחכם *expulsus vester*, m. Fem. נדחה *expulsa.* Cum præf. והנדחה *& expulsa.* Ex forma ח, præcedente duplici (-) pro duplici (·) ob ח tertiam radicalem gutturalem, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 164. c. 2. cum præf. הנדחה

expulsam. Plur. m. נדחים *expulsi.* Cum præf. והנדחים *& expulsi.* Const. נדחי *expulsi.* Cum affix. נדחי *propulsi, profugi mei*, c.

PUAL נדח, unde Ben. s. m. מנדח *impulsus.*

HIPHIL הדיח, Lxx. Aq. Sym. Theod. *ἐξωθέω* vel *ἐξώθω*, Vulg. & alii, *depello, expello.* Lxx. item, *ἐξωκέλλω attraho.* Vulg. *protraho.* Alii, *impello, compello.* Theod. *διασκορπίζω disperge.* Alii, *dispello.* Lxx. item, *ἀφίστημι abstraho, averto, ἀποπλανάω seduco, aberrare facio, ἐξάγω educo, expello, ἐκβάλλω ejicio*, &c.

Praet. 3. p. s. m. cum præf. והדיח *& impellas.* Cum affix. הדיחך *depulerit te*, m. הדיחם *expulit eos.* 2. p. s. m. cum aff. הדחתם *expulisti eos.* 1. p. s. c. הדחתי *expuli.* Cum præf. והדחתי *& expulero.* Cum præf. & aff. והדחתיו *& expellam eum*, הדחתיך *expuli te*, m. הדחתים *depuli eos.* 3. p. pl. m. הדיחו *expulerunt.* 2. p. pl. m. הדחתם *propulistis.*

Infin. cum præf. להדיח *ad depellendum.* Cum præf. & aff. להדיחך *ad propellendum te*, m. הדיחני *expellere me*, c.

Imper. 2. p. s. m. cum aff. Poëtico הדיחמו *impelle, trude ipsos.*

Fut. 3. p. s. m. cum præf. & א loco ה, sic וידא, secundum τὸ כתיב, secundum vero τὸ קרי, וידח, quasi contracte pro וידיח *& expulit.* 3. p. s. f. cum affix. תדיחנו *impellebat eum.* 1. p. s. c. cum aff. אדיחם *expellam eos.* 3. p. pl. m. cum præf. וידיחו *& depulerunt.* 2. p. pl. m. cum præf. & affix. & (·) pro (ֵ), ותדחום *& expulistis eos.*

HOPHAL הדח, unde Paoul s. m. מדח *expulsus.*

נדיב m. Lxx. Sym. Theod. *ἄρχων*, Vulg. & alii, *princeps.* Lxx. item, *βασιλεύς rex.* Theod. item, *ἡγέμενος dux.* Lxx. *δυνάστης dynasta.* Particip. *καταδεχόμενος suscipiens, δίκαιος justus, εὐσεβὴς pius, συνετὸς prudens, sapiens. πρόθυμος*, Aq. *ἑκούσιος*, Sym. *αὐθαίρετος*, Vulg. & alii, *promptus, spontaneus, voluntarius, sponte agens, libens, ἐλεύθερος, εὐγενὴς ingenuus, liberalis, munificus.* Cum præfix. ונדיב *& liberalis*, לנדיב *ingenuo.* Const. נדיב *spontaneus.* Plur. נדיבים *ingenui, principes.* Cum præf. בנדיבים,

Prov. 8. v. 16. Lxx. *τύραννοι tyranni , dominatores.* Vulg. *potentes.* Aq. & Theod. Particip. *ἑκουσιαζόμενοι ſponte offerentes.* Alii, *& ingenui , & principes* , בִּנְדִיבִים *in principibus.* Conſt. נְדִיבֵי *ingenui.* Cum aff. Poëtico , & ſine (י) indice plur. numeri , נְדִיבֵמוֹ *principes eorum.* R. נָדַב *ſponte obtulit , liberaliter dedit.*

נְדִיבָה f. Pſal. 50. Heb. 51. v. 14. Lxx. *ἡγεμονικός* , Vulg. *principalis.* Alii , *voluntarius , ingenuus* ſpiritus. Subſtant. *βουλή conſilium.* Cum aff. & (ְ) loco (י) , נְדִבָתִי , Job. 30. v. 15. Lxx. *ἡ ἐλπίς μου ſpes mea.* Sym. *τὰ καταθύμιά μου quæ erant animo meo grata.* Vulg. *deſiderium meum.* Alii , *ſpontaneam meam* (animam). Plur. נְדִיבוֹת , Iſai. 32. v. 8. Lxx. *συνετά ſapientia* (verba). Sym. *ἀρχοντικά quæ principis ſunt.* Vulg. *quæ digna ſunt principe.* Alii , *ingenuitates.* R. נָדַב *liberaliter dedit , ſponte obtulit.*

נָדָן m. Lxx. *κολεός* , Vulg. & alii , *vagina.* Cum aff. נְדָנָהּ *vaginam ejus* , f. R. נָדַן , ſecundum R. Saad , *vaginor.* Vide ſupra col. 392. in fut. Qal Verbi rad. דִּין , ſecundum alios , *rependo , perſolvo.* Unde Gr. *τίνω , τινύω pendo , ſolvo ;* Latine , *dono ;* unde etiamnum Judæi ea , quæ uxor affert marito , vocant נְדוּנְיָא , נְדוּנְיָה , נְדָן , Latine per aphæreſin , *donum , dona.* Hinc inquiunt , נָדָן *vagina* , ſic dicta , quod in eam gladius rependatur , ſive reddatur.

נִדְנֶה m. Chald. Dan. 7. v. 15. juncta hac voce cum præced. בְּגוֹ , Lxx. *ἐν τῇ ἕξει μου in habitu meo.* Alii , *in media vagina* , h. e. *in medio corpore.* Vulg. *territus ſum in his.* Legiſſe videtur נִדְמָה , Heb. *excisus , ſucciſus ſum* , à Verbo דָּמָה in Niphal *exſcindi , ſuccidi.* Vide Gram. Heb. t. 2. p. 218. c. 2. R. נָדַן , ſecundum nonnullos , *vaginor.*

נְדָנִים m. plur. unde cum aff. נְדָנַיִךְ , Lxx. *μισθώματα* , Vulg. *mercedes.* Alii , *præmia , pretia tua* , f. R. נָדָה in Piel *removeo ;* aut נָדַן inuſit. quod nonnullis ſignificat *vaginor , rependo* , &c.

נָדַף QAL. Lxx. *ἐκλείπω* , Vulg. *deficio* , *προστίθημι addo , ἐκτίθω* , Vulg. & alii , *ejicio , disjicio , projicio , depello , diſpello ,* item , *impello , propello.*

Fut. 3. p. ſ. m. cum affix. יִדְּפֶנּוּ *impellet eum.* 3. p. ſ. f. cum aff. תִּדְּפֶנּוּ *diſpellit eam* (gluma m). 2. p. ſ. m. ex forma perfecta , תִּנְדֹּף *impellis.*

NIPHAL נִדַּף , Lxx. *φέρομαι feror , διώκω inſequor , perſequor , κινέομαι moveor , ἐξωθέομαι disjicior , ejicior* , &c. ſic recentiores. Hinc per aphæreſ. & metath. *πλέω.*

Praet. 3. p. ſ. m. נִדַּף , Iſai. 19. v. 7. Lxx. adject. *ἀνεμόφθορον vento corruptum.* Alii , *depelletur.* Vacat apud Vulg.

Ben. ſ. m. נִדָּף , Job. 13. v. 25. Lxx. *κινούμενον quod movetur.* Vulg. *quod vento rapitur.* Alii, *propulſatum.* Sym. *ἐκπεσὸν decidens.*

Infin. cum præf. ex forma Præt. ex termin. hhól. ſine defectu primæ rad. נ , & cum ה ſpeciali hujuſce infinitivi characteriſtica , כְּהִנָּדֵף , Pſal. 67. Heb. 68. v. 3. Lxx. *ὡς ἐκλείπει* , Vulg. *ſicut deficit.* Alii , *ſicut impelli.*

נָדַר QAL. Lxx. *ὁμολογέω confiteor , εὔχομαι* , Vulg. & alii , *voveo , votum nuncupo.*

Praet. 3. p. ſ. m. נָדַר , & in pauſa נָדָר *vovit.* 3. p. ſ. f. in pauſa , נָדָרָה *vovit.* 2. p. ſ. m. נָדַרְתָּ *voviſti.* 1. p. ſ. c. נָדַרְתִּי *vovi.* 3. p. pl. c. cum præf. וְנָדְרוּ *& vovebunt.* 1. p. pl. c. נָדַרְנוּ *vovimus.*

Ben. ſ. m. cum præf. וְנֹדֵר *& vovens* , הַנֹּדֵר *vovens.*

Infin. ex forma perfecta cum præfix. לִנְדֹּר *votum nuncupando.*

Imper. 2. p. pl. m. ex forma perfecta , נִדְרוּ *vovete.*

Fut. 3. p. ſ. m. יִדֹּר *vovet.* Cum præf. & ex forma (ַ) , וַיִּדַּר *& voverit.* 3. p. ſ. f. תִּדֹּר *votum nuncupaverit.* Cum præf. וַתִּדֹּר *& vovit.* 2. p. ſ. m. תִּדֹּר *vovebis.* Cum præf. Eccl. 5. v. 4. melius eſt quod non voveas , מִשֶּׁתִּדּוֹר , Lxx. *ἢ τὸ εὔξασθαί σε quàm vovere te* & non reddere. Vulg. *quàm poſt votum* promiſſa non reddere. Alii , *quàm quod voveas* , nec reddas. 3. p. pl. c. cum præf. וַיִּדְּרוּ *& vota nuncupaverunt.*

נֶדֶר & נֵדֶר , m. Lxx. Aq. *εὐχή* , Vulg. & alii , *votum.* Lxx. Sym. *προσευχή oratio.* Lxx. item, *δῶρον donum , ὁμολογία confeſſio.* Cum præf. וְנֵדֶר & הַנֵּדֶר , *& votum.* Cum affix. נִדְרוֹ *votum ejus* , m. נִדְרָהּ *votum ejus* , f. נְדָרַי vo-

tum meum, c. Plur. נְדָרִים *vota*. Cum præf. & aff. נְדָרָיו *vota ejus*, f. וּנְדָרֶיהָ *& vota ejus*, f. לִנְדָרֶיהָ *in votis ejus*, f. נְדָרַיִךְ *vota tua*, m. וּנְדָרֶיךָ *& vota tua*, m. נְדָרֶיךָ in pausa, *vota tua*, f. נְדָרַי, & in pausa נְדָרָי *vota mea*, c. לִנְדָרָי itidem in pausa, *vota mea*, c. נִדְרֵיהֶם *votis eorum*, vel *suis*, m. נִדְרֵיכֶם *vota vestra*, m. וְנִדְרֵיכֶם *& vota vestra*, m. מִנִּדְרֵיכֶם *præter vota vestra*, m. נְדָרֵינוּ *vota nostra*, c. Rad. נָדַר *vovit*.

נֹהַּ m. Ezech. 7. v. 11. Lxx. μετὰ σπουδῆς *cum festinatione*. Vulg. *requies*; legebat נֹחַ, vel נוּחַ idem. Alii, *lamentum*, *lamentatio*. Rad. נָהָה *lamentatus est*, *lamentum edidit*.

נָהַג QAL. Lxx. ἄγω *duco*, ἀνάγω *adduco*, *reduco*, ἀπάγω (Aq. ἐλαύνω) *abduco*, *abigo*, εἰσάγω *introduco*, μετάγω *traduco*, ὁδηγέω *per viam duco*, sic Vulg. & alii. παρακαλέω *consolor*, παραλαμβάνω *accipio*, ποιμαίνω *pasco*, γίνομαι *fio*, *eo*, *venio*, αἰχμαλωτεύω *captivum duco*. Alii item, *aurigo*, ac metaphorice, *rego*, *guberno*. Construitur cum accusat. & interdum cum præpositione ב.

Praet. 3. p. s. m. נָהַג *duxit*. 3. p. pl. c. נָהֲגוּ *duxerunt*.

Ben. s. m. נֹהֵג *ducens*, *ductor*, *dux*. Plur. m. נֹהֲגִים *ducentes*.

Paoul pl. m. נְהוּגִים *adducti*.

Imper. 2. p. s. m. ex forma (-), נְהַג *duc*.

Fut. 3. p. s. m. ex forma (-) יִנְהַג, & in pausa יִנְהָג, *ducet*. Cum præf. וַיִּנְהַג *& duxit*. 1. p. s. c. cum affix. אֶנְהָגְךָ *deducam te*, m. 3. p. pl. m. in pausa, quæ (-) primariæ vocis revocatum in (-) mutavit, יִנְהָגוּ *ducent*. Cum præf. וְיִנְהָגוּ *& abducant*, וַיִּנְהֲגוּ *& adduxerunt*.

PIEL נִהַג ex forma (-), & sine dagh. excid. compensatione, Lxx. ἄγω *duco*, ἐπάγω *induco*, *adduco*. Sic Vulg. & alii.

Praet. 3. p. s. m. נִהַג *adduxit*. 2. p. s. m. נִהַגְתָּ *duxisti*.

Ben. plur. f. מְנַהֲגוֹת, Nah. 2. v. 8. Lxx. Verbal. ἤγοντο, Vulg. *minabantur*. Alii, *ducentes*, *ductores*.

Fut. 3. p. s. m. יְנַהֵג *adducet*. Cum præf. וַיְנַהֵג *& adduxit*. Cum præf. & aff. וַיְנַהֲגֵהוּ *& duxit eum*, יְנַהֶגְךָ *adduxerit te*, m. יְנַהֲגֵם *ducet eos*, וַיְנַהֲגֵם *& duxit eos*, יְנַהֲגֵנוּ *deducet nos*, c. 2. p. s. m. cum præf. וַתְּנַהֵג *& adduxisti*.

נָהָה QAL, 3. p. s. m. Praet. unde cum præf. וְנָהָה נְהִי נִהְיָה, Mich. 2. v. 4. Lxx. καὶ θρηνηθήσεται θρῆνος ἐν μέλει *plangetur planctus in cantico*, *in carmine*. Vulg. *cantabitur canticum cum suavitate*. Alii, *& ejulabitur ejulatu qui fit* in summis scilicet calamitatibus. נִהְיָה enim hîc est 3. p. s. m. Præt. Niphal Verbi הָיָה *sum*, *fio*. Prov. verò 13. v. 19. est Benoni ejusdem Niphal s. f. per apocopen pro נִהְיָה.

Imper. 2. p. s. m. נְהֵה, Ezech. 32. v. 18. Lxx. θρήνησον *plange*. Vulg. *cane lugubre*. Alii, *conquerere*, *lamentare*, *ejula*.

NIPHAL נִנְהָה, unde 3. p. pl. m. Fut. cum præf. וַיִּנָּהוּ, 1. Reg. 7. v. 2. Lxx. mutatis & numero & sensu, καὶ ἐπέβλεψε *& respexit*. Vulg. in sing. *& requievit*; legebat וַיָּנַח. Alii, *& lamentati sunt*, *& ejularunt*.

נְהוֹרָא f. Chald. unde cum præf. וּנְהוֹרָא, Dan. 2. v. 22. ubi scribendum cum (י) sed legendum per (ו). Lxx. τὸ φῶς, Vulg. & alii, *splendor*. Rad. נְהַר *splenduit*, *illuxit*.

נְהִי m. Lxx. Sym. μέλος *melos*, *melodia*, *carmen* lugubre. Lxx. σπουδὴ *festinatio*, οἶκτος *miseratio*. Adject. οἰκτρός *miserabilis*. Præced. hac voce נְהִי, κοπετός, θρῆνος, Vulg. & alii, *planctus*, *lamentum*, *ejulatus*. In pausa נֶהִי *lamentum*. Cum præf. וְנֶהִי *& lamentum*. R. נָהָה *questus*, *conquestus*, *lamentatus est*, *ejulavit*, *planxit*.

נִהְיָה, vide supra in נָהָה.

נַהִירוּ f. Chald. per apocopen, pro נַהִירוּת, Lxx. γρηγόρησις *vigilantia*. Vulg. *scientia*. Alii, *illustratio*, *lux*. Cum præf. וְנַהִירוּ *& illustratio*. R. נְהַר *luxit*, *splenduit*.

נָהַל QAL, unde PIEL נִהֵל, Lxx. Aq. Sym. διαβαστάζω, Vulg. *porto*, *bajulo*. Lxx. διατρέφω, ἐκτρέφω, Vulg. *nutrio*, *enutrio*, ἀντιλαμβάνω *suscipio*, παρακαλέω (Sym. παρηγορέω) *advoco*, *consolor*, *hortor*, καταπαύω, Vulg. *quietem præsto*, ἄγω, Alii, *duco*, *deduco* commode ac leniter, ut pastor oves; unde Vulg. & alii, *sustento*, *educo*,

Digitized by Google

educo, ut, porto levandi gratiâ, &c. Hinc quibusdam per metathesin, ἐλαύνω *ago, duco*.

Praet. 2. p. f. m. נֵהַלְתָּ *deduxisti*.

Ben. f. m. מְנַהֵל *deducens*.

Fut. 3. p. f. m. יְנַהֵל *deducet*. Cum affix. יְנַהֲלֵנִי *deducet me*, c. יְנַהֲלֵם *deducet eos*. Cum præf. & aff. וַיְנַהֲלֵם, Gen. 47. v. 17. Lxx. καὶ ἐξέθρεψεν αὐτοὺς ἐν ἄρτοις *& enutrivit eos panibus*. Vulg. *sustentavitque eos* illo anno. Alii, *& deduxit eos in pane*, hoc anno, q. d. fecit illos eum annum absolvere, h. e. vivere pane. Sequente hac voce מִסָּבִיב *à circuitu*, 2. Paral. 32. v. 22. Lxx. καὶ κατέπαυσεν αὐτοὺς κυκλόθεν, Vulg. *& præstitit eis quietem per circuitum*. Alii, *clementer eos agebat, alebatque per circuitum*. 2. p. f. m. cum præf. וּתְנַהֲלֵנִי *& deducito me*, c. 3. p. pl. m. cum præf. & aff. וַיְנַהֲלוּם *& deduxerunt eos*.

HITHPAEL הִתְנַהֵל, unde 1. p. f. c. Fut. cum ה parag. אֶתְנַהֲלָה לְאִטִּי, Gen. 33. v. 14. Lxx. ἐγὼ δὲ ἐνισχύσω ἐν τῇ ὁδῷ κατὰ σχολήν *ego autem invalescam in via secundum tarditatem*. Vulg. *& ego sequar paulatim*. Alii, *ducem me præbebo*, vel *leniter incedam*. Ad verbum, *secundum lenitudinem meam*.

נַהֲלָל & נַהֲלֹל, Mass. *Náhalál* & *Náhalól*, Vulg. *Naalol*, nomen proprium civitatis Levitarum in Tribu Zabulon, Jos. 19. v. 15. cap. 21. v. 35. Jud. 1. v. 30. Etym. *laudatus*, vel *insanus*; à הָלַל in Piel *laudavit*, vel *insanum reddidit*.

נַהֲלֹלִים m. plur. à sing. inusit. נַהֲלֹל, unde cum præf. וּבְכֹל הַנַּהֲלֹלִים, Isai. 7. v. 19. Lxx. sing. καὶ εἰς πᾶσαν ῥαγάδα *& in omnem fissuram*. Vulg. *& in universis foraminibus*. Alii, *& in omnibus stultis*, h. e. *vilibus* & *ingloriis arboribus* ac *lignis*. Alii contra, *& in omnibus laudatis arboribus*. Chald. *& in omnibus domibus laudis*, h. e. *locis laudatis*. Rad. הָלַל in Piel, *laudavit*, *insanum reddidit*; cujus secundum quosdam est Benoni plur. m. Niphal, ex forma hhólem.

נָהַם QAL. Aq. Sym. Theod. στενάζω, Vulg. & alii, *gemo*. Lxx. μεταμελέω, *pœnitet*, πεινάω *esurio*, ἐπιλαμβάνω *apprehendo*, *corripio*, οὐ παρακαλέω *non consoler*. Lxx.

Theod. βοάω *clamo*. Vulg. & alii, *sono*, *strideo*, *fremo*, *rugio* leonum proprie.

Praet. 2. p. f. m. cum præf. וְנָהַמְתָּ *& rugias*. 2. p. pl. m. cum præf. וּנְהַמְתֶּם *& gemetis*.

Ben. f. m. נֹהֵם *rugiens*.

Fut. 3. p. f. m. cum præf. & ex forma perfecta, וְיִנְהֹם, Isai. 5. v. 30. Lxx. καὶ βοήσει, Marchali ms. καὶ βοήσεται *& clamabit*. Sym. καὶ ἠχήσει, Vulg. & alii, *& sonabit*, *& fremet*.

נַהַם m. Lxx. βρυγμός, Vulg. & alii, *fremitus*. Incert. στεναγμός *gemitus*. Lxx. θυμός *furor*. Incert. βρυγμός, Vulg. & alii, *rugitus*. R. נָהַם *rugiit*, *fremuit*, *gemuit*.

נְהָמָה f. unde const. cum præf. כְּנַהֲמַת, Isai. 5. v. 30. Lxx ὡς φωνή, Vulg. & alii, *sicut sonitus*, *sicut fremitus*. מִנַּהֲמַת, Psal. 37. Heb. 38. v. 9. Lxx. ἀπὸ στεναγμοῦ, Vulg. *à gemitu*. Aq. ἀπὸ βρυγμοῦ, Alii, *præ fremitu*. A voce præced. נַהַם.

נָהַק QAL, unde Fut. 3. p. f. m. cum præf. & ex forma (-), הֲיִנְהַק, Job. 6. v. 5. Lxx. μὴ διακενῆς κεκράξεται *nunquid frustra clamabit?* Sym. μὴ στένει λιμῷ *nunquid gemit præ fame?* Vulg. *nunquid rugiet?* Alii, *nunquid rudit* onager? 3. p. pl. m. in pausa, יִנְהָקוּ, Job. 30. v. 7. Lxx. βοήσονται *clamabunt*. Sym. Particip. ἠχοῦντες *sonantes*. Alii, *rudebant*. Vulg. hîc paraphrastam agit, & sensum, non verbum, utcunque exprimit.

נָהַר QAL. Lxx. φοβοῦμαι *timeo*, ἥκω *venio*, σπεύδω *festino*, συνάγομαι *congregor*, φωτίζομαι, Vulg. & alii ex usu Chaldaïco, *illuminor*. Item, *confluo*, sed metaphorice de hominum concursu semper usurpatur.

Praet. 2. p. f. f. cum præf. וְנָהַרְתְּ *& confluet*, *& illuminaberis*. 3. p. pl. c. cum præf. וְנָהֲרוּ, & in pausa וְנָהָרוּ *& confluent*, *& illuminati sunt*.

Fut. 3. p. pl. m. ex forma perfecta, יִנְהֲרוּ *confluent*.

נָהָר m. Lxx. ποταμός, Vulg. & alii, *fluvius*, *flumen*, cujus fluxus perennis est, πόλις *urbs*. Cum præced. Verbo שָׁטַף, πλημμύρα γίνεται *æstus marinus*, *maris inundatio fit*.

Cum præf. הַנָּהָר *fluvius ille*, antonomastice, *Euphrates*. וְהַנָּהָר & הַנָּהָר, *& fluvius*, בַּנָּהָר *per flumen*, כַּנָּהָר *tanquam fluvius*, לַנָּהָר *fluvium*, וּמִנָּהָר *& à flumine*. Conſt. נְהַר *fluvius*. Cum præf. וּנְהַר *& fluvium*, בִּנְהַר *in fluvium*, *fluvio*, מִנְּהַר *à flumine*. Dual. m. נַהֲרַיִם, & in pauſa נַהֲרָיִם *duo fluvii*. In hac phraſi, אֲרַם נַהֲרַיִם, Gen. 24. v. 10. *in Syriam fluviorum*, h. e. Meſopotamiam verſus, Euphratem inter & Tigrim poſitam. Plur. m. in iſta phraſi, אֲשֶׁר־בָּזְאוּ נְהָרִים אַרְצוֹ *cujus terram fluvii*, h. e. populi ingentes, *deprædati ſunt*. Cum præf. בַּנְּהָרִים *contra flumina*, הֲבַנְּהָרִים *an contra flumina*. Conſt. נַהֲרֵי, & cum præf. לְנַהֲרֵי *flumina*. Fem. aut ex terminatione fem. plur. נְהָרוֹת *flumina*. Cum præf. הַנְּהָרוֹת & וְהַנְּהָרוֹת, *flumina*, וּנְהָרוֹת *& flumina*, וּבַנְּהָרוֹת *& in fluminibus*, כַּנְּהָרוֹת *tanquam flumina*, וְכַנְּהָרוֹת *& tanquam flumina*. Conſt. נַהֲרוֹת *flumina*. Cum præf. & affix. נַהֲרוֹתָיו & נַהֲרֹתֶיהָ, *flumina ejus*, f. בְּנַהֲרֹתָיִךְ *per flumina tua*, m. וְנַהֲרֹתֶיךָ *& flumina tua*, f. נַהֲרֹתָם *flumina eorum*, וְנַהֲרֹתָם *& flumina eorum*. Rad. נָהַר *confluxit*.

נְהַר m. Chald. unde emphat. נַהֲרָא, & cum ה in fine pro א, נַהֲרָה, Lxx. ποταμὸς, Vulg. & alii, *flumen*. Conſt. נְהַר דִּי־נוּר, Dan. 7. v. 10. Lxx. ποταμὸς πυρὸς *flumen ignis*. Vulg. *fluvius igneus*. Sic recentiores. Rad. נְהַר *ſplenduit*, *illuxit*.

נַחְנוּ, & in pauſa נָחְנוּ *nos*, vide in אֲנִי, ſupra col. 121.

נחר & in pauſa נָחַר, QAL, 3. ſcilicet, ſecundum nonnullos, p. ſ. m. Praet. Jerem. 6. v. 29. Lxx. ἐξέλιπε, Vulg. *defecit.* Alii, *attritus*, *comminutus eſt*, ut Arab. נחר. Quibuſdam eſt Niphal Verbi חָרַר, quod vide ſupra col. 674.

NIPHAL נִחַר, ubi prima rad. נ, cum dagh. abſque ulla compenſatione excidit, pro נִנְחַר, vel certe נִחַר, Lxx. μάχομαι, Vulg. *pugno.* Alii, *nares ex ira contraho*, *contractis præ ira naribus ſonum edo*; *iraſcor*, ut Chald. נחר, & Arab. נחר; unde per metatheſin, ac onomatopœiam, Gr. ῥέγχω, ῥόγχος, Lat. *rhonchiſſo*, *rhoncus.* Hinc 3. p. pl. c. Praet. נִחֲרוּ, & in pauſa נָחָרוּ *ira flagrant*, *fremunt.* Vide in חרר, col. 674.

נַחַר m. unde cum affix. נַחֲרוֹ, Job. 39. v. 20. Lxx. in plur. στηθέων αὐτοῦ *pectorum ejus*, m. Vulg. *narium ejus*, m. Alii, *ronchi*, *fremitus*, *naris*, *naſi ejus*, m. R. נחר in Niphal *contractis præ ira naribus ſonum edidit*, & ex uſu Chald. Syr. Samar. Arab. *ſtertuit*, *ronchiſſavit.* Hinc Latin. *naris*, ac per metatheſin Gr. ῥίν.

נַחֲרָה f. unde conſt. נַחֲרַת, Jerem. 8. v. 16. Lxx. ὀξύτης *acumen*, *acrimonia*, *velocitas.* Vulg. & alii, *fremitus equorum*; à נחר idem.

נַחֲרַי Maſſ. *Náhharái*, Vulg. *Naharai*, nom. propr. armigeri Joab, 2. Reg. 23. v. 37. 1. Paral. 11. v. 39. Etym. *nares meæ*, *naſus meus*, c. ac metaphorice, *cavillator meus*, c. à נחר *naris*, *naſus*; & aff. 1. p. ſ. c.

נחש QAL, unde PIEL נִחֵשׁ, ſine dagh. excidentis compenſatione, pro נִחֵּשׁ, Lxx. οἰωνίζομαι, Incertus, κληδονίζω, Sym. σημειοσκοπήσω, Vulg. & alii, *auguror*, *hariolor*, *conjecto*; unde per aphæreſin, ὀπτεύομαι *ominor.* Samarit. πειρῶ, Vulg. & alii, *experior*, *tento*, *experimento diſco*, *more augurum cognoſco.*

Praet. 3. p. ſ. m. cum præf. וְנִחֵשׁ *& auguratus eſt.* 1. p. ſ. c. נִחַשְׁתִּי *expertus ſum.*

Ben. ſ. m. cum præf. וּמְנַחֵשׁ, Deut. 18. v. 10. Lxx. κληδονιζόμενος *divinationes obſervans.* Aq. ἐπερωτῶν μάγον *interrogans magum.* Sym. σημειοσκοπούμενος *hariolos conſulens.* Vulg. *qui obſervat auguria.* Alii, *& augurans*, *augur*, *ominum captator.*

Digitized by Google

Infin. נַחֵשׁ *augurando.*

Fut. 3. p. f. m. יְנַחֵשׁ *augurabitur.* 3. p. pl. m. יְנַחֲשׁוּ *augurabuntur.* Cum præf. & in pausa, quæ (-) motionem primariæ vocis, pro (-:) sub ח reducit, vide Gram. Heb. tom. 2. p. 311. c. 2. וַיְנַחֵשׁוּ *& augurati sunt.* 2. p. pl. m. תְנַחֲשׁוּ *augurabimini.*

נָחָשׁ m. Lxx. ὄφις, Vulg. & alii, *serpens*, Job. 26. v. 13. δράκων *draco.* Vulg. *coluber.* Alii, *serpens.* Cum præf. וְנָחָשׁ *& serpens*, הַנָּחָשׁ *serpens*, וְהַנָּחָשׁ *& serpens*, כְּנָחָשׁ & כַּנָּחָשׁ *sicut serpens*, לְנָחָשׁ *in serpentem.* Const. נְחַשׁ *serpentem.* Plur. נְחָשִׁים *serpentes.* Cum præfix. הַנְּחָשִׁים *serpentes.* Rad. secundum doctissimum Bochartum נָחַס Arab. *mali ominis fuit*; unde נָחָשׁ *serpens*, sic dictus, *quod ejus occursus non tantum primis parentibus infelix fuerit; sed & posteris etiam pro ominoso, & infausto habeatur.* Aliis Rad. נִחֵשׁ *conjectavit*; hinc, inquiunt, נָחָשׁ *serpens, à calliditate, & prudentia ad conjectandum, sic est appellatus*, quò & alludit Gen. 3. v. 1.

נָחָשׁ Mass. *Nabhásch*, Vulg. *Naas*, nomen proprium 1°. civitatis, 1. Paral. 4. v. 12. 2°. Regis Ammonitarum, 1. Reg. 12. v. 12. 1. Paral. 19. v. 2. 3°. viri cujusdam, 2. Reg. 17. v. 27. Etym. *draco, coluber, serpens*, à נָחָשׁ idem.

נַחַשׁ m. Lxx. οἰωνός, οἰωνισμός, Samar. πειρασμός, Vulg. & alii, *augurium, observatio signorum, & ominum, incantatio, tentatio, experimentum.* Pl. נְחָשִׁים *auguria.* Rad. נִחֵשׁ *auguratus, expertus est*, &c.

נְחָשׁ m. Chald. emphat. נְחָשָׁא, Lxx. χαλκός, Vulg. & alii, *æs*, χάλκεος, ῦς, *æneus.* Cum præf. ex forma simplici, וּנְחָשׁ *& æs.* R. נְחַשׁ *ære obduxit.*

נַחְשׁוֹן Mass. *Náhhaschón*, Vulg. *Nabasson*, nomen proprium filii Aminadab, fratris Elisabeth uxoris Aaron, Exod. 6. v. 23. Etym. *parvus serpens*, diminutivum scilicet τοῦ נָחָשׁ *serpentis.*

נְחֹשֶׁת m. Lxx. χαλκός, Vulg. & alii, *æs, ærugo.* Alii item, *chalybs, cuprum*, sive *æs cyprium*; ac per metonymiam materiati pro causa materiali, *numella, compes*, χάλκεος, ῦς, Vulg. *ahenus, æneus.*

Cum præf. וּנְחֹשֶׁת *& æs*, הַנְּחֹשֶׁת *æs, æris*, וְהַנְּחֹשֶׁת *& æs*, בִּנְחֹשֶׁת *in ære*, וּבַנְּחֹשֶׁת, וּבִנְחֹשֶׁת *& in ære*, לִנְחֹשֶׁת *æri*, וְלַנְּחֹשֶׁת *& æri.* Cum affix. hhólem in (·) correpto, נְחֻשְׁתָּהּ *ærugo ejus*, f. נְחֻשְׁתֵּךְ *æs, pretium tuum*, f. נְחֻשְׁתִּי *numellam meam*, c. נְחֻשְׁתָּם *æs eorum*, לִנְחֻשְׁתָּם *æri eorum.* Duale cum præfix. בַּנְחֻשְׁתַּיִם *in numellis, in compedibus*, לַנְחֻשְׁתַּיִם *in numellas.* R. נְחַשׁ ex usu Chald. *ære obduxit.*

נְחֻשְׁתָּא Mass. *Nebhuschtá*, Vulg. *Nehusta*, nom. propr. matris Joachin filii Joacim, 4. Reg. 24. v. 8. Etym. *ærea*, à נְחֹשֶׁת *æs.*

נְחֻשְׁתָּן Mass. *Nebhuschtán*, Aq. Νασθαμ *Naasthám.* Sym. Νεεσθαμ *Neesthám.* Theod. Νεεσθαν *Neesten*, nomen ænei illius serpentis, à Mose in deserto exaltati, ad tempora Ezechiæ adservati, & ab ipso comminuti, 4. Reg. 18. v. 4. Etym. *æneum, parvum æris*; à נְחֹשֶׁת *æs*, cujus est veluti diminutivum, unde Vulg. *vocavitque nomen ejus Nohestan*, per contemptum scilicet.

נָחַת QAL. Lxx. πτοέω *terreo*, συντρίβω *contero*, ἐπιστηρίζω *stabilio*, Vulg. *infigor.* Sym. καθικνέομαι *attingo.* Theod. καταβαίνω. Lxx. item, κοιμάομαι, Vulg. & alii, *descendo, ipse me sensim demitto*, quietis ergo, *cubo.* Construitur cum præposition. עַל, ב.

Fut. 3. p. f. m. ex forma (-) cum (-) sub charact. loco (·) & dagh. à gutturali ח excidentis, vide Gram. Heb. t. 1. p. 201. c. 1. יֵחַת, Jerem. 21. v. 12. *descendet.* Sic 3. p. f. f. תֵּחַת, Prov. 17. v. 10. *descendet.* Cum præf. ex forma perfecta ac terminatione (-), וַתִּנְחַת *& descendit.* 3. p. pl. m. cum (-) sub characteristica, pro (·) & dagh. à gutturali ח excidentis; (-) & dagh. per legem æquivalentiæ loco (·) sub ח ob pausam, יֵחָתּוּ pro יֵחַתּוּ, Job. 21. v. 13. *descendent.* Alii, *conterentur*, vide supra in Niphal Verbi חָתַת, col. 694. ac Gram. Heb. t. 1. p. 201. c. 2.

NIPHAL נִחַת sine ulla compensatione, pro נִנְחַת vel נִחַּת, *descendere cogor, demittor, deprimor, imprimor, infigor.*

Praet. 3. p. f. m. cum præf. וְנִחַת, 2. Reg. 22. v. 35. *descendet, deprimetur.* Alii,

Digitized by Google

contereretur, vide supra in Niphal Verbi חתת, col. 694. 3. p. pl. c. cum accentu ab ultima ad antepenultimam usque retracto ob concursum, ac (-) penultimum, vide Gram. Heb. t. 2. p. 308. c. 1. נִחֲתוּ בִי, vel cum maqqáph ac eodem accentu, eodem in loco munere methegh fungente, vide eand. Gram. t. 2. p. 319. c. 2. נִחֲתוּ־בִי, Psal. 37. Heb. 38. v. 3. *descenderunt, descendere facta sunt, demissa sunt, defixa sunt in me* sagittæ.

PIEL נחת, unde INFIN. vel potius IMPER. 2. p. s. m. נַחֵת, Psal. 64. Heb. 65. v. 11. Lxx. πλήθυνον, Vulg. *multiplica*. Alii, *descendere fac, deprime.*

HIPHIL הִנְחִית, unde 2. p. s. m. IMPER. ex forma perfecta, & terminatione (-), הַנְחַת, Joel. 4. v. 11. al. 3. v. 16. *descendere fac, fac ut descendant, ut demittant sese.*

נחת PEAL Chald. Lxx. καταφέρω *defero*, καταβαίνω, Vulg. & alii, *descendo.*

BEN. s. m. נָחֵת *descendens*. Cum (·) loco (-) sub ח, נָחִת *descendentem.*

APHEL אַחֵת, absque ulla compensatione, pro אַנְחֵת vel אַחֵּת, Lxx. κεῖμαι *jaceo*. Vulg. & alii, *descendere facio, pono, depono, repono, reporto*, &c.

PEIL plur. m. servato ה conjugationis characteristico, vide Gram. Heb. tom. 2. p. 593. c. 1. מְהַחֲתִין, Esd. 6. v. 1. Vulg. *repositi* libri. Alii, *reposita* gazæ.

IMPER. 2. p. s. m. אַחֵת *descendere fac, deduc, deporta.*

FUT. 2. p. s. m. cum præf. וְתַחֵת *& descendere, reponere facies, repones.*

ITTAPHAL, vel ut Daniel & Esdras secundum Hophal Hebræorum quædam formarunt, vide Gram. Ludov. *de Dieu*, p. 237. HOPHAL הָנְחַת, 3. p. s. m. PRAET. ex forma perfecta, Dan. 5. v. 20. Lxx. κατηνέχθη, Vulg. & alii, *depositus est, descendere factus est.*

נַחַת m. unde cum præf. וָנַחַת, Isai. 30. v. 30. Lxx. καὶ τὸν θυμὸν *& furorem*. Vulg. *& terrorem*, à חתת *territus fuit*. Alii, *& descensum*. R. נחת *descendit.*

נַחַת, & in pausa נָחַת, f. Lxx. Sym. ἀνάπαυσις, Vulg. & alii, *quies, requies*. Lxx. item Verbaliter, καταβαίνω *descendo*; legebant נחת idem, καταπαύω *paresco*, spectabant חתת idem, στενάζω *gemo*, forte in mente habebant אנח idem. Sym. item, πραότης *lenitas, benignitas, suavitas*, derivabat à נוח, unde נחת idem. Cum præf. וְנַחַת *& requies*, וָנַחַת *& requie*, בְּנַחַת *cum requie*. R. נוח *quievit, requievit.*

נַחַת f. unde cum præf. וְנַחַת שֻׁלְחָנְךָ, Job. 36. v. 16. Lxx. Verbal. καὶ κατέβη τράπεζά σου *& descendit mensa tua*; legebant וְנָחַת *& descendit*..... Vulg. *requies autem mensæ tuæ erit*, à נוח *requievit*. Alii, *& depositum mensæ tuæ*, h. e. fercula, quæ in mensam tuam deponuntur, plena erunt pinguedine. R. נוח *collocavit, deposuit*, &c.

נַחַת Mass. *Náhhath*, Vulg. *Nahath*, nomen proprium filii Rahuel filii Esau, Gen. 36. v. 13. 2. Paral. 31. v. 13. Etym. *descensus*, à נחת *descendit*; vel *quies*, à נוח *quievit*; vel *terror*, à חתת *territus est*; vel *statutum, depositum*, à נוח *statuit, deposuit.*

נְחִתִּים m. plur. 4. Reg. 6. v. 9. Lxx. Verbal. κέκρυπται *abscondita est* Syria in insidiis. Vulg. *in insidiis sunt*. Alii, *demissi, absconditi sunt* Syri. R. נחת Syr. *descendit, demissus est*, &c. unde Peil plur. m. cum (·) & dagh. loco (ʼ) sub ח per legem æquivalentiæ, נחתין pro נְחִיתִין, & ex forma Hebraica נחתים *absconditi*. Nam de Syris propheta illic loquens, voce Syrâ utitur.

נטה QAL. Lxx. Vª. editio, Aq. Sym. Theod. κλίνω, ἐκκλίνω, Sym. μετακλίνομαι, Vulg. & alii, *ipse me inclino, inclinor, declino, declinor, deflecto, diverto*. Et active, Lxx. item, per metathesin, τείνω, ταννύω, Lxx. Aq. Sym. Theod. ἐκτείνω, Sym. ἐκτείνομαι, Vulg. & alii, *tendo, intendo, extendo, ipse me extendo, extendor*. Lxx. item, αἴρω *tollo, porto*, ἐκλείπω *deficio*, σαλεύω *commoveo*, ἐρῶ *dico*, ἵστημι *statuo*, στερέω *solido, firmo*, παροράω vel παρορίζω, *despicio.*

PRAET. 3. p. s. m. נָטָה *tetendit, declinavit*, &c. Cum præf. וְנָטָה *& tetendit, extendit*. 3. p. s. f. נָטְתָה *divertit*. 2. p. s. m. נָטִיתָ יְמִינְךָ, Exod. 15. v. 12. *extendisti dexteram*

teram tuam. 1. p. f. c. נָטִיתִי *inclinavi, declinavi, extendi.* Cum præf. & accentu in ſuo loco remanente, quod in hiſce Verbis ſæpius accidit, וְנָטִיתִי *& extendam.* 3. p. pl. c. נָטוּ *inclinarunt;* & tertia radic. ה mutata in (י) præcedenti (·) etiam extra pauſam, & cum accentu in penultima, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 285. c. 1. נָטָיוּ *declinaverunt, nutârunt* pedes mei.

Ben. f. m. נוֹטֶה & נֹטֶה, *extendens.* Cum præf. ה pro שֶׁ, vel אֲשֶׁר, הַנּוֹטֶה, *qui extendit.* Cum aff. mutato ה in (י), aut potius cum (י) antiqua vocali *e* vel indice ejus, quæ exprimitur hodie per (·) ſub ſecunda rad. ט, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 349. c. 1. וְנוֹטֵיהֶם, Iſai. 42. v. 5. *& extendens eos* (cælos).

Paoul f. m. נָטוּי *inclinatus, extenſum.* Fem. נְטוּיָה, Deut. 4. v. 34. Lxx. ὑψηλῷ *excelſo.* Sym. ἐκτεταμένῳ, Vulg. & alii, *extento* brachio. Cum præf. הַנְּטוּיָה *extenſa, extenſum.* Plur. f. ſcribendum ſine (י), נְטוּוֹת; ſed per (י) legendum, נְטוּיוֹת, Iſai. 3. v. 16. *extentæ* gutture, h. e. extento gutture.

Infin. נְטוֹת *declinare.* Cum præf. כִּנְטוֹת *juxta extendere,* לִנְטוֹת *ad declinandum.* Cum præf. & aff. כִּנְטוֹתוֹ, Pſal. 108. Heb. 109. v. 23. *ſicut declinare ipſam* umbram, *ut declinat,* בִּנְטוֹתִי *in extendere me.*

Imper. 2. p. f. m. נְטֵה *extende, declina.* Cum præf. וּנְטֵה *& extende.*

Fut. 3. p. f. m. ex forma imperfecta, יִנְטֶה *extendet.* Cum præf. & apocopa, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 289. c. 1. וַיֵּט *& extendet,* וַיֶּט, & ſeq. maqqáph, וַיֶּט־ *& tetendit, extendit, divertit, inclinavit.* 3. p. f. f. תִּטֶּה *declinaverit.* Cum præf. & apocopa, vide eand. Gram. ibid. וַתֵּט *& divertit.* 2. p. f. m. cum eadem apocopa, תֵּט *declines.* 3. p. pl. m. cum præf. וַיִּטּוּ *& declinarunt.* 1. p. pl. c. נִטֶּה *divertemus.*

NIPHAL ex forma imperfecta, נִטָּה, unde 3. p. pl. c. Praet. mutato ה in (י) præcedenti (·), ut in 3. p. pl. c. Præteriti Qal, נִטָּיוּ *extenduntur.*

Fut. 3. p. f. m. יִנָּטֶה *extendetur.* 3. p. pl. m. יִנָּטוּ *inclinant, extendunt ſeſe* umbræ.

HIPHIL הִטָּה, contracte pro הִנְטָה, Lxx. Aq. Sym. ἐκκλίνω, Vulg. & alii, *declinare, deflectere, divertere, ſecedere facio.* Lxx. item, παραβάλλω, ἐπάγω, κλίνω, ἀποκλίνω, ἐπικλίνω, (Sym. παράγω) διαστρέφω, (Sym. περιτρέπω) ἀποπλανάω, Vulg. & alii, *adjicio, admoveo, inclino, inflecto, abduco, adverto, averto, perverto, ſubverto, ſeduco, errare facio.* Lxx. item, ἀφικνέομαι *pervenio,* ἀφαιρέω *auſero,* ἐπαίρω *extollo,* διαστρώννυμι *ſterno,* βάλλω *jacio,* ἐπιβάλλω *injicio,* ἐπιβλέπω *inſpicio,* προσέχω *attendo,* εὐθύνω *dirigo,* καταχέω *effundo,* πηγνύω *figo,* ποιέω *facio,* παραπέτασμα ποιέω *aulæum facio,* ὑποτίθημι *ſuppono,* πλαγιάζω *obliquo.* Aq. ἄγχω *conſtringo.*

Praet. 3. p. f. m. הִטָּה *extendit, inclinavit.* Cum affix. הִטָּהוּ *fecit declinare illud.* 3. p. f. f. הִטְּתָה *inclinavit.* Cum affix. הִטַּתּוּ, contracte pro הִטָּתְהוּ, Prov. 7. v. 21. *inclinavit eum.* 1. p. f. c. הִטִּיתִי *inclinavi.* 2. p. pl. m. הִטִּיתֶם *inclinaſtis.* 3. p. pl. c. הִטּוּ *inclinarunt, declinarunt.*

Ben. f. m. מַטֶּה *inclinans.* Pl. m. cum præf. וּמַטִּים *& declinantes,* וְהַמַּטִּים *& inclinantes.* Conſt. & cum præf. וּמַטֵּי *& inclinantes.*

Infin. cum præf. לְהַטּוֹת *ad declinandum.* Cum præf. & aff. לְהַטֹּתָהּ *divertere eam.*

Imper. 2. p. f. m. הַטֵּה, & cum apocopa, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 301. c. 1. הַט *inclina.* 2. p. f. f. הַטִּי *inclina.* Cum præf. וְהַטִּי *& inclina.* 2. p. pl. m. הַטּוּ *inclinate, declinate.* Cum præf. וְהַטּוּ *& inclinate.*

Fut. 3. p. f. m. יַטֶּה *extendet.* Cum præf. & apocopa, vide eand. Gram. t. 1. p. 302. c. 1. וַיַּט *& inclinavit.* Cum affix. יַטֶּנּוּ *inclina illum.* Cum præf. & affix. וַיַּטֵּהוּ *& fecit divertere eum.* Cum daghéſch in affixo ad compenſandum נ, ex Arabiſmo paragogicum, & acceſſu affixi excluſum, & in pauſa, unde (·) loco (·) ſub ט, יַטֶּךָּ *avertat te.* 3. p. f. f. cum præf. & affix. וַתַּטֵּהוּ *& tetendit illud.* 2. p. f. m. תַּטֶּה *inclinabis;* & cum apocopa, vide eandem Gram. ibid. תַּט *avertas, inclines.* 1. p. f. c. אַטֶּה *inclinabo, extendam.* Cum apocopa, & in pauſa, vide eand. Gram. אַט *declinabo.* Cum præf. וָאַט *& inclino, extendo,*

Digitized by Google

ואט & *extendo.* 3. p. pl. m. יטו *inclinabunt, avertent, extendunt, pervertunt.* Cum præf. ויטו & *inclinarunt, perverterunt.*

HOPHAL imperfectè, מטה, unde PAOUL f. m. מטה, Ezech. 9. v. 9. Lxx. substantive, ἀδικίας *iniquitate.* Vulg. *aversione.* Alii, *perverso judicio.* Plur. f. מטות, Isai. 8. v. 8. Lxx. ἡ παρεμβολὴ *castra.* Vulg. *extensio.* Alii, *extensæ, extensiones.*

נטילים m. plur. unde construct. נטילי כסף, Sophon. 1. v. 11. Lxx. οἱ ἐπηρμένοι ἀργυρίῳ *qui erecti sunt argento.* Vulg. *involuti argento.* Quidam, *bajuli, portatores argenti*, h. e. divites. Alii, *superbiâ*, ex divitiis scilicet, *elati.* Est enim participium passivum, dictum PEIL plur. m. (Hebraice terminatum) Verbi נטל Chald. *extulit.*

נטיפות m. pl. vide infra in נטפות, col. 1318.

נטישות f. plur. unde cum præf. הנטישות, Isai. 18. v. 5. Lxx. τὰς κληματίδας, Alii, *sarmenta, propagines;* item, *pinnæ, minæ.* Vulg. non verbum, sed sensum utcunque exprimit. Cum affix. נטישותיה *propagines ejus*, f. נטישותיך *propagines tuæ*, f. R. נטש Chald. *sese protendit, diffudit;* unde Peil plur. f. נטישן, ac terminatione Hebraica, נטישות.

נטל QAL. Lxx. αἴρω, Vulg. & alii, *levo*, item, *impono*, ac per aphæresin, *tollo;* unde etiam Gr. τλάω *suffero.* Construitur cum præpositione על, ac proprie Chaldaicum est.

PRAET. 3. p. f. m. נטל *imposuit.*

BEN. f. m. נוטל *imponens.*

FUT. 3. p. f. m. יטול, Isai. 40. v. 16. Lxx. in plurali, λογισθήσονται *reputabuntur.* Aq. Participial. βαλλόμενον *dejectum.* Sym. Theod. ἐκπῖπτον *decidens*, in Vulg. vacat. Alii, *quod tollit, protelat*, h. e. *tollitur, protelatur, projicitur*, quam significationem cum forma à futuro Niphal Verbi טול mutuatur.

PIEL נטל, unde 3. p. f. m. FUT. cum præf. & affix. וינטלם & *sustulit eos.* Cætera exempla vide sup. in Verbo טול, col. 704.

נטל Chald. PEAL, unde 1. p. f. c. PRAETERITI, נטלת, Dan. 4. v. 31. *levavi, sustuli;* & ex Præterito passivo Peil, vide Gram. Heb. t. 2. p. 587. 3. p. f. f. cum præf. ונטילת, Dan. 7. v. 4. & *efferebatur.*

נטל m. unde cum præf. ונטל, Prov. 27. v. 3. Lxx. καὶ δυσβάστακτον, Vulg. & *onerosa, portatu difficilis*, arena. Alii, *pondus, onus.*

נטע QAL. Lxx. Aq. Sym. Theod. Syrus, φυτεύω, Lxx. καταφυτεύω, Vulg. & alii, *planto, consero*, πήγνυμι, Vulg. & alii, *figo, infigo*, ἵστημι *statuo.*

PRAET. 3. p. f. m. נטע, & in pausa נטע *plantavit.* 3. p. f. f. נטעה, Psal. 79. Heb. 80. v. 16. & Prov. 31. v. 17. ubi secundum כתיב, נטע *plantavit.* 2. p. f. m. in pausa, נטעת *plantasti.* Cum aff. נטעתם *plantasti eos.* 1. p. f. c. נטעתי *plantavi.* Cum præf. ונטעתי & *plantavi, plantabo.* Cum præf. & aff. ונטעתיהו & *plantavi eum*, ונטעתיו & *plantabo eum*, נטעתיך *plantavi te*, f. ונטעתים & *plantabo illos.* 3. p. plur. c. נטעו *plantarunt.* Cum præf. ונטעו & *plantabunt.* 2. p. pl. m. נטעתם *plantastis.* Cum præfix. ונטעתם & *plantaveritis.*

BEN. f. m. cum præf. הנוטע *plantans*, הנטע *an plantans?* Plur. נטעים *plantatores.*

PAOUL f. m. נטוע *plantatum, quod plantatum est.* Plur. נטועים, Eccle. 12. v. 11. Lxx. Aq. πεφυτευμένοι *plantati.* Ms. Alex. πεπυρωμένοι, Ald. πυρούμενοι, *igne probati, igniti.* Theod. πεπηγότες, Vulg. *defixi*, ut clavi.

INFIN. in forma perfecta, cum præfix. לנטע *ad plantandum*, ולנטוע & *ad plantandum.* Ex forma imperfecta, terminatione ה præcedenti duplici (-) pro duplici (·) ob tertiam rad. ע gutturalem, & cum præf. לטעת *ad plantandum.*

IMPER. 2. p. pl. m. in forma perfecta, cum præf. ונטעו & *plantate.*

FUT. ex forma imperfecta, 3. p. f. m. cum præf. ac terminatione (-), ויטע & *plantabit*, ויטע & *plantavit.* Cum præf. & affix. ויטעהו & *plantavit eam* vineam. 2. p. f. m. תטע *plantabis.* Cum præf. & affix. ותטעה & *plantasti eam*, ותטעם & *plantasti eos.* Cum affix. poëtico, ותטעמו & *plantabis eos.* 2. p. f. f. תטעי *plantabis.* 3. p. pl. m. יטעו *plantabunt.* Cum præf. ויטעו & *plantarunt.* 2. p. pl. m. in pausa, תטעו *plantabitis.*

Digitized by Google

NIPHAL נִטַּע, contracte pro נִנְטַע, unde 3. p. pl. c. Praet. in pausa, quæ motionem primariæ vocis (-) revocatam in (ּ) mutavit, נִטָּעוּ, Isai. 40. v. 24. Lxx. active, φυτεύσωσιν, siquidem non *plantaverint*. Vulg. passive, sed in singulari, *plantatus est*. Alii, vix *plantati sunt*.

נֶטַע m. unde const. נְטַע שַׁעֲשׁוּעָיו, Isai. 5. v. 7. Lxx. νεόφυτον ἠγαπημένον *novella plantatio dilecta*. Vulg. *germen ejus delectabile*. Alii, *planta deliciarum*. R. נָטַע *plantavit*.

נֶטַע, & in pausa נָטַע, m. Lxx. φυτόν, φυτεία, φύτευμα, Vulg. & alii, *planta, plantatio, plantatum*, νεόφυτον *planta novella, nova plantatio*. Verbal. φυτεύω *planto*. Const. נְטַע *planta*. Cum aff. נִטְעֵךְ *plantatio tua*, f. Pl. יֹשְׁבֵי נְטָעִים, 1. Paral. 4. v. 23. Lxx. voce Hebraïca retenta, sublata נ amanuensium oscitantia, οἱ κατοικοῦντες ἐν Αταὶμ *habitantes in Ataim*. Complut. Νεταεὶμ *Netaeim*. Vulg. & alii, *habitantes in plantationibus, inter plantationes*. Const. נִטְעֵי נַעֲמָנִים, Isai. 17. v. 10. *plantationes amœnitatum*, h. e. *amœnissimas*. Rad. נָטַע *plantavit*.

נְטִעִים m. plur. unde cum præf. כִּנְטִעִים, Psal. 143. Heb. 144. v. 12. Lxx. ὡς νεόφυτα, Vulg. *sicut novellæ plantationes*. Alii, *ut plantæ*. R. נָטַע *plantavit*, ex forma Participii passivi Chald.

נָטַף QAL. Lxx. στάζω, Lxx. Sym. ἀποστάζω, Vulg. & alii, *stillo, destillo*. Lxx. item, ὀχλαγωγέω *turbam duco*, ταράττω *turbo*, περιχαρὴς γίνομαι *summopere lætor, præ gaudio gestio*.

Praet. 3. p. pl. c. נָטְפוּ, & in pausa quæ (-) revocatum in (ּ) mutavit, נָטָפוּ *stillarunt*.

Ben. pl. f. נֹטְפוֹת *stillantes, stillantia*.

Fut. 3. p. s. f. תִּטֹּף מִלָּתִי *stillabat verbum meum, sermo meus*, c. 3. p. plur. m. יִטְּפוּ, & f. תִּטֹּפְנָה, *stillabunt*.

HIPHIL הִטִּיף, ex forma imperfecta, pro הִנְטִיף, Lxx. ἀποσταλάζω, Vulg. & alii, *destillo, stillo, stillare facio*; de Verbo etiam, aut prophetia metaphorice dicitur, δακρύω *lachrymor*.

Praet. 3. p. pl. c. cum præf. וְהִטִּיפוּ & *stillabunt*.

Ben. s. m. מַטִּיף, Mich. 2. v. 11. Lxx. substantive, ἐκ τῆς σταγόνος *de stilla*. Vulg. *stillatur*. Alii, *stillans, stillator*, quo *propheta* illic intelligitur.

Imper. 2. p. s. m. cum præf. וְהַטֵּף & *stilla, fac ut stillet*, h. e. *prophetet*.

Fut. 2. p. s. m. תַּטִּיף *stillabis*. 1. p. s. c. אַטִּיף & אַטִּף, Mich. 2. v. 11. *stillabo*, h. e. *prophetabo, prophetiam eloquar*. 3. p. pl. m. יַטִּיפוּ, & cum ן paragog. יַטִּיפוּן *stillabunt*. 2. p. pl. m. אַל־תַּטִּיפוּ יַטִּיפוּן, Mich. 2. v. 6. Lxx. μὴ κλαίετε δάκρυσι *ne flete lachrymis*. Aq. μὴ σταλάζετε σταλάζοντες *ne stillate stillantes*. Sym. μὴ ἐπιτιμᾶτε, ἐὰν ἐπιτιμῶντες *ne increpate, si increpetis*. Vulg. *ne loquamini loquentes*. Alii, *ne stilletis sermonem*, h. e. *ne propheteris* (inquit populus) aut *si prophetent*, id est, *si prophetetur*, ne prophetetur de istis ignominiis, quibus afficietur nemo.

נָטָף m. Lxx. στακτὴ, Vulg. & alii, *stilla, stacte* gutta myrrhæ, seu balsami, sua sponte è ligno stillantis, sive succus defluens ex arbore incisa. Plur. const. נִטְפֵי־מַיִם, Job. 36. v. 27. *stillæ aquarum*. R. נָטַף *stillavit*.

נְטִפוֹת m. plur. unde cum præfix. הַנְּטִפוֹת, Isai. 3. v. 19. Lxx. μηνίσκοι, Vulg. & nonnulli, *torques, ornamenta collaria*. Aq. χρυσοφάντας *peplous*. Sym. χαλαστὰ *catenulas*. Theod. καθέματα *monilia demissa*. Cum (ו) loco (ּ), הַנְּטִיפוֹת, Jud. 8. v. 26. Lxx. Vatic. καὶ τῶν στραγγαλίδων, Vulg. & *monilibus*. Alex. Ald. Complut. Oxon. καὶ τῶν ὁρμίσκων & *torques*. Alex. addit, ἐνφὼθ, Ald. separatim, ἐν φὼθ, voce scilicet Hebraïca Græcè reddita, ac nihilominus retenta; sed amanuensium oscitantia corrupta. Alii in utroque loco, *Myrothecidia*, quasi stillatoria, aut guttatoria dicas; vascula scilicet aurea, in quibus ponebatur נָטָף stacte aut balsamum juxta Qimhhi & R. Levi. Rad. נְטַף Chald. *stillavit*, cujus Peil plur. f. esse potest, Hebraïce videlicet terminatum.

נְטֹפָה Mass. *Netophâh*, Vulg. *Netupha*, nomen proprium urbis memoratæ inter Bethlehem & Anathoth, Esd. 2. v. 22.

Digitized by Google

Nehem. 7. v. 26. Etym. *distillatio, gummi*; à נָטַף נטף *stillavit*.

נְטֹפָתִי vel נְטוֹפָתִי, Mass. *Netóphathí*, Vulg. *Netophati*, 1. Paral. 2. v. 54. *Netuphati*, Nehem. 12. v. 28. *Netophathites*, 2. Reg. 23. v. 28. 4. Reg. 25. v. 23. 1. Paral. 11. v. 30. nom. commune sive patronymicum incolarum urbis Netophah, mox laudatæ quam vide cum ipsius etymologia.

נטר QAL. Lxx. Incert. per aphæresin, τηρέω, συντηρέω, Vulg. & alii, *custodio, servo, asservo, conservo*, διαμένω *permaneo*, μηνίω *irascor*, ἐξαίρω *tollo, aufero*.

Praet. 1. p. s. c. in pausa, unde (ָ) loco (ַ) sub ט, נָטָרְתִּי, Cant. 1. v. 6. & Chald. נִטְרֵת, Dan. 7. v. 28. *custodivi, servavi*.

Ben. s. m. cum præf. וְנוֹטֵר *& servans*. Fem. servato (ֵ) masculini generis, quod ibi sæpius accidit, vide Gram. Heb. t. 1. pag. 164. c. 1. נֹטֵרָה, Cant. 1. v. 6. *custos*; forte ibi remanet (ֵ) quod participium istud nominis *Tóar*, seu formæ naturam induat, vide eandem Gram. t. 1. p. 454. Plur. m. cum præf. לַנֹּטְרִים *custodibus*, לַנֹּטְרִים *custodientibus*.

Fut. 3. p. s. m. in forma perfecta, cum præf. הֲיִנְטֹר, Jerem. 3. v. 5. *an servabit?* Ex forma imperfecta, יִטֹּר *servabit*. 2. p. s. m. תִטֹּר, Levit. 19. v. 18. *servabis*. Vulg. *memor eris*. 1. p. s. c. אֶטֹּר *servabo*.

נטש QAL. Lxx. Theod. ἀνίημι, Lxx. ἀφίημι, ἐγκαταλείπω, Aq. ἐάω, Vulg. & alii, *dimitto, omitto, permitto, relinquo, desero, sino*. Lxx. διαχέομαι, ἐκχέομαι, ἐκτείνω, Aq. ἐκτείνομαι, Vulg. & alii, *diffundor, effundor, extendo, expando, extendo ipse me*, vel *extendor*. Lxx. ἀποτίθημι *depono*. Lxx. Theod. ἀπωθέω, Sym. ἀπέρριπτω, Lxx. ἐκρίπτω, καταβάλλω, ἐπιβάλλω, *repello, abjicio, ejicio, dejicio, injicio*, κλίνω *clino*, βάλλω *jacio*, ῥάσσω *allido*, ἐδαφίζω *humi sterno*, ἀποτινάσσω *excutio*, ἀποπροσεγκίζω *contumeliose repello*, ῥήγνυμι *frango*, συμπίπτω *concido, convenio*, σφάλλω *supplanto, everto*, ἀναβαίνω *ascendo*, ἀποστρέφω *averto, deflecto*, &c.

Praet. 3. p. s. m. נָטַשׁ *omisit*. Cum aff. נְטָשָׁנוּ *deseruit nos*, c. 2. p. s. m. נָטַשְׁתָּ, & expresso ה in fine, quod latebat, נָטַשְׁתָּה *deseruisti*. Cum affix. נְטַשְׁתָּנִי *dimisisti me*, c. Cum præf. & affix. וּנְטַשְׁתָּהּ *& derelinques eam*. 2. p. s. f. נָטַשְׁתְּ *deseruisti*. 1. p. s. c. נָטַשְׁתִּי *deserui*. Cum præf. וְנָטַשְׁתִּי *& deseram*. Cum præf. & affix. וּנְטַשְׁתִּיךָ *deseram te*, m.

Paoul s. f. נְטוּשָׁה *dimissum, strictum* gladium. Plur. m. cum (ֻ) loco (וּ) ad euphoniam, נְטֻשִׁים *dimissi, diffusi*.

Imper. 2. p. s. m. נְטֹשׁ *desere*.

Fut. 3. p. s. m. in forma imperfecta, יִטֹּשׁ & יִטּשׁ, *deseret*. Cum præfix. וַיִּטֹּשׁ *& dimisit, deseruit*. Cum affix. יִטְּשֵׁנוּ *deseret nos*, c. 3. p. s. f. cum præf. וַתִּטֹּשׁ *& expandit, diffudit se*. 2. p. s. m. תִּטֹּשׁ *deseras*. Cum affix. תִּטְּשֵׁנִי *deseres me*, c. 3. p. pl. m. cum præf. & affix. (וּ) in (ֻ) ad euphoniam correpto, וַיִּטְּשֻׁהוּ *& deseruerunt eum*. 1. p. pl. c. cum præf. וְנִטֹּשׁ *& deseremus*.

NIPHAL נִטַּשׁ imperfecte, seu contracte pro נִנְטַשׁ *deseror, extendor, ipse me diffundo*.

Praet. 3. p. s. f. נִטְּשָׁה *deserta erit*. 3. p. pl. c. נִטְּשׁוּ, Isai. 33. v. 23. Lxx. ἐῤῥάγησαν *disrupti sunt* funes. Sym. ἐξερρίφησαν *projecti sunt*. Vulg. *laxati sunt*. Alii, *extenderunt se*.

Fut. 3. p. pl. m. cum præf. וַיִּנָּטְשׁוּ, 2. Reg. 5. v. 22. Lxx. συνέπεσον *concurrerunt*. Aq. Sym. ἐπῆλθον *supervenerunt*. Vulg. *diffusi sunt*. Alii, *& sese diffuderunt*.

PUAL נֻטַּשׁ, & in pausa נֻטָּשׁ, 3. nimirum p. s. m. Praet. Isai. 32. v. 14. Lxx. in participio plur. ἐγκαταλελειμμένοι *derelictæ* domus. Vulg. *demissa est* domus. Alii, *desertum erit* palatium, templum scilicet.

נִי m. unde cum præf. & aff. בְּנִיהֶם, Ezech. 27. v. 32. Lxx. θρῆνον *lamentum*. Vulg. *carmen lugubre*, præpositione, ac pronomine neglectis. Alii, in ejulatu suo, m. Rad. נָהָה נהה *lamentatus est*, unde נְהִי, lamentum, ex quo per syncopen ה, ac contractionem punctorum, נִי idem.

נִיב m. Isai. 57. v. 19. ubi (ו) pro (י) scribitur, בּוֹרֵא נוּב שְׂפָתָיִם, Vulg. & nonnulli, *creavi fructum labiorum* pacem. Paraphra-

Digitized by Google

fis Chald. *qui creavi eloquium labiorum* in ore omnium hominum. Alii, *creans*, seu *novam præbens, ac uberem loquendi materiam*, nempe pacem, pacem.... Hîc Lxx. paraphrastas agunt; nec verbum, nec sensum exprimunt. Cum præf. & affix. וְנִיבוֹ, Malach. 1. v. 12. Lxx. in pl. particip. passivo, καὶ τὰ ἐπιτιθέμενα *& quæ superponuntur*. Vulg. in sing. *& quod superponitur*. Alii, *& fructus, donum ejus*. R. נוב *producere*, ac metaphorice, *eloqui*.

נֵיבַי Mass. *Nevai*, Vulg. *Nebai*, nom. propr. Levitæ, Nehem. 10. v. 19. ubi cum (ו) in penultima scribitur; sed per (י) legitur. Etym. *fructus mei*; à נִיב *fructus*, & affix. 1. p. s. c.

ניד m. unde cum præf. וְנִיד, Job. 16. v. 5. Lxx. κίνησιν δὲ *motui autem*. Ms. Alex. καὶ κίνησιν *& motui*. Vulg. Verbal. *& moverem*. Alii, *& motus*. Fem. cum præf. לְנִידָה, Thren. 1. v. 8. Lxx. εἰς σάλον, Alii, cum RR. Esra, & Levi, *in agitationem*. Vulg. *instabilis facta est*. R. נוד *agitari*. Quidam, *in separatam ex immunditia*, quasi idem, quod לְנִדָּה, ibidem v. 17. per legem, videlicet, æquivalentiæ, cujus Radix esset נדה in Piel, *procul amovit, separavit*.

נָיוֹת Mass. *Naioth*, Vulg. *Najoth*, nomen propr. loci in ipsa Rama, aut certe non longe ab ea, (vide Palæstinam Doctiss. Relandi, p. 912.) 1. Reg. 19. v. 18. ubi per metathesin וי (ו) scribitur נְוִית. Etym. *lamenta*, à sing. masc. נִי *lamentum*, unde s. f. נִיָּה vel נְוָה, plur. נִיוֹת.

נִיחֹחַ & נִיחוֹחַ, m. præcedenti hoc nomine רֵיחַ *odor*. Lxx. ὀσμὴ εὐωδίας *odor fragrantiæ*, h. e. *placationis, satisfactionis*, proprie dicitur de victima, quæ offertur ad placandam Dei iram, unde Lxx. θυσία *hostia*. Aq. Sym. Theod. Incert. εὐαρέστησις *placabilitas*. Item, ἀνάπαυσις, Vulg. & alii, *requies, suavitas, gratum, res grata*, ut quies solet esse defessis. Cum præf. רֵיחַ הַנִּיחֹחַ *odor fragrantiæ, quietis*, &c. Cum aff. נִיחֹחִי *quietis*, sive *placationis meæ*, c. נִיחֹחֲכֶם *quietis*, seu *satisfactionis vestræ*, m. Plur. cum (ו) in penultima, נִיחוֹחִים, unde cum aff. נִיחוֹחֵיהֶם *quietum*, aut *victimarum suarum*, m. Rad. נוח *quiescere*, unde geminata tertia radicali נִיחוֹחַ *quies*, &c.

נִיחוֹחִין m. plur. Chald. Esd. 6. v. 10. Lxx. εὐωδίας *bene olentia*. Vulg. *oblationes*. Alii, *odores fragrantiæ, quietis*, h. e. *placationis, satisfactionis*, &c. ut in Heb. Cum præf. & hholem deficiente in penult. וְנִיחֹחִין, Dan. 2. v. 46. Vulg. *& hostias*. Alii, *odores fragrantiæ, quietis*, &c. Rad. נוח Chald. *quiescere*.

נִין m. Lxx. σπέρμα, Vulg. *semen*. Alii, *filius, proles, soboles*, à בֵּן differt, quod בֵּן singulariter filium significet, נִין verò est collectivum; & plurali caret. Hinc Gr. νεανίς, νάνος, Aq. γονεῖς *parentes*, proprie familiæ propagatores, per quos extenditur, & propagatur memoria parentum ad posteros. Cum præf. וְנִין *& filius*. Cum præf. & affix. וּלְנִינִי *& filio meo*. נִינָם, Psal. 73. Heb. 74. v. 8. Lxx. ἡ συγγένεια αὐτῶν, Vulg. *cognatio eorum*. Ald. αἱ συγγένειαι αὐτῶν *cognationes eorum*. Paraphrasis Chald. *filii eorum*. S. Hieron. *posteri eorum*. Alii, *posteritas eorum*. Syrus tamen interpres, ac nonnulli, *opprimamus eos*, referentes ad ינה *oppressit*, nempe in 1. p. pl. c. Fut. Qal, cum affix. & (·) sub posteriori נ loco (-), vide supra in ינה, col. 785. & Gram. Heb. tom. 1. p. 291. c. 2. 371. c. 2. Hinc נין QAL, unde NIPHAL נִנּוֹן, ex quo 3. p. s. m. Fut. יִנּוֹן, secundum כתיב, secundum verò קרי ינין, שְׁמוֹ, Psal. 71. Heb. 72. v. 17. Lxx. διαμενεῖ τὸ ὄνομα αὐτοῦ, Vulg. *permanebit nomen ejus*; legebant יָלִין. Paraph. Chald. *præparatum erat nomen ejus*, ubi lectum videtur יִכּוֹן. Alii, *sobolescet nomen ejus*, q. d. filiabitur, h. e. propagabitur, sicut familia per continuam filiorum seriem, & successionem propagari solet. Aben-Esra יִקָּרֵא בֵן *vocabitur filius*: R. Salomon, *dominabitur, magnificabitur*. Apud veteres Hebræorum sapientes hoc inter nomina Messiæ refertur, ut videre est in Cod. Talmud. Pasachim, cap. 4. fol. 59. & Cod. Nedarim, cap. 4. fol. 39. & in Cod. Sanhedrin, cap. 11. fol. 98. ubi ita scriptum: *R. Johanan dixit: Messiæ quod est nomen?*

Digitized by Google

Qui de schola R. Schela, responderunt: שִׁילֹה *Schilo, juxta illud: donec veniat Schilo, Gen. 49. 10. de schola R. Qama dixerunt:* יִנּוֹן *iinnon, juxta illud: innon est nomen ejus*, Psal. 72. 17. &c. ut in Lex. Buxt.

נִינְוֵה Mass. *Nínevéh*, Vulg. *Ninive*, nom. propr. civitatis, quam ædificavit Assur, Gen. 10. v. 12. aut certe quam cœpit ædificare Assur, perfecitque Ninus, unde Etym. *Nini-civitas*; à נִין *Ninus*, & נָוֶה *habitatio, civitas.* Ab Eusebio, *Nisibis* dicitur, forte ab eodem נִין *Ninus*, & שִׁיבָה *sessio, habitatio.*

נִיסָן Mass. Vulg. *Nisán*, nomen proprium mensis, Nehem. 2. v. 1. primus est Hebræis ratione anni legalis, Exod. 12. v. 2. unde ibidem v. 18. ubi in Hebræo est בָּרִאשֹׁן in mense primo, ibi Targum בְּנִיסָן in Nisan. Initium habet à novi-lunio Martii, cui majore ex parte respondet. Septimus est alias in ordine, ratione anni civilis, à Septembri incipientis, etiamnum apud Judæos. Etym. *fugæ, principia cladis*, à sing. f. Chald. נִיסָה *fuga, principium cladis.* Rad. נוּס *fugit.* Æram enim suam à fuga, aut clade inchoabant Judæi, ut hodie Muhammedani. Qui mensis ante cladem, (quâ scilicet vastata est Jerusalem sub rege Sedecia, 4. Reg. 25.) dicebatur אָבִיב *spica cum calamo, arista virens*, &c. q. d. *mensis spicarum, novarum frugum*, Exod. 13. v. 4. R. אַבֵּב Chald. in Pael, *fructum primitivum produxit.*

נִיצוֹץ m. unde cum præf. לְנִיצוֹץ, Isai. 1. v. 31. Lxx. in pl. *ὡς σπινθῆρες sicut scintillæ.* Alex. *ὡς σπινθῆρες πυρὸς sicut scintillæ ignis.* Aq. Sym. *εἰς σπινθῆρα, καὶ ἀνάφθησιν in scintillam, & exustionem.* Vulg. *ut favilla stupæ.* Alii, *in scintillam, velut scintilla.* Rad. נָצַץ *scintillavit.*

ניק, unde HIPHIL הֵנִיק, ex quo 3. p. f. f. Fut. cum præf. & affix. וַתְּנִיקֵהוּ, Exod. 2. v. 9. Lxx. *καὶ ἐθήλαζεν αὐτὸ*, Alii, *& lactabat eum.* Vulg. *& nutrivit puerum.* Hinc per metathesin, Græc. *γυνὴ*, mulierum enim est lactare infantes.

ניר, unde HIPHIL הֵנִיר, ex quo 2. p. pl. m. Imper. sublata per aphæresin cha-

racteristica, נִירוּ, Jerem. 4. v. 3. Lxx. *νεώσατε*, Vulg. & alii, *novate, agrum de novo proscindite.* Hos. 10. v. 12. Lxx. *φωτίσατε*, Arab. *hîc.* Syr. in utroque loco, *accendite* vobis lucernam illam scilicet, de qua Prov. 20. v. 27. à נֵר Arab. *luxit, splenduit.* Vulg. & alii, ex metaphoræ continuatione, *innovate* vobis novale; agrum incultum colite. Hinc apud Rabbinos נרה שנה ראשונה *novellat annus primus*; annus secundus serit.

נִיר m. Jerem. 4. v. 3. Lxx. *νέωμα*, Vulg. & alii, *novale, ager renovatus, de novo proscissus.* Cum præf. & aff. וַנִּירָם, Num. 21. v. 30. Lxx. *καὶ τὸ σπέρμα αὐτῶν & semen eorum.* Vulg. *jugum* (Gallice, *arpent*) *ipsorum.* Paraphrasis Chald. *& regnum eorum.* Syr. *& ager eorum.* Alii, *& lucerna, lumen eorum*; à נִיר Arab. *luxit.* Alii cum Samarit. *jaculati enim sumus in eos*; quasi 1. p. pl. c. Fut. Qal Verbi יָרָה *jaculatus est*, cum (ו) conversivo & affix. ם cum prævio (ִ) loco (ֵ). R. נִיר in Hiph. *aravit, agrum de novo proscidit.*

נִיר m. Lxx. *λαμπτὴρ, λύχνος, φῶς*, Vulg. & alii, *fax fulgens, lychnus, lucerna, lux, lumen, θέσις positio, adpositio, sedes, κατάλειμμα reliquiæ.* R. נָאַר Arab. *luxit, splenduit.*

נְכֵאָה f. cum voce præced. רוּחַ *spiritus*, Prov. 17. v. 22. Lxx. *ἀνδρὸς δὲ λυπηροῦ viri autem tristis* exsiccantur ossa. Vulg. *spiritus tristis.* Alii, *& spiritus attritus* exsiccat os. Ibid. 18. v. 14. *ὀλιγόψυχον δὲ ἄνδρα pusillanimem autem virum....* Vulg. spiritum vero ad irascendum facilem.... Alii, *animum, ingenium fractum* quis feret? Rad. נָכָה *percussit, perculit*, &c. ה in א mutato, quæ mutatio hisce in Verbis infrequens non est. Quidam ad נָאָה referunt, sed נ in illa radice fuerat punctandum cum hhiriq ut in Niphal.

נְכָאִים m. plur. Isai. 16. v. 7. *percussi, attriti* lamentantes. Rad. eadem ac vocis præcedentis, quam vide.

נְכֹאת, Aliis est nomen sing. cum א epenthetico; Aliis est plur. f. cum א loco (ו), Gen. 37. v. 25. Lxx. *θυμιάματα thymiamata, odoramenta.* Paraphrasis Chald. שְׁעַף

Digitized by Google

cera. Aq. *στύραξ styrax*, (vulgò *storax*) gummi odoratum. De quo forte Plin. XII. 25. *Styracem Syria Judææ proxima gignit.* Vulg. & alii, *aromata.* R. Sal. *omnia collectanea aromatum.* Qimhhi, *res desiderabiles.* Ibid. 43. v. 11. Lxx. θυμίαμα τι & *thymiama.* Vulg. *storacis.* Absque א cum affixo, quod sumit instar numeri singularis, בֵּית נְכֹתֹה, Isai. 39. v. 2. (ubi ה Arabice pro (ו),) Lxx. pronomine neglecto, sed retenta voce Hebraïca, τὸν οἶκον Νεχωθὰ *domum Nechotha.* Aq. Sym. τὸν οἶκον τῶν ἀρωμάτων, Alii, *domum aromatum, myrotheca, myrothecium.* Vulg. *cellam aromatum.* R. Sal. *thesaurum aromatum suorum*, m. à Persico נכהת *odor, halitusve oris, odor quivis, res odorata*, (unde forsitan per metathesin τὸ נכהת). Rad. נָכַה Arab. *spiritum, halitumve immisit in nares alterius.* Alii item, *domum gazarum suarum*, sive *gazophylacium suum*, m. à Persico etiam נָכְאת *observatio, custodia, depositum*, &c.

נִכְבָּד m. Lxx. ἔνδοξος, Vulg. & alii, *gloriosus.* Lxx. ἐνδοξότατος πάντων *gloriosissimus omnium.* Vulg. *inclytus.* Alii, *honoratus, honorabilis, gloriosus*, βαρὺς *gravis.* Cum præf. וְנִכְבָּד & *honorabilis*, הַנִּכְבָּד *gloriosissimum nomen*, כַּנִּכְבָּד *in honoratum.* Plur. נִכְבָּדִים, & cum (-) ac dagh. per legem æquivalentiæ, נִכְבַּדִּים, unde ex pr. forma, cum præf. וְנִכְבָּדִים & *honorati.* Ex secunda forma constructum, נִכְבַּדֵּי־מָיִם vel נִכְבַּדֵּי, Prov. 8. v. 24. Vacat apud Lxx. & Vulg. Alii, fontes, copiæ *graves aquarum.* Cum affix. נִכְבָּדָיו *honoratos ejus*, f. Cum præf. & affix. וְנִכְבַּדֵּיהֶם & *honoratos eorum.* Plur. f. נִכְבָּדוֹת מְדֻבָּר בָּךְ *honorificentissima prædicantur de te*, f. R. כָּבֵד *honoratus est.*

נֶכֶד m. Job. 18. v. 19. Lxx. ἐπίγνωστος *cognitus, notus.* Aq. ἔγγονοι, Alii collective, *nepotes, posteri.* Vulg. *progenies.* Alii item, *nepos, pronepos.* Lxx. item, σπέρμα *semen*, ὄνομα *nomen.* Cum præf. וָנֶכֶד & *nepos.* Cum præf. & aff. וּלְנֶכְדִּי & *nepoti meo.*

נכה QAL, unde NIPHAL נִכָּה, contracte pro נִנְכָּה, Lxx. σβέννυμαι *extinguor*, πλήσσομαι vel πλήττομαι, Vulg. & alii, *percutior, cador, occidor.* Hinc per

metathesin Græc. καίνω.

PRAET. 3. p. s. m. cum præf. וְנִכָּה & *percussus fuerit.* 3. p. pl. c. ה in א commutato, נִכָּאוּ *percussi sunt.*

PIEL נִכָּה, construitur cum accusativo, item cum præposit. ב. Hinc INFIN. cum (-) loco (-) ob maqqaph, נַכֵּה־בוֹ *percutere eum.*

PUAL נֻכָּה, Lxx. πλήσσομαι vel πλήττομαι, Vulg. & alii, *percutior, lædor.*

PRAET. 3. p. s. f. in pausa, quæ (-) revocatum in (-) mutavit sub כ, נֻכָּתָה, Exod. 9. v. 31. *percussum, læsum fuit* & linum, & hordeum. 3. p. pl. c. נֻכּוּ, ibid. v. 32. (non) *læsa, percussa fuerunt* & spelta, & triticum.

HIPHIL הִכָּה, per contractionem videlicet pro הִנְכָּה, Lxx. Aq. Sym. Theod. πλήσσω vel πλήττω, τυπτάω, Lxx. Theod. παίω, Lxx. Sym. τύπτω, Lxx. κόπτω, θανατόω, φονεύω, θανατόω, Vulg. & alii, *percutio, cædo, occido.* Lxx. item, κατακόπτω *decido*, ἐκκόπτω *excido*, συγκόπτω *concido*, ἀναιρέω *tollo, interficio*, ἀπόλλυμι *perdo*, ἐξολοθρεύω *disperdo*, ἐνεδρεύω *insidior*, ἐκπολιορκέω *obsideo*, πολεμέω *bellum gero, pugno*, ἐκπολεμέω *expugno*, ἁλίσκω *capio*, μαστίζω, μαστιγόω *flagello*, παραδίδωμι *trado*, καθίημι *demitto*, κροτέω *pulso*, συντρίβω *contero*, συγκαίω *comburo*, βάλλω *jacio*, ἀδικέω *injuriâ afficio*, &c. Alii item metaphorice, *propago, diffundo.* Hinc Gr. αἰκία, αἰκίζω, Latin. *ico.*

PRAET. 3. p. s. m. הִכָּה *percussit, plagâ affecit.* Cum præf. וְהִכָּה & *percussit, percusserit, percutiet.* Cum שֶׁ pro (אֲשֶׁר), שֶׁהִכָּה *qui percussit.* Cum aff. הִכָּהוּ *percussit eum.* Cum præf. & affix. וְהִכָּהוּ, Gen. 32. v. 9. & *percusserit eam* aciem, alibi, *eum.* וְהִכְּךָ & *percutiat te*, m. וְהִכַּנִי, & in pausa וְהִכָּנִי & *percutiat me*, c. הִכָּם *percussit, percutiet eos*, וְהִכָּם & *percutiet eos.* 2. p. s. m. הִכִּית, & cum ה, quod latebat in fine, expresso, הִכִּיתָה *percussisti.* Cum præf. וְהִכִּיתָ, & cum ה in fine expresso, accentuque à penultima ad ultimam, ut in cæteris Verbis, descendente, וְהִכִּיתָה & *percuties.* Cum aff. הִכִּיתוֹ *percussisti eum*, הִכִּיתַנִי *per-*

cußisti me, c. Cum præf. & aff. וְהִכִּיתָם *& percutias eos*, הִכִּיתָנוּ *percußisti nos*, c. 1. p. f. c. הִכֵּיתִי הִכִּיתִי *percussi*. Cum præf. וְהִכֵּיתִי *& percutiam*. Cum præf. & aff. וְהִכִּיתִיו, & cum (·) loco (ׅ) sub כ, וְהִכַּתִיו *& percutiam eum*, וְהִכִּתִיךָ *& percutiam te*, m. הִכִּיתִיךְ *percussi te*, f. 3. p. plur. c. הִכּוּ *percusserunt*. Cum præf. וְהִכּוּ *& percusserunt*. Cum affix. & (ו) in (ׂ) ad euphoniam mutato, הִכֻּהוּ *percusserunt eum*, הִכֻּנִי *percusserunt me*, c. Cum præf. & aff. וְהִכֻּנִי *percutient me*, c. הִכּוּם *percusserunt eos*. 2. p. pl. m. הִכִּיתֶם *percussistis*. Cum præf. וְהִכִּיתֶם *& percutiatis*.

Ben. f. m. מַכֶּה, & construct. מַכֵּה, cum præf. הַמַּכֶּה *percutiens*, וּמַכֶּה *& percutiens*, לְמַכֵּה *percussorem, qui percussit*. Cum præf. & aff. מַכֵּהוּ, הַמַּכֵּהוּ *percutientis ipsum, percussorem suum*, m. לְמַכֵּהוּ *percussori suo*, m. מַכֵּךְ *percutientis te*, f. Plur. m. cum præf. הַמַּכִּים *percutientes*, לְמַכִּים *percutientibus*. Pl. f. חִטִּים מַכּוֹת, 2. Paral. 2. v. 9. *triticorum percussorum*, sive *excussorum*, Bux. Conc. Aliis מַכּוֹת est plurale ñ מַכָּה *plaga, flagellum*, q. d. *triticum flagellorum*, h. e. triticum è spica flagellis, sive perticis excussum; tuncque dicendum, nomen statûs esse absoluti pro constructo, nempe חִטִּים pro חִטֵּי, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 121.

Infin. הַכֵּה *percutiendo*. Ex forma ה præcedenti (ו), הַכּוֹת *percutere*. Cum præfix. וְהַכּוֹת *& percutere*, בְּהַכּוֹת *in percutiendo*, לְהַכּוֹת *percutere, ad percutiendum*, וּלְהַכּוֹת *& percutiendo*, מֵהַכּוֹת *à percutiendo*. Cum affix. הַכֹּתוֹ *percutere eum*, h. e. postquam percussit ille. Cum præf. & aff. לְהַכֹּתוֹ & לְהַכּוֹתוֹ, *percutere eum*, h. e. *ne*, vel *ut perculeret eum*, לְהַכֹּתָהּ *ad percutiendam eam*, מֵהַכֹּתוֹ *à percutere eum, postquam percussit ille*, הַכּוֹתְךָ, ubi (·) loco (ׂ) sub ת ob pausam, *percutere te*, m. לְהַכֹּתְךָ *ad percutiendum te*, m. הַכֹּתִי *percutere me*, c. *die quo percussi ego*, בְּהַכֹּתִי & בְּהַכּוֹתִי, *in percutere me*, c. *cum percutiam ego*, כְּהַכֹּתָם *secundùm percutere eos*, h. e. *dum percuterent eos*, לְהַכֹּתָם (cum desineret ille) *percutere eos*.

Imper. 2. p. f. m. הַכֵּה, & cum apocopa, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 301. c. 1. הַךְ *percute*. Cum præf. וְהַךְ *& percute*. Cum affix. & (י) redundante, antiqua vocali *e*, quæ hodie exprimitur per (ֶ) sub כ, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 358. c. 1. vel ה tertia radic. Chaldaice in literam (י) ñ (ֶ) indicem mutata, הַכֵּינִי, 3. Reg. 20. v. 35. *percute me*, c. 2. p. pl. m. הַכּוּ *percutite*. Cum præf. וְהַכּוּ *& percutite*. Cum affix. & (ו) in (ׂ) ad euphoniam mutato, הַכֻּהוּ *percutite eum*, הַכּוּם *percutite eos*.

Fut. 3. p. f. m. יַכֶּה *percutiet*. Cum præf. וַיַּכֶּה *& percussit*. Cum apocopa, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 302. c. 1. וְיַךְ *& percutiet*, וַיַּךְ, & in pausa וַיָּךְ *& percussit*. Cum affix. יַכֵּהוּ *percutiet eum*. Cum præf. & affix. וַיַּכֵּהוּ, וַיַּכֵּהוּ, *& percussit eum*, וַיַּכֶּהָ *& percussit eam*. Cum aff. ךָ, & expresso ה quod in fine subintelligebatur, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 81. c. 2. יַכֶּכָּה, & cum (ֶ) loco (ׂ) sub priori כ ob pausam, & dagh. posteriori impresso ad compensandum נ, ex Arabismo paragogicum, & accessu affixi exclusum יַכֶּכָּה, Psal. 120. Heb. 121. v. 6. *percutiet te*, m. יַכֵּם *percutiet eos*, וַיַּכֵּם *& percussit eos*. 3. p. f. f. cum præf. & apocopa, vide Gram. Heb. t. 1. p. 302. c. 2. וַתַּךְ *& percussit*. 2. p. f. m. תַּכֶּה *percuties*. Cum affix. תַּכֶּנּוּ *percuties eum*. 1. p. f. c. אַכֶּה *percutiam*. Cum præf. וְאַכֶּה *& percutiam*, וָאַכֶּה, & cum apocopa, vide eand. Gram. ibid. וָאַךְ *& percussi*, הַאַכֶּה *an percutiam?* Cum affix. אַכֶּנּוּ *percutiam eum*. Cum præf. & aff. וְאַכֵּהוּ *& percutiam eum*. Cum affix. ךָ, prævio (ֶ) loco (ׂ) ob pausam vel dagh. sequens, & expresso ה in fine, &c. ut in 3. p. f. m. אַכֶּכָּה, 2. Reg. 2. v. 22. *percutiam te*, m. 3. p. pl. m. יַכּוּ *percutient*. Cum præf. וְיַכּוּ *& percutiant*, וַיַּכּוּ *& percusserunt*. Cum affix. & (ו) in (ׂ) ad euphoniam correpto, יַכֻּהוּ *percutient eum*. Cum præf. aff. & (ו) etiam in (ׂ) mutato, וַיַּכֻּהוּ *& percusserunt eum*, וַיַּכֻּהָ *& percusserunt eam*, יַכּוּךָ *percutient te*, m. וַיַּכּוּם *& percusserunt eos*. 1. p. pl. c. cum præf. וְנַכֶּה *& percutiemus*. Cum præf. & apocopa, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 303. c. 2. וַנַּךְ *& percussimus*. Cum aff. נַכֶּנּוּ *percutiemus eum*. Cum præf. & affix. וְנַכֵּהוּ *& percutiemus eum*, וְנַכֵּם *& percutiemus eos*.

HOPHAL

Digitized by Google

HOPHAL הֻכָּה, contracte pro הֻנְכָּה, Lxx. πονέω *laboro*, πίπτω *cado*. Vulg. & alii, *percutior, cador*.

Praet. 3. p. f. m. הֻכָּה, & cum (ו) loco (ֻ), הוּכָּה, Psal. 101. Heb. 102. v. 5. *percussus, caesus fuit*, aut *percuti, caedi jussus*. 3. p. f. f. הֻכְּתָה *percussa fuit*. 1. p. f. c. הֻכֵּיתִי *percussus fui*. 3. p. pl. c. הֻכּוּ *percussi fuerunt*.

Paoul f. m. cum praef. מֻכֶּה *percussus*. Const. מֻכֵּה אֱלֹהִים, Isai. 53. v. 4. Lxx. ἐν πληγῇ, Ald. Complut. ὑπὸ θεοῦ *in plaga à Deo*. Sym. πεπληγότα, Vulg. & alii, *percussum à Deo*; Nonnulli, *percussum, flagellatum, occisum à Diis*, h. e. à judicibus, magistratibus, manu scilicet Romanorum. Fem. cum praefix. מֻכָּה *quae percussa fuit*. Plur. m. מֻכִּים, Exod. 5. v. 16. Lxx. Verbaliter, μεμαστίγωνται *verberantur*. Vulg. mutata persona, *flagellis caedimur*. Aq. πεπληγμένοι, Sym. μεμαστιγωμένοι, Alii, *percussi, verberati, caesi sunt, caeduntur*. Const. מֻכֵּי *percussi*.

Fut. 3. p. pl. m. cum praef. וְיֻכּוּ *& percussi fuerunt*. 2. p. pl. m. תֻּכּוּ *percutiemini*.

נָכֶה m. unde const. נְכֵה רַגְלַיִם, 2. Reg. 4. v. 4. Lxx. πεπληγὼς τοὺς πόδας, Alii, *percussus pedibus*, h. e. claudus, loripes. Vulg. *debilis pedibus*. Cum praef. וּנְכֵה־רוּחַ, Isai. 66. v. 2. Lxx. καὶ ἡσύχιον *& quietum; tranquillum*; forte referebant ad נָקָה *innocens, immunis fuit*. Vulg. & alii, *contritum, attritum, percussum spiritu*. R. נָכָה in Niphal, *percussus fuit*.

נֵכֶה m. unde pl. m. Psal. 34. Heb. 35. v. 15. *convenerunt adversum me*, נֵכִים, Paraph. Chald. *impii*, Arab. *mali*, percussione scilicet digni, *mastigiae*. Alii, *loripedes, claudi*, h. e. *abjecti, viles, plebeii*. Sym. πλῆκται *percussores* (quos ne quidem noveram). Lxx. *congregata sunt super me*, μάστιγες, Vulg. *flagella*. Rad. נָכָה in Niph. *percussus fuit*; unde נָכֶה *loripes, claudus*, quasi pedibus percussus.

נְכוֹ vel נְכֹה, Mass. *Nechóh*, vel *Nechó*, Vulg. *Nechao*, nomen propr. Pharaonis Regis Aegypti, illius videlicet, cui Josias Rex Juda ivit in occursum, 4. Reg. 23. v. 29. 2. Paral. 35. v. 20. Etym. *claudus*

ejus vel *suus*, m. à נָכֶה *claudus*, & affixo (ו) vel Arab. ה, 3. p. f. m.

נָכוֹן Mass. & Vulg. *Nachón*, nom. proprium loci, 2. Reg. 6. v. 6. Etym. *paratus*; à כּוּן in Niphal, *paratus fuit*.

נָכֹחַ m. unde cum affix. נְכֹחוֹ, Isai. 57. v. 2. Lxx. ἐκ τοῦ μέσου *è medio*. Vulg. *in directione sua*. Alii, *coram se*, vel *in rectitudine sua*, m. & ex forma veluti נֹכַח, נִכְחוֹ, Ezech. 46. v. 9. Lxx. κατ' εὐθὺ αὐτῆς *in directum ejus*. Vulg. & alii, *è regione illius*, vel *sua*, m. Fem. נְכֹחָה, Amos. 3. v. 10. Lxx. ἐναντίον αὐτῆς *coram ea*; legebant נִכְחָהּ idem. Vulg. & alii, *rectum, res recta*. Cum praef. וּנְכֹחָה *& rectum*. Plur. m. נְכֹחִים, Prov. 8. v. 9. Sym. Verbaliter, ἐλεγξόμεθα *arguamus*. Ibid. 24. v. 26. Lxx. ἀγαθοί, Vulg. & alii, in utroque loco, *recti, aequi*. Fem. נְכֹחוֹת *recta, aequa, aequitates*. R. נֹכַח *coram*, &c.

נֹכַח praepositio, vel adverbium, vel potius substantivum, quod vi praepositionis aut expressae, aut subintellectae adverbiascit. Lxx. ἀπέναντι, ἐνώπιον, ἐξεναντίας, κατέναντι, πρό, Vulg. & alii, *è regione; ex adverso, coram, contra, pro*, vel *ante*. Lxx. εὐθύς, ὀρθός *rectus*. Alii item, *pars anterior, adversa*, vel *opposita*. Cum praef. לְנֹכַח *è regione, in praesentia, in conspectu*.

נָכַל QAL, unde PIEL נִכֵּל, Lxx. δολιόω, Vulg. & alii, *dolose ago, decipio*. Alii item, *machinor, fraudulenter, ac callide cogito*. Hinc per metathesin, ac alternando *d* & כ, Cambr. *Dichel*, per aphaeresin Lat. *callidus*.

Praet. 3. p. pl. c. אֲשֶׁר־נִכְּלוּ לָכֶם, Num. 25. v. 18. *quas* (fraudes) *machinati sunt contra vos*.

HITHPAEL הִתְנַכֵּל *machinor*, &c.

Infin. cum praef. לְהִתְנַכֵּל *ad machinandum, ut machinarentur*.

Fut. 3. p. pl. m. cum praef. וַיִּתְנַכְּלוּ אֹתוֹ, Gen. 37. v. 18. Lxx. καὶ ἐπονηρεύοντο *& malignabantur*. Oxon. ἐπονηρεύσαντο *improbe se gesserunt*. Incert. ἐδολιεύσαντο *dolose egerunt*. Aq. ἐπορεύοντο *ibant*. Alii, *machinati sunt contra eum*, ut eum occiderent. Vulg. ac Judaei, *cogitaverunt eum occidere*.

Digitized by Google

נֵכֶל m. unde pl. cum præf. & aff. בְּנִכְלֵיהֶם, Num. 25. v. 18. Lxx. in sing. affixo neglecto, δολιότητι *in dolo*, in Oxonienſi mſ. deeſt, Vulg. *inſidiis*. Paraph. Chald. *inſidiis ſuis*. Samarit. & alii, *fraudibus*, *machinationibus*, *artibus ſuis*, m. R. נָכַל *doloſè egit*.

נְכָסִים m. plur. Lxx. χρήματα, τὰ ὑπάρχοντα, Vulg. & alii, *pecuniæ*, *opes*, *ſubſtantia*, *facultates*, quidquid poſſidet homo, ſive ſint *res fundi*, ſive *mobilia bona*, etiam *animalia*. Cum præfix. וּנְכָסִים *& opes*, בִּנְכָסִים *cum opibus*; à ſingulari נֶכֶס, vel נְכַס Chald. *opes*, *facultates*, ſpecialiter, *in pecore conſiſtentes*, *victima*. R. נְכַס Chald. *mactavit*, *mactatum immolavit*.

נִכְסִין Chald. plur. m. Eſd. 7. v. 26. *opes*, *facultates*. Conſt. & cum præf. וּמִנִּכְסֵי, Eſd. 6. v. 8. *& de facultatibus*; à ſing. נְכַס vel נִכְסָא, &c. ut in voce præced.

נכר QAL, unde NIPHAL נִכַּר, contracte pro נִנְכַּר, Lxx. ἐπιγινώσκω, εἴδω, Vulg. *cognoſco*, *video*; item, *intelligor*. Alii, *agnoſcor*, *cognoſcor*, *diſcernor*. Hinc per metatheſin, Gr. κρίνω, Latin. *cerno*.

Praet. 3. p. ſ. m. נִכַּר *agnoſcitur*. 3. p. pl. c. נִכְּרוּ *agnoſcuntur*.

Fut. 3. p. ſ. m. יִנָּכֵר, Proverb. 26. v. 24. Lxx. πάντα ἐπινεύει δακρυόμενος *omnia annuit deplorans*. Aq. Sym. Theod. ἐπιγνωσθήσεται, Alii, *agnoſcetur*. Alii, *alium ſe ſimulat*. Vulg. *intelligitur*.

PIEL, ex forma (-) ob ר tertiam radicalem, נִכֵּר, Lxx. Theod. ἀπαλλοτριόω, Sym. ἐκδίδωμι, Vulg. & alii, *alieno*, *alienum facio*, *trado*. Alii item, *alienè*, vel *extraneè me gero*, *oſtento*. Lxx. πιπράσκω *vendo*, εἴδω, Vulg. & alii, *video*, *agnoſco*, *cognoſco*.

Praet. 3. p. ſ. m. נִכֵּר *tradidit*, *tradendo alienavit*.

Fut. 3. p. pl. m. פֶּן־יְנַכְּרוּ, Deut. 32. v. 27. Lxx. araphraſtas agunt, & ſenſum, non verbum, utcunque exprimunt. Vulg. *ne ſuperbirent*. Alii, *ne alienent* mea ſcilicet à me opera, in ſe detorqueant, ſibi vindicent. Cum præf. וַיְנַכְּרוּ *& alienum fecerunt*. 2. p. pl. m. in pauſa, quæ (-) motionem primariæ vocis revocavit loco (:) ſub כ, תְּנַכֵּרוּ *agnoſcetis*.

HIPHIL הִכִּיר, contracte pro הִנְכִּיר, Lxx. γινώσκω, Lxx. Aq. Sym. Theod. ἐπιγινώσκω, Lxx. Sym. γνωρίζω, Vulg. & alii, *noſco*, *agnoſco*, *cognoſco*, *recognoſco*. Lxx. item, σπεύδω *feſtino*, οὐκ αἰσχύνομαι *non reverecor*. Sym. item, φωράω *quæro*, *deprehendo*.

סֹחֵר m. Lxx. Incert. ἔμπορος, Lxx. μεταβόλος, Vulg. & alii, *mercator, negotiator*, μεταβολή *permutatio*. Verbaliter, ἐμπορεύομαι *mercor*, כָּאֳנִיּוֹת סוֹחֵר, Prov. 31. v. 14. *ut naves mercatoris*, ἐμπορευομένη. Cum præf. לַסֹּחֵר *apud mercatorem*. Plur. סוֹחֲרִים *negotiatores*; & cum hhòlem deficiente, סֹחֲרִים בָּעַמִּים *qui populos frequentant*. Cum præf. וְהַסֹּחֲרִים *& negotiatores*. Const. סֹחֲרֵי *mercatores*. Cum præf. וְסֹחֲרֵי *& mercatores*. Cum aff. סֹחֲרֶיהָ שָׂרִים, Isai. 23. v. 8. *mercatores ejus principes*. Conf. Apoc. 18. v. 23. סֹחֲרַיִךְ *mercatores tui*, f. Rad. סָחַר *circuivit*; unde סֹחֵר *negotians*, vel *negotiator*; sic dictus, quòd urbes, regionesque circumeat, emendi scilicet, ac vendendi gratiâ.

סְחֹרָה f. unde const. Ezech. 27. v. 15. *insulæ multæ* סְחֹרַת יָדֵךְ (Lxx. ἐμπορίαν σου *negotiationem tuam*), Vulg. & alii, *negotiatio manûs tuæ*, f. h. e. insulas multas adit manus tua ad emendum, & vendendum. R. סָחַר *negotiatus est*.

סֹחֵרָה f. unde cum præfix. צִנָּה וְסֹחֵרָה אֲמִתּוֹ, Psal. 90. Heb. 91. v. 4. Lxx. Verbaliter, ὅπλῳ κυκλώσει σε ἡ ἀλήθεια αὐτοῦ, Vulg. *scuto circumdabit te veritas ejus*, m. legebant וְסֹחֶרְךָ *circumdabit te*. Alii, *scutum, & parma veritas*, vel *fides ejus*, m. Polybius lib. 6. pp. 468. 469. *velitibus* Romanorum tribuit *parmam*. De qua dicit: ἡ δὲ πάρμη καὶ δύναμιν ἔχει τῇ κατασκευῇ καὶ μέγεθος ἀρκοῦν πρὸς ἀσφάλειαν. περιφερὴς γὰρ οὖσα τῷ σχήματι τρίπεδον ἔχει τὴν διάμετρον. Casaubonus vertit: *figura rotunda, dimetiens pedis unius, & semis*. Coc. Lex. R. סָחַר *circuivit, circumtexit*; unde סֹחֵרָה *parma*, sic dicta, quòd ab hostium injuria circuntegat.

Digitized by Google

סֹחֶרֶת f. unde cum affix. תַּרְשִׁישׁ סֹחַרְתֵּךְ, Ezech. 27. v. 12. Lxx. in plur. καρχηδόνιοι ἔμποροί σου, Vulg. *Carthaginenses negotiatores tui*, f. Alii, *Tarsis negotiatrix tua*, à singulari masc. סֹחֵר *negotiator*.

סֹחֶרֶת f. hinc cum præf. & in pausa, unde (ֶ) penultimæ in (ָ) mutatur, וְסֹחָרֶת, Esth. 1. v. 6. *& Sohbáreth.* Lapidis præstantis species. Variant interpretes. Est aliis, *lapis hyacinthinus.* Aliis, *lapis pyriticus.* Aliis, *marmor.* Aliis, *marmor nigrum.* Aliis, *marmor varicolor.* Aliis, *onyx*, sive *alabastrites*, ex quo pavimenta, Martial. 12.

Calcatusque tuo sub pede lucet onyx.

Aliis denique, *lapis mercatorum*, sic dictus, quod jugiter sit in manus mercatorum, à סחר *mercator*; nisi fortè à סחור Arab. *albedo rei nigræ inducta*, ducat originem.

סֹטַי Maſſ. Vulg. *Sotái*, nom. proprium viri, Esd. 2. v. 55. Etym. *Dominatores mei*, pro *Dominator meus* (nomina enim Dominii, ex linguæ Sanctæ usu, ad dignitatem personæ dominantis exprimendam, plurali numero, pro singulari, sæpius efferuntur, vide Gram. Heb. t. 1. p. 477. can. III.) à סָטָה Arab. *dominatus est*; & (ַי) affixo 1. p. s. c.

סִיג m. unde cum aff. לְסִיג, Ezech. 22. v. 18. (ubi (ו) pro (י) secundùm Maſſorethas) Aquilæ prima editio, σέμφυλον καὶ γίγαρτον, quod S. Hieronymus vertit: *acinum vinacii.* Lxx. Aquilæ secunda editio, ἀναμεμιγμένοι *commixti.* Sym. εἰς σκωρίαν, Vulg. & alii, *in scoriam.* Plur. סִיגִים, Psal. 118. Heb. 119. v. 119. Lxx. παραβαίνοντας, Vulg. *prævaricantes.* Theod. V^a. edit. εἰς οὐδὲν *ad nihilum.* Alii, *scorias.* הָגוֹ סִיגִים מִכָּסֶף, Prov. 25. v. 4. Lxx. τύπτε ἀδόκιμον ἀργύριον *percute improbatum argentum.* Mſ. Alex. κρύπτε (*absconde*). Sym. τὰ ἀπὸ γίγαρτα ἐξ ἀργυρίου, Vulg. *aufer* (*vinacea*) *rubiginem de argento.* Alii, *auferendo scorias ab argento*, tum prodit aurifabro vas: auferatur improbus coram rege, tum constabilietur in justitia thronus ejus. Prov. 26. v. 23. *argentum* כֶּסֶף סִיגִים, Lxx. ἀργύριον μετὰ δόλου

datum cum dolo. Vulg. paraphrasticus, *si argento sordido ornare velis.* Alii, *scoriis obductum.* (ִי) penult. in (ִ) sequente daghésch per legem æquivalentiæ mutato, סִגִּים *scoriæ.* Cum præfix. לְסִגִים *in scorias.* Cum affix. & in pausa, unde (ְ) in (ִ) sub ג mutatur, וְאֶצְרֹף כַּבֹּר סִגָיִךְ, Isai. 1. v. 25. *& conflabo secundum puritatem* (ad purum), Lxx. hic paraphrastas agunt; Aq. σέμφυλά σου *vinacea tua.* Sym. τὴν σκωρίαν σου, Vulg. *scoriam tuam.* Theod. τὸ γίγαρτόν σου *vinacia tua.* Alii, *scorias tuas*, f. R. סוּג *retrocessit*; unde סִיג *scoria*, sic dicta, quòd ex metallis igni retrocedat.

סִיוָן Maſſ. *Siván*, Vulg. mendose, *Siban*, nomen mensis, apud Hebræos tertii à Martio (qui ratione anni legalis est primus) correspondentis nostro Maïo. Esth. 8. v. 9. *& vocati sunt scribæ regis in tempore illo, in mense tertio*, הוּא־חֹדֶשׁ סִיוָן *id est, mense Siván.* Tertius erat à Decreto regis Assueri, ut periret gens Judæorum. Tam diu Deus suos in angustia, & metu mortis reliquit, ut gloriosior esset liberatio. Poterant literæ hæ citiùs mitti; non tamen opus fuit, quia plurimi menses restabant ad diem cædi destinatum, nempe 13. mensis 12. *Adar.* Etym. *lamentatio, luctus*, vel *simulatio* (hocce quippe mense & Esther coram rege fictas; & Aman domi veras fudit lacrymas), à שיון Perſ. idem. Ab hac enim voce, ut nomen, ita & originem habere videtur mensis Judæorum *Siván.* Sic etiam quidam ab eodem fonte (linguæ scilicet Persicæ) nempe à ניסאן *tempus frustratæ promissionis, subreptitium edictum*, derivant primum Judæorum mensem. Abhinc (Esth. 3. v. 7.) primùm *Nisán* dictum, qui priùs אָבִיב *Avív* dicebatur.

סִיחוֹן Maſſ. *Sihhón*, Vulg. *Sehon*, nomen proprium regis Amorrhæorum, Num. 21. v. 21. Etym. *plenus rimarum, hàc, illac perfluens*; à סִיח Arab. *hàc, illac fluxit.*

סִין Maſſ. & Vulg. *Sín*, nom. propr. deserti, (inter mare rubrum & montem Sinaï, ubi septima Israëlitarum statio), Exod. 16. v. 1. Num. 33. v. 11. duo sunt deserta,

Digitized by Google

utraque ab Israëlitis ex Ægypto egressis frequentata, quæ *Sin* appellantur ab interprete Vulgato; sed distinctis nominibus in textu Hebræo conspicua, alterum Ægypto propius & סִין *sin* dictum; alterum terræ Chanaan & צִן *tsin* nuncupatum. Vide Palæst. doctiss. Relandi, p. 116. Etym. *luna*; à סִין Syris idem. Vel *circulus*, aut *sin*, *sigma* (litera) à סִינ Arabibus idem (unde etiam Latin. *sinus*) à figura scilicet circulari sic dictum.

סִינַי Mass. & Vulg. *Sinái*, nomen proprium montis illius terribilis, ubi inter tonitrua, ac fulgura in igne data est Israëlitis lex (hinc *ignea* dicta, Deut. 33. v. 3.) Exod. 19. vv. 1. 16. 18. Deut. 33. v. 2. qui non longe aberat à Midianitide (in ipsa Midianitide illum locat Eusebius in *onomastico* ad vocem χωρήβ) uti ex Exod. 3. v. 1. liquet. Ipse mons Arabiæ dicitur Gal. 4. v. 25. Apostolicis enim ætatibus Arabiæ nomen etiam illas regiones complectebatur, quæ ab Midianitis, Edomæis, aliisque gentibus possessæ sunt. Vide Palæst. doctiss. Relandi, p. 98. Etym. *sin*, *sigma*, ex ipsius scilicet montis cum hacce litera similitudine. Duo enim habet cacumina, quorum Occidentale חֹרֵב *horév*; Orientale (Chaldaice) סִינַי *Sinái*, quasi mons Sinæus, vel τῆ *sin* dictus (Arabice) סִינָא *Sina*; à סִינ Arab. *sin*, *sigma*, litera; nunc sanctæ Catharinæ audit.

סִיס m. *grus*, vel *hirundo*, Jerem. 8. v. 7. vide supra in סוּס, col. 1442.

סִיסְרָא Mass. *Sisrá*, Vulg. *Sisara*, nomen proprium viri, 1°. Ducis exercitûs Jabin regis Canaan, Judic. 4. v. 2. Magistri militiæ τῆς *Asor*, 1. Reg. 12. v. 9. de illo etiam Psal. 82. Heb. 83. v. 10. 2°. unius è Nathinæis, cujus filii ascenderunt de captivitate Babylonis, & reversi sunt in Jerusalem, & Judam, Esd. 2. v. 53. Etym. *hirundo invisens*; à סִיס *hirundo*, & רָאָה *invisit*.

סִיעֲהָא Mass. *Siahá*, Vulg. *Siá*, nomen proprium viri cujusdam Natinæi, cujus filii cum filiis Israëlis rediêre de captivitate Babylonica, Esd. 2. v. 44. Etym. *socii ejus*, f. nempe, τῆς Jerusalem, à סִיעָא Chald. *socii*, & הָא affixo 3. p. f. f. pro סִיעָהּ, Syrus habet שִׁילְא *mortuus*.

סִיר c. Lxx. Aq. Sym. Theod. λέβης, Lxx. χαλκεῖον, ἐσχάρα, ἄκανθα, ἀκάνθινος, κρεάγρα, Vulg. & alii, *lebes*, *olla*, *abenum*, *cacabus*, *pelvis*, *spina*, *spineus*. Item, *fuscina*, *harpago*, *hamus*, στέφανη *corona*, σκόλοψ *sudes*. סִיר רַחְצִי, Psal. 59. Heb. 60. v. 10. *pollubrum meum*. Cum præf. הַסִּיר *olla*, בַּסִּיר *in olla*, כַּסִּיר *instar ollæ*. Ezech. 11. v. 11. *illa non erit vobis* לְסִיר *olla*. Hierosolymis non includemini, ut in ea consumamini. Ex terminatione fem. cum præfix. deficiente (י) τῆ (· gadhól) indice, בְּכוֹר הַסִּרָה, 2. Reg. 3. v. 26. *fovea spinæ*, nomen loci, unde revocatus fuit Abner, ibid. Plur. m. סִירִים *spinæ*. Cum præfix. הַסִּירִים *spinæ*, בַּסִּירִים *spinis*. Ex forma femin. & altera significatione cum præf. הַסִּירוֹת & חַסִּירוֹת, *ollæ*, בְּסִירוֹת, Amos. 4. v. 2. *hamis*, בַּסִּירוֹת *in ollis*. Cum affix. סִירֹתָיו *ollas ejus*, m. Psal. 57. Heb. 58. v. 10. *antequam sentiant* סִירֹתֵיכֶם *ollæ vestræ*, m. rhamnum. R. סיר Arabibus, *prehendit*, in VIII. *prospexit sibi de commeatu, penuve*.

סָךְ m. unde cum præf. בַּסָּךְ, Psal. 41. Heb. 42. v. 5. al. 4. Lxx. ἐν τόπῳ σκηνῆς, Vulg. *in locum tabernaculi*. Aq. ἐν συσκίῳ *in umbroso*. S. Hieronymus, *ad umbraculum*; à סָכַךְ *texit, obtexit, obumbravit*. Alii cum Qimhhi (qui per סְכוּם explicat) *in numero, in summa numerata*. Alii, *in turba mixta*, inter multos. R. סָכַךְ in Piel, *miscuit*, ex usu Syriaco, *finivit, terminavit*.

סֹךְ m. Lxx. Aq. Sym. σκηνή, Lxx. τόπος σκηνῆς, σκήνωμα, κατάλυμα, μάνδρα, Aq. σύσκιον, Vulg. & alii, *tabernaculum*, *locus tabernaculi*, *tentorium*, *diversorium*, *spelunca*, *lustra ferarum*, *tugurium*, *latebra*, *umbrosum* (S. Hieronymus) *umbraculum*. Cum aff. hhólem in (ֻ) mutato, sequente dagh. וַיְהִי בְשָׁלֵם סֻכּוֹ, Psal. 75. Heb. 76. v. 3. *& exstitit in Salem tugurium ejus*, m. Alternando ס & שׂ, וַיַּחְמֹס כַּגַּן שֻׂכּוֹ, Thren. 2. v. 6. *& diripuit, ut horti, tugurium suum*. Cum præf. & affixo ה loco (ו) ex Arabismo, vide Gram. Heb. t. 1. p. 128. c. 2. & p. 129. c. 1.

Digitized by Google

c. 1. Psal. 9. Heb. 10. v. 9. *ut leo* בְּסֻכֹּה *in latebra sua*, m. R. סָכַךְ *texit, se contexit.*

סֻכָּה f. Lxx. σκηνὴ, Sym. σκέπη, Vulg. & alii, *tabernaculum, tentorium, tegumentum, tugurium.* Lxx. item, σκηνοπηγία *scenopegia*, sive *tabernaculorum compactio*, festum erat apud Hebræos, à figendis tentoriis sic dictum, vide Gram. Heb. tom. 2. p. 432. §. III. ἀράχνη *aranea*, ὕλη *sylva*. Cum præf. וְסֻכָּה *& tugurium*, בַּסֻּכָּה, בְּסֻכָּה, *in tugurio*, כַּסֻּכָּה *ut tugurium*, וְכַסֻּכָּה *& sicut tugurium.* Construct. Amos. 9. v. 11. *excitabo* אֶת־סֻכַּת דָּוִיד הַנֹּפֶלֶת *tugurium Davidis collapsum*, sive *quod collabebatur*, h. e. domum Davidis, quod nomen etiam significat filium Davidis. Cum aff. תְּשֻׁאוֹת סֻכָּתוֹ, Job. 36. v. 29. *strepitus tabernaculi ejus*, m. voces cœlestes, tonitrua. Plur. סֻכּוֹת, סֻכֹּת *tuguria*. Cum præfix. חַג הַסֻּכּוֹת & הַסֻּכֹּת, Levit. 23. v. 34. *festum tabernaculorum.* Lxx. ἑορτὴ σκηνῶν, σκηνοπηγίας, בַּסֻּכּוֹת & בַּסֻּכֹּת, *in tuguriis.* Rad. סָכַךְ *contexit, se contexit*; unde סֹךְ m. ex quo סֻכָּה f. *tugurium.*

סִכּוּת f. Amos. 5. v. 26. *& portastis* אֵת סִכּוּת מַלְכְּכֶם, Lxx. τὴν σκηνὴν (sic Sym. Alius, εἰκόνας *imagines*) τοῦ Μολὸχ *tabernaculum* τοῦ *Moloch.* Vulg. *Moloch vestro.* Aq. συσκιασμοὺς Μαλχὼμ *umbracula Malchom*; legeb. סֻכּוֹת. Theod. τὴν ὅρασιν (Sym. Theod.) τοῦ βασιλέως ὑμῶν *visionem* (à סכה Chald. *aspexit*) *regis vestri.* Alii, *imo tulistis tabernaculum*, h. e. ναΐσκον; vel, ut Eustathius ad Iliad. 1. vocat, ναοὺς ζευγοφορουμένους .... Servius ad 6. Æneid. ξόανα, *simulacra brevia, quæ portabantur in lectîcis, & ab ipsis mota infundebant vaticinationem: quod fiebat apud Ægyptios, & Carthaginenses*, Synops. Critic. Quidam, etiam nunc fertis *numismata*, sive *simulacra* (סִכּוּת à singul. fem. סִכָּה Persis, *nummus, numisma, forma, species, effigies.* R. סכך Arab. in VIII. *pecuniam cuneo signavit*) *regis vestri*, nempè, Saturni, imagines scilicet sideris, Dei vestri.

סֻכּוֹת בְּנוֹת Mass. *Succôth-benôth*, Vulg. *Socoth benoth*, 4. Reg. 17. v. 30. Est aliis *fanum*, sive *fana*, quibus in honorem Veneris prostituebantur Babyloniorum filiæ, quemadmodum spurcities ista circa Babylonium ortum habuisse à Strabone, & Herodoto dicitur ..... Aliis est gallina cum pullis, cujus imaginem colebant Babylonii sub hoc nomine. Nempe, ut סֶכְוִי, vel שֶׂכְוִי est *gallus*, ita סֻכּוֹת est *gallina*, & בְּנוֹת *benôth* pullos ei additos indicat .... Aliis denique est constellatio cœlestis, quam vulgò vocant *gallinam pullinariam*, (aut Gallicè, *l'Etoile poussiniere*) & docti *Pleïades*, seu *Vergilias.* Etym. *tabernacula filiarum*, sive *puellarum*; à singularibus fem. סֻכָּה *tabernaculum*, & בְּנָה pro בַּת, aut בַּת *filia*, seu *puella.* Vel *gallina cum pullis*; à singular. masc. סֶכְוִי, sive שֶׂכְוִי *gallus*, & fem. בְּנָה *filia, pullus.* Vel *domunculæ Pleïadum*; à singularibus fem. סֻכָּה *domus, domuncula*, & בְּנָה *filia.*

סֻכִּיִּים Mass. *Sukkiîim*, Vulg. (ex Græco) *Troglodytæ*, nom. propr. populorum, qui cum Sesac rege Ægypti venerunt, Jerusalem expugnaturi, 2. Paral. 12. v. 3. Etym. *in tabernaculis*, vel *tuguriis habitantes*; à סֹךְ *tabernaculum, tugurium.* Græcè, *cavernam subeuntes*; à τρώγλη *caverna*, & δύνω *subeo.*

סָכַךְ QAL. Lxx. Aq. σκεπάζω, Lxx. ὑποσκεπάζω, ἐπισκεπάω, vel ζω, σκιάζω, ἐπισκιάζω, Lxx. Aq. συσκιάζω, Lxx. συγκαλύπτω, περιφράττω, συγκλείω, Vulg. & alii, *tego* (opponendo propriè, vel superponendo aliquid) *contego, obtego, operio, protego, prætendo, obumbro, inumbro, obduco, circumtego, circumsepio, concludo.* Lxx. item, ἀντιλαμβάνομαι *suscipio*, κατασκηνόω *habito*, ἐνείρω *innecto.* Construitur cum accusativo, & præpos. עַל, sed & intransitive usurpatur, tumque ferè cum dativo, aut præposit. ב conjungitur, ס in ש sæpe mutatur.

Praet. 2. p. s. m. expresso in fine ה, quod ibi latebat, vide Gram. Heb. t. 1. p. 248. c. 2. סַכֹּתָה בָאַף, vel סַכֹּתָה, Thren. 3. v. 43. *umbraculum posuisti* (tibi) *ob oculos, ut* (implacabilius) *punires*; vel potiùs, *velum prætendisti* (nobis) *ob oculos; & nos persecutus es.* Cum præf. וְסַכֹּתָ עַל־הָאָרֹן אֶת־הַפָּרֹכֶת, Exod. 40. v. 3. *& prætendes arcæ velum.* 1. p. s. c. cum præf. ס in ש mutato,

Digitized by Google

וְשַׂכֹּתִי כַפִּי עָלֶיךָ, ibid. cap. 33. v. 22. *& pretendam manum meam tibi ;* protegam te manu mea.

Ben. ſ. m. cum præf. הַסֹּכֵךְ *obtegens, protegens.* Plur. סֹכְכִים *obtegentes.* Cum præfix. וְסֹכְכִים *& obtegentes.*

Fut. 2. p. ſ. m. cum aff. תְּסֻכֵּנִי בְּבֶטֶן אִמִּי, Pſal. 138. Heb. 139. v. 13. *tegebas me in utero matris meæ*, ibi cuſtodiens, & formans. 3. p. plur. m. cum præf. וַיָּסֹכּוּ *& obtegebant.* Cum affix. (ו) penultimæ in (ֻ) ad euphoniam mutato, יְסֻכֻּהוּ *tegent eum.*

POEL alternando ס & שׂ, שׂוֹכֵךְ, Lxx. ἐνείρω, Vulg. & alii, *conſero, compingo, texo.*

Fut. 2. p. ſ. m. cum affix. Job. 10. v. 11. *oſſibus & nervis* תְּשֹׂכְכֵנִי *texebas me*, c.

PIEL ex geminatis duabus primis radicalibus, סִכְסֵךְ, unde 1. p. ſ. c. Praet. cum præf. וְסִכְסַכְתִּי מִצְרַיִם בְּמִצְרַיִם, Iſai. 19. v. 2. Lxx. mutatis perſonâ ac numero, *καὶ ἐπεγερθήσονται Αἰγύπτιοι ἐπ' Αἰγυπτίους & incitabuntur Ægyptii contra Ægyptios.* Aq. *καὶ στασιάσω & ſeditiones movebo.* Sym. *καὶ συμβαλῶ & committam.* Vulg. *& concurrere faciam.* Alii, *& inſtigabo Ægyptios contra Ægyptios.*

Fut. 3. p. ſ. m. יְסַכְסֵךְ, Iſai. 9. v. 10. *commiſcebit, exſtimulabit* inimicos.

HIPHIL הֵסֵךְ, Lxx. φράττω, Sym. ἀποφράττω, Lxx. κάθημαι, Vulg. & alii, *obturo, obſtruo, ſedeo, tego, obtego.*

Ben. ſ. m. ex forma quieſcentium ע, אַךְ מֵסִיךְ הוּא אֶת־רַגְלָיו, Jud. 3. v. 24. *certè tegit pedes ſuos.* Vulg. *forſitan purgat alvum in æſtivo cubiculo.* Lxx. *ἀποκενοῖ τοὺς πόδας αὐτοῦ*, dicerent potiùs, *ἀποκενοῖ ἑαυτόν.*

Infin. cum præf. לְהָסֵךְ אֶת־רַגְלָיו, 1. Reg. 24. v. 4. Lxx. *παρασκευάσασθαι ad conandum* .... Alii, *ad tegendum pedes.*

Fut. 3. p. ſ. m. (ֵ) in (ֶ) correpto propter accentum ob concurſum retractum, יָסֵךְ *obteget.* Cum præf. unde & accentu retracto (ֵ) in (ֶ) corripitur, וַיָּסֶךְ בִּדְלָתַיִם יָם *& texit foribus mare ;* incluſit ſuis cavis, & limitavit litoribus. 2. p. ſ. m. cum præf. וְתָסֵךְ עָלֵימוֹ *& proteges eos.*

HOPHAL הוּסַךְ, unde 3. p. ſ. m. Fut. (ו) characteriſticæ in (ֻ) mutato, ſequente daghéſch per legem æquivalentiæ, aut cum (ֻ) ſub characteriſtica, ex forma defectivorum Pe נ, אֲשֶׁר יֻסַּךְ בָּהֵן, Exod. 25. v. 29. *quibus contegetur.*

סֹכֵךְ, vide ſupra in סוֹכֵךְ, col. 1440.

סְכָכָה Maſſ. *Secbacháh*, Vulg. *Sachacha*, nomen proprium urbis in Tribu Juda, in deſerto Betharaba, Joſ. 15. v. 61. Etym. *reſegmen corii ;* à סכבא Syr. idem. Vel *protectio ;* à סָכַךְ *protexit.*

סכל QAL, unde NIPHAL נִסְכַּל, Lxx. *ματαιόομαι, ἄνειμι, μωραίνομαι*, Sym. ἀφρονέω, Aq. ἀγνωμονέω, Lxx. ἀγνοέω, Vulg. & alii, *temere, ſtulte ago, deſipio, ſocors, fatuus, improbus, ingratus ſum*, vel *fio, imperite ago, ignoro.* Hinc Lat. *ſecale*, Gall. *ſeigle*, q. d. *frumentum fatuum.*

Praet. 2. p. ſ. m. in pauſa, unde (ַ) in (ָ) mutatur ſub כ, נִסְכָּלְתָּ *ſtulte egiſti.* 1. p. ſ. c. נִסְכַּלְתִּי מְאֹד, 2. Reg. 24. v. 10. *deſipui valde.*

PIEL סִכֵּל *ſtultum reddo, infatuo.*

Imper. 2. p. ſ. m. (ֵ) in (ֶ) correpto ob maqqáph, סַכֶּל־נָא אֶת־עֲצַת, 2. Reg. 15. v. 31. Lxx. *διασκέδασον δὴ τὴν βουλὴν diſſipa nunc conſilium.* Aq. *κακοφρόνησον*, tranſitive ſumtum, id eſt, *malam mentem da*, ſeu *vecordem redde.* Sym. *ἀσύνετον ποίησον ſocordem fac* Achitophel. Theod. *ματαίωσον vanum facito.* Vulg. & alii, *infatua, quæſo, Domine, fac ſtultum ſit conſilium* Achitophel.

Fut. 3. p. ſ. m. Iſai. 44. v. 25. *qui facit ſapientes* retrò cedere וְדַעְתָּם יְסַכֵּל *& ſenſum eorum facit eſſe ſtultum.*

HIPHIL הִסְכִּיל, Lxx. Sym. ἀφρονέω, Lxx. ματαιόω, Aq. ἀγνοέω, Vulg. & alii, *ſtulte, temere ago, deſipio* (ex uſu Chaldaico) *ignoro.*

Praet. 2. p. ſ. m. הִסְכַּלְתָּ עֲשׂוֹ *deſipuiſti ſic agendo.* Vulg. *ſtulte operatus es.* 1. p. ſ. c. הִסְכַּלְתִּי *inſipienter egi.*

סָכָל m. Lxx. Aq. ἄφρων, Sym. ἀνόητος, Lxx. μωρός, σκληρός, Vulg. & alii, *ſtultus, inſipiens, fatuus, durus.* Subſtantive, ἀφροσύνη *inſipientia.* Eccleſ. 2. v. 19. ecquis ſcit הֶחָכָם יִהְיֶה אוֹ סָכָל *ſapienſne futurus ſit, an ſtultus?* Cum præf. וְהַסָּכָל *& ſtultus.* Cum ה redun-

Digitized by Google

dante, בְּשֶׁהַסָּכָל *quando stultus.* Plur. סְכָלִים *stulti.* R. סָכַל in Niph. *stulte egit.*

סֶכֶל m. unde cum præf. Eccles. 10. v. 6. *posita est* הַסֶּכֶל *stultitia in sublimitatibus amplis,* vel *multis;* passim regnat & honoratur stultitia. Lxx. ἄφρων, Vulg. *stultus;* legeb. סָכָל idem. R. סָכַל in Niph. *stulte egit.*

סִכְלוּת f. Lxx. ἀφροσύνη, Aq. Sym. πλάνη, Sym. ἀμαθία, Vulg. & alii, *stultitia, stoliditas, error, inscitia, ignorantia.* Lxx. item, ἐπιστήμην *scientia,* εὐφροσύνη *lætitia.* Cum præf. וְסִכְלוּת, alternando ס & ש, וְשִׂכְלוּת *& stultitia,* הַסִּכְלוּת *stultitia,* וְסִכְלוּת *& stultitia,* בְּסִכְלוּת *in stultitia.* Rad. סָכַל in Niph. *stulte egit.*

סכן QAL. Lxx. Sym. συμβάλλω, Vulg. & alii, *confero, utilis sum, utilitatem procuro, capio.* Item, *arguo, increpo, assuesco, recondo, thesauriso* (per aphæresin ac metathesin, *noceo*) *lædo, paupero,* &c. Lxx. item, δεῖ *decet,* διδάσκω *doceo,* ἐπισκοπή ἐστι *inspectio est,* θάλπω *foveo.*

Fut. 3. p. s. m. הוֹכֵחַ בְּדָבָר לֹא יִסְכּוֹן, Job. 15. v. 3. *differendo* (utendo) *verbo, quod nihil habet utilitatis?* (ו) in (ָ hhatouph) ob maqqaph correpto, לֹא יִסְכָּן־גָּבֶר, Job. 34. v. 9. Lxx. ὅτι οὐκ ἔσται ἐπισκοπὴ ἀνδρὸς *quia non erit visitatio viri.* Sym. οὐχὶ σωθήσεται ἀνὴρ *nonne servabitur vir.* Theod. οὐ κινδυνεύσει ἀνὴρ *non periclitabitur vir.* Vulg. *non placebit vir Deo, etiam si cucurrerit cum eo.* Alii, *non capit utilitatem vir, quando vult cum Deo.*

NIPHAL נִסְכַּן, Lxx. κινδυνεύω, Alii, *periclitor,* qua significatione Chaldæis, & Rabbinis usitatissimum. Vulg. *vulneror.*

Fut. 3. p. s. m. (ֵ) in (ֶ) propter accentum ob concursum retractum correpto, בּוֹקֵעַ עֵצִים יִסָּכֶן בָּם, Eccl. 10. v. 9. *findens ligna periclitabitur in eis.*

HIPHIL הִסְכִּין, Lxx. συνετὸς γίνομαι, Alii, *durus fio, assuesco.* Vulg. *acquiesco.* Alii item, *tento, periclitor.* Lxx. item, προεῖδον, Vulg. *provideo,* ὑπερεῖδον *despicio.*

Præt. 2. p. s. m. ה in fine expresso, quod ibi subintelligebatur, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 161. הִסְכַּנְתָּה *periclitatus es.* Ferr. *usaste.* 1. p. s. c. הַהַסְכֵּן הִסְכַּנְתִּי לַעֲשׂוֹת

לְךָ כֹּה, Num. 22. v. 30. *an tentavi unquam tibi sic facere?* ausa sum.

Infin. cum præf. הַהַסְכֵּן *an assuescendo, tentando?*

Imper. 2. p. s. m. (ֵ) in (ֶ) ob maqqaph correpto, הַסְכֶּן־נָא עִמּוֹ וּשְׁלָם, Job. 22. v. 21. *fac periculum cum ipso, & pacatus esto.* Ferr. *Acostumbra agora conel, assuesce ipsi.*

סֹכֵן m. unde cum præf. הַסֹּכֵן, Isai. 22. v. 15. Lxx. τὸ παστοφόριον *pastophorium,* thalamus, tabernaculum. Aq. σκηνοῦν *tabernacula figens.* Sym. σκηνοποιῶν *tabernaculorum artifex.* Vulg. *qui habitat in tabernaculo.* Alii, *promus condus, præfectus domui,* sive *palatio.* Qimhhi, הַפָּקִיד עַל הָאוֹצָר *præfectus thesauro.* Ferr. *thesorero, thesaurarius,* vel *vir utilis, ac commodus,* aut χρησιμώτερος. R. סָכַן *profuit.*

סֹכֶנֶת f. 3. Reg. 1. v. 2. *& sit ei* סֹכֶנֶת, Lxx. θάλπουσα *fovens,* vel *calefaciens* regem; quod & Qimhhi sequitur, confirmatque ex Arab. סחן *caluit, incaluit.* Incertus, σύγκοιτος *concubina, ejusdem lecti consors* cum rege. Alii, *proma conda.* Administra omnium commoditatum, *adjutrix, thesauraria;* à singulari masc. סֹכֵן *thesaurarius.*

סכר QAL, unde NIPHAL נִסְכַּר, Lxx. ἐπικαλύπτομαι, Lxx. Aq. ἐμφράττομαι, Lxx. Sym. κλείομαι, Vulg. & alii, *tegor, contegor, obthuror, obstruor, claudor, concludor, occludor.* Affine est סָגַר per ג.

Fut. 3. p. s. m. יִסָּכֵר פִּי דוֹבְרֵי־שָׁקֶר, Psal. 62. Heb. 63. v. 12. *obthurabitur os loquentium mendacium.* 3. p. plur. m. cum præf. וַיִּסָּכְרוּ מַעְיְנֹת תְּהוֹם, Gen. 8. v. 2. *& obthurabantur fontes abyssi.*

PIEL סִכֵּר, Lxx. Aq. Sym. Theod. παραδίδωμι, Vulg. & alii, *trado.* Alii item, *claudo, includo, occludo.*

Praet. 1. p. s. c. cum præf. וְסִכַּרְתִּי אֶת־מִצְרַיִם בְּיַד, Isai. 19. v. 4. *& includam Ægyptum in manum dominorum.*

סֻכּוֹת Mass. *Succóth,* Vulg. *Socoth,* nomen urbis in Tribu Gad, Jos. 13. v. 27. in planitie Jordanis, 3. Reg. 7. v. 46. S. Hieronymus ad Gen. 33. v. 17. *in Hebræo legitur* (Syriacè scilicet) *Sochoth. Est autem usque hodie civitas trans Jordanem hoc vocabulo in parte Scythopoleos.* Cum ה locali,

סֻכֹּתָה *sochoth*, Exod. 12. v. 37. Etym. *tabernacula*, quæ ibi *pecoribus suis ædificavit Jacob*; à singulari femin. סֻכָּה *tabernaculum*.

סכת QAL, unde HIPHIL הִסְכִּית, ex quo IMPER. 2. p. s. m. הַסְכֵּת וּשְׁמַע יִשְׂרָאֵל, Deut. 27. v. 9. Lxx. σιώπα καὶ ἄκουε *tace, & audi Israël.* Non alienum à mente Lxx. interpretum Arabicum סכת, quod notat *silere, quiescere.* Vulg. & alii, *attende, & audi Israël.* Hinc Lat. Ital. *ausculto.* Gallice, *j'écoute.*

סַל m. Lxx. κανοῦν, Vulg. & alii, *canistrum, sporta, cophinus.* Cum præfix. וְסַל *& canistrum*, הַסַּל *canistrum*, בַּסַּל, בְּסַל, & in pausa בַּסָּל, *in canistro*, וּבַסַּל *& in canistro*, מִסַּל *ex canistro*, וּמִסַּל *& ex canistro.* Plur. cum præf. הַסַּלִּים *canistra.* Const. סַלֵּי חֹרִי, Gen. 40. v. 16. Lxx. κανᾶ χονδριτῶν *canistra conditorum.* Vulg. *canistra farinæ.* Alii, *canistra albedinis*, sive *alba.* Chald. סַלִּין דְּחִירִי *canistra* (panis, aut farinæ) *nobilitatis.* R. סָלַל *extulit*, unde סַל *canistrum*, ab attollendo dictum: plerumque enim supra caput attollitur, ut coquus, sive pistor ille fecerat, Gen. 40. v. 17.

סלא QAL, unde PUAL סֻלָּא, Lxx. συμβαστάζομαι, Vulg. & alii, *conferor, comparor, æquiparor, æstimor, taxor.* Aq. ἀναβάλλομαι *sursum tollor*; referebat ad סָלַל *extollo.*

PAOUL plur. m. cum præf. הַמְסֻלָּאִים בַּפָּז, Thren. 4. v. 2. Lxx. οἱ ἐπηρμένοι ἐν χρυσίῳ *elevati* (ex usu Chald.) *in auro*, q. d. auro appensi, in trutina auri pondere elevati. Vulg. *amicti auro primo.* Alii, *qui æstimabantur contra aurum.*

FUT. 3. p. s. m. ex forma quiescentium Lamedh ה, לֹא תְסֻלֶּה בְּכֶתֶם אוֹפִיר, Job. 28. v. 16. *non auro Ophirino contrà cara est* sapientia. Cum auro non appenditur; auri ad eam nulla comparatio est.

סִלָּא Mass. *Sillá*, Vulg. *Sella*, nomen proprium loci (*in domo Millo*; qua itur versus *Silla*), 4. Reg. 12. v. 20. Etym. *corbis, situla*; (Gall. *seille*, ou *selle*) à סלא Syr. idem; unde בית סליא Syr. *latrina.*

סַלּוּא Mass. *Sallú*, Vulg. *Sellu*, nom. propr. viri, Neh. 11. v. 7. Etym. *æstimatus*; à סֻלָּא *æstimatus, æquiparatus fuit*, unde Paoul s. m. סָלוּא, & correpto (ו) in (ֻ) sequ. dagh. per legem æquivalentiæ, סַלּוּא *æstimatus*....

סלד QAL, unde PIEL סִלֵּד, ex quo 1. p. s. c. FUT. cum præfix. & ה paragog. וַאֲסַלְּדָה בְחִילָה, Job. 6. v. 10. Lxx. ἡλλόμην (Latine) *saltabam.* Vulg. participialiter, *ut affligens me dolore.* Paraphrast. Chald. וְאֶבוּעַ בִּרְתִיחָא *& exultabo in fervore*, vel *bulliam præ fervore.* Alii, *etiamsi indurescam præ dolore*, vel *contraher, corruger* (ex usu Chald.) *non parcit.* Confer Psal. 118. Heb. 119. v. 83. *extiti ut uter in fumario.* Alii, *æstuem licet præ dolore.* Alii, *confortabor* (roborabo me) *in infirmitate mea.* Alii, *etiam nunc rogabo, ac supplicabo* (ex usu Chald.) .... *ut non parcat* .... interpretes per conjecturam quisque suam explicant. Hinc tamen Latin. *salio, solido*, aut *solidesco.*

סֶלֶד Mass. *Séledh*, Vulg. *Saled*, nomen proprium filii Nadab filii Semei filii Onam, 1. Paral. 2. v. 30. Etym. *contractus*, à סְלַד Chald. *contractus, retractus fuit.*

סלה QAL. Lxx. ἐξουδενόω, Vulg. *sperno.* S. Hieronymus, *abjicio.* Alii, *sterno, prosterno, calco, conculco.*

PRAET. 2. p. s. m. סָלִיתָ כָּל־שׁוֹגִים, Psal. 118. Heb. 119. v. 118. *calcasti omnes aberrantes* à statutis tuis.

PIEL סִלָּה, Lxx. ἐξαίρω, Vulg. *aufero.* Alii, *conculco, proculco.*

PRAET. 3. p. s. m. סִלָּה כָל־אַבִּירַי, Thren. 1. v. 15. *proculcavit omnes fortes meos* in medio mei.

סֶלָה *Sélah.* Lxx. Sym. Theod. διάψαλμα, Vulg. Lat. *diapsalma*, nota musica; nempe, commutatio metri, rythmi distinctio, pausatio spiritûs, alterius sensûs exordium, &c. Aq. ἀεί, S. Hieronymus, *semper.* V[a]. editio, διηνεκῶς *perpetuo.* VI[a]. edit. εἰς τέλος *in finem.* Origenes (ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ) legebat סֵל σὲλ (*Sél*) S. Hieronymus, סֶלָה *Sélah*; & fortè priore legendum modo, quasi à סֵל, 2. p. s. m. Imperativi primæ conjugationis Verbi וסל Arab. *accessit ad Deum conjungi cum illo cupiens bono aliquo opere*, vel *hoc ipsum obtulit Deo, eique approbare studuit.* Item, *oravit*,

Digitized by Google

supplicavit Deum ; interpellavit , intercessit pro nobis mediator ; *donavit , invitavit , prosecutus est* , &c. unde in Imper. *accede ad Deum , conjungi cum illo avens* (sursùm corda) vel *hoc ipsum Deo offer , cedo* , aut *interpella , intercede* , &c. sic סַל foret una ex his interjectionibus , quæ veri sunt Imperativi , ut נָא (2. p. s. m. Imperativi Qal Verbi נוא Arabibus , *surgere studuit* , & sic נָא pro נָא , ex forma scilicet quiesc. Lam. א) vel אִנָּא (pro אנא Imper. Arab. VII^{ae}. scilicet conjugationis ejusdem Verbi) *fac , age , rumpe moras.* Ac Græcè , *ἄγε* , Lat. *adesdum* , Al. *agedum.* Cui sententiæ favet ה (ut ex accentu liquet) paragogicum. Vide Gram. Heb. t. 1. pp. 628. 629. 630. 631. Lxx. item , *δόξα gloria.*

סָלוּא Mass. *Salou* , Vulg. *Salu* , nomen proprium patris Zamri illius , qui cum Madianitide occisus est , Num. 25. v. 14. Etym. *æstimatus ; à* סָלָא *æstimatus , æquiparatus fuit.*

סַלּוּא Mass. *Sallou* , Vulg. *Salo* , nomen proprium filii Mosellam , 1. Paral. 9. v. 7. quod nomen Neh. 11. v. 7. per (ּ) loco τῶ (ו) scribitur , סַלֻּא , quod vide supra , col. 1463.

סִלּוֹן m. unde plur. cum præf. וְסַלּוֹנִים אוֹתָךְ , Ezech. 2. v. 6. Lxx. Verbaliter , *καὶ ἐπισυστήσονται ἐπὶ σὲ κύκλῳ & congregabuntur contra te in circuitu ;* legebant סָלוּן cum ו paragogico , *extolluntur , insurgunt.* Vulg. *& subversores sunt tecum.* Alii , *spinæ* , vel *spinei tecum.* Quamvis apud refractarios , & intractabiles agas. Rad. סָלַל *aggeravit , aggerem posuit* , &c. quod aggeres , scilicet , spinis præmuniantur ; vel certè præpediantur ; סִלּוֹן porrò contractè pro סִלְלוֹן dicitur , formæ (inquit Qimhhi in Michlol) יִתְרוֹן.

סִלּוֹן m. Lxx. *σκόλοψ* , Vulg. & alii , *assula , spina.* R. eadem ac vocis præcedentis.

סלח QAL. Lxx. (per metathesin) *ἱλάσκομαι , ἵλεως εἰμὶ ἢ γίνομαι , διϊλατεύω ; καὶ μὴ μέμνημαι , ἀφίημι* , Vulg. & alii , *propitior , propitius sum* , vel *fio ; condono , ignosco , non recordor , dimitto , remitto.* Lxx. item , *ἁμαρτίαν aufero* peccata, *καθαρίζω mundo , ἰάομαι sano.* Const. cum ל , sive dativo.

PRAET. 2. p. s. m. in pausa , unde (ָ) loco τῶ (ַ) sub ל , סָלָחְתָּ *condonasti.* Cum præfix. וְסָלַחְתָּ לַעֲוֹנֵנוּ , Exod. 34. v. 9. *& ignosces pravitati nostræ.* 1. p. s. c. סָלַחְתִּי *condonavi.* Cum præf. וְסָלַחְתִּי *& condonabo.*

BEN. s. m. cum præf. הַסֹּלֵחַ לְכָל־עֲוֹנֵכִי , Psal. 102. Heb. 103. v. 3. (ubi (כִי) pro (ךְ) ex Syriasmo) *qui ignoscit omni pravitati tuæ* , f.

INFIN. סְלֹחַ *ignoscere.* Cum præf. וְלֹא־אָבָה יְהוָה לִסְלֹחַ , 4. Reg. 24. v. 4. *& noluit Dominus condonare.*

IMPER. 2. p. s. m. ex forma (ַ) , סְלַח *condona.* Cum ה parag. סְלָחָה , Dan. 9. v. 19. *condona.*

FUT. ex forma (ַ) ob ח tertiam radicalem , 3. p. s. m. יִסְלַח־נָא יְהוָה לְעַבְדְּךָ בַּדָּבָר הַזֶּה , 4. Reg. 5. v. 18. *hac in re condonabitne Dominus servo tuo ?* Quidam , *hanc ob rem* (quam polliceor) *condonet Dominus servo tuo .... si me incurvavero ....* בַּדָּבָר הַזֶּה *hanc* (inquam) *ob rem, quam*, &c. 1. p. s. c. אֶסְלַח *condonabo.* Cum præf. וְאֶסְלַח *& condonabo.*

NIPHAL נִסְלַח , Lxx. *ἀφίεμαι* , Vulg. & alii , *dimittor , mihi condonatur.*

PRAET. 3. p. s. m. cum præf. וְנִסְלַח לָהֶם , Levit. 4. v. 20. *& condonabitur ipsis.*

סַלָּח m. unde cum præfix. Psal. 85. Heb. 86. v. 5. *nam tu , Domine es* טוֹב וְסַלָּח , Lxx. *χρηστὸς καὶ ἐπιεικὴς* , Vulg. *suavis , & mitis.* Aq. Theod. *ἱλαστὴς propitiator , propitius.* Sym. *ἀφιῶν dimittens.* Alii , *bonus , & ignoscens* , ad dandum, & condonandum promptus. R. סָלַח *condonavit.*

סַלָּי Mass. *Sallai* , Vulg. *Sellai* , nomen proprium viri , Neh. 11. v. 8. Etym. *canistra mea* , à singulari סַל *canistrum* , & (ַי) , vel ob pausam (ָי) affixo 1. p. s. c.

סְלִיחָה f. unde cum præfix. כִּי־עִמְּךָ הַסְּלִיחָה , Psal. 129. Heb. 130. v. 4. *ὅτι παρὰ σοὶ ἱλασμός ἐστι* , Vulg. *quia apud te propitiatio est.* Alii , *nam tecum est condonatio* , ut timearis ; tu solus potes condonare , ut timearis. Plur. וְאַתָּה אֱלוֹהַּ סְלִיחוֹת , Nehem. 9. v. 17. *At tu es Deus condonationum.* Cum præf. & (ּ) sine (ו) comite , וְהַסְּלִחוֹת *& condonationes.* R. סָלַח *condonavit.*

Digitized by Google

סַלְכָה Maſſ. *Salchâh*, Vulg. *Salecha* & *Selcha*, nomen proprium civitatis regis Ogi in Baſan, Deut. 3. v. 10. Joſ. 12. v. 5. 1. Paral. 5. v. 11. Etym. *ſporta*, vel *exaltatio*, *gloria tua*, m. à סַל *ſporta*, &c. & ךָ affix. 2. p. ſ. m. unde כ ב poſt (ְ) quieſcens ſine dagh. ſcribitur.

סָלַל QAL. Lxx. ὁδοποιέω, Aq. ἀποσκολοπίζω, Sym. καταστρόω, τύπτω, καθαρίζω, Vulg. & alii, *iter facio*, *virgulta evello*, *iter paro*, *viam* (aggeſtâ propriè terrâ) *ſterno*, & *elevo* (unde deinceps latiori ex tollendi ſignificatione ſumitur) *tero* iter, viam *purgo*. Item, *aggero*, *contumulo*, *extollo*, *exalto*, *eveho laudibus*. Lxx. item, ἐρευνάω *ſcrutor*.

PAOUL ſ. f. דֶּרֶךְ לֹא סְלוּלָה, Jerem. 18. v. 15. *viâ non exaggeratâ*. Vulg. *itinere non trito*; & (וּ) in (ֻ) ad euphoniam correpto, וְאֹרַח יְשָׁרִים סְלֻלָה, Prov. 15. v. 19. *iter rectorum eſt exaggeratum*. Recti incedunt in plano, & tuto.

IMPER. 2. p. plur. m. סֹלּוּ־סֹלּוּ פַּנּוּ־דָרֶךְ, Iſai. 57. v. 14. *exaggerate*, *exaggerate vacuam facite viam*. Cum affix. hhólem in (ֳ hhatoúph) mutato, סָלּוּהָ *contumulate eam*.

FUT. 3. p. plur. m. cum præf. וַיָּסֹלּוּ עָלַי דַּרְכָּם & *exaggeraverunt contra me viam ſuam*. Ex certo, & expedito me aggrediuntur.

PIEL geminata prima radicali, סִלְסֵל, unde IMPER. 2. p. ſ. m. cum affix. סַלְסְלֶהָ וּתְרוֹמְמֶךָּ, Prov. 4. v. 8. Lxx. περιχαράκωσον αὐτὴν *circumvalla eam*. Aq. ἀνάλαβε αὐτὴν *ſuſcipe* (Vulg. *arripe*) *eam*. Sym. βάσταζε αὐτὴν *geſta eam*. Alii, *effer eam*, & *efferet te*, vel *exaggera eam* (ſapientiam), *accumula eam*.

HITHPOEL הִסְתּוֹלֵל, unde BEN. ſ. m. Exod. 9. v. 17. *adhuc tu* מִסְתּוֹלֵל בְּעַמִּי, Lxx. ἐμποιῇ τοῦ λαοῦ μου *inſultas populo meo*. Aq. ἀντιποιῇ *detines*. Sym. χαλιζεις, Vulg. *retines populum meum*. Alii, *ipſe te effers contra populum meum*, ut non dimittas eos.

סֹלְלָה f. Lxx. χῶμα, πρόσχωμα, vel πρόχωμα, Lxx. Incertus, χάραξ, Incertus, βελόστασις, Vulg. & alii, *agger* (qui fit ad tuendam, capiendamve urbem) *vallum*, *ageſtus terreus*, *munitio*, *aries*, *balliſta*. Lxx. item, δύναμις *virtus*, ὄχλος *turba*. בִּשְׁפֹּךְ סֹלְלָה, Ezech. 17. v. 17. Lxx. χαρακοβολία, Vulg. *in jactu aggeris*. Alii, *in fundendo aggere*. Latini dicunt, *jacere aggerem*. Plur. cum præf. הַסֹּלְלוֹת *valla*, *aggeres*. Gallice, *batteries*, & *galleries*. R. סָלַל *aggeravit*.

סֻלָּם m. Gen. 28. v. 12. & *ecce* סֻלָּם מֻצָּב אַרְצָה, Lxx. κλίμαξ ἐστηριγμένη ἐν τῇ γῇ *ſcala ſtabilita ſuper terram*. Vulg. *ſcalam ſtantem ſuper terram*. Alii, *ſcala demiſſa ad terram uſque*. A voce Arabica, סֻלָּם *ſcala*, *per quam aſcenditur*. R. סלם Arab. *emerſit*, *aſcendit*.

סַלְסִלּוֹת f. plur. Jerem. 6. v. 9. *refer manum tuam*, *ſicut vindemiator ad* סַלְסִלּוֹת, Lxx. in ſing. κάρταλλον, Vulg. *cartallum*. Alii, *qualos*, corbes vindemiatorias, per quas muſtum prælo expreſſum colatur, ab attollendo ſic dictæ, quod ſcilicet ſublimes ſuſpendantur. R. סָלַל *ſuſtulit*.

סֶלַע, & in pauſa סָלַע, m. Lxx. Aq. Sym. πέτρα, Vulg. & alii, *petra*, *lapis*, *ſaxum*, *rupes*. Lxx. κρημνός *præcipitium*. Metaphorice, στερέωμα *confirmatio*, κραταίωμα *robur*, ἀντιλήπτωρ *ſuſceptor*. Item, *arx*, *munitio*. לִצְחִיחַ סֶלַע, Ezech. 26. v. 4. Lxx. εἰς λεωπετρίαν *nitidiſſimam*. Vulg. *limpidiſſimam petram*. Alii, *in planum ſaxum*. כְּצֵל סֶלַע, Iſai. 32. v. 2. Lxx. ὡς ποταμὸς φερόμενος *ſicut fluvius agitatus*; à צאללן Arabibus, *aqua fluens*; & סָלַע Arabibus, *agitavit*, *fregit*, *fiditve*; unde Gr. σαλεύω. Vulg. & alii, *ſicut umbra petræ*. Cum præfix. הַסֶּלַע, הַסָּלַע *petra*, מֵהַסֶּלַע *à petra*, בַּסֶּלַע, בַּסָּלַע *in petra*. מִסֶּלַע מִדְבָּרָה, Iſai. 16. v. 1. *à Petra* (*ad deſertum*) ..... *Petra* hîc nomen oppidi, Joſeph. lib. 4. antiq. c. 4. dicit Κρεκην nominatam fuiſſe, & metropolim Arabiæ habitam ſuo tempore; ibi Aaronem cum ſtola exuiſſe mortalitatem. In pauſa, מִסָּלַע *à petra*, *præ petra*. Cum affix. יְהוָה סַלְעִי, 2. Reg. 22. v. 2. *Dominus petra mea*. Cum præf. & affix. וְסַלְעוֹ & *petra ejus*, m. Plur. סְלָעִים *petræ*. Cum præfix. הַסְּלָעִים *petræ*, וּבַסְּלָעִים & *in petris*. Rad. סָלַע Arabibus, *fregit*, *fiditve* caput; unde סֶלַע *lapis*; quaſi κεφαλοθλαστικός.

סֶלַע Maſſ. *Séla*, Vulg. *petra*, nomen propr. urbis notiſſimæ Arabiæ, (quæ ab ea no-

Digitized by Google

men petræ tulit) Isai. 16. v. 1. terræ Edom abscribit his Verbis (Eusebius in libro περὶ τοπικῶν ὀνομάτων τῆς θείας γραφῆς) πέτρα, πόλις ἐν γῇ Ἐδὼμ τῆς Ἀραβίας, S. Hieron. *petra, civitas Arabiæ in terra Edom.* Vide Palæstinam doctiss. Relandi, p. 70. Etym. *petra*, à סֶלַע idem. Vide vocem præced.

סָלְעָם, unde cum præf. Levit. 11. v. 22. *ista ex eis comedetis;* nempe, *locustam secundùm genus suum, & וְאֶת־הַסָּלְעָם*, Lxx. τὸν ἀττάκην, S. Hieron. *attacum.* Alii, *attelabum* (ἀπὸ τοῦ ἅτλειν nomen uterque videtur habere ut *à saltando, saltarella;* imò posterior ἀπὸ τοῦ ἅτλειν, & ἔλαφος *cervus*, φ in β mutato; unde, Quidam, *scarabæum* esse putârunt) locustæ mundæ genus sine alis. R. סלעם Chald. *absorpsit, absumpsit, perdidit, deglutivit.*

סלף QÂL, unde PIEL סִלֵּף, Lxx. per metathesin, φαυλίζω, φαῦλον ποιῶ, Theod. σκολιάζω, Lxx. Sym. ὑποσκελίζω (hinc per metathesin, σφάλλω) Lxx. καταστρέφω, λυμαίνομαι, ἐξαίρω, Aq. Sym. διαστρέφω. Vulg. & alii, *perverto, detorqueo, deflecto,* (Alii, *vilipendo*) *distortum, pravum facio* (vel *fieri sino*) *supplanto* (per aphæresin, ac metathesin, *fallo*) *everto, subverto, vasto, perdo, muto, aufero, dissipo.*

Ben. s. m. Prov. 21. v. 12. *erudiens*, vel *attendens justus* ad domum impii: מְסַלֵּף רְשָׁעִים לָרָע *disturbat impios inter male agendum*, h. e. dum male agunt, vel *intricat improbos, ad malum;* malum eorum procurat, injiciens eos in labyrinthos ratiocinationum.

Fut. 3. p. s. m. יְסַלֵּף *pervertit, intricat.* Cum præf. (ו) notando cum (·), ex quo & altero sub (י) fit (·) sub (ו), vide Gram. Heb. t. 1. p. 385. c. 1. וִיסַלֵּף *& pervertit*, וַיְסַלֵּף *& pervertit.* 3. p. s. f. וְרִשְׁעָה תְּסַלֵּף חַטָּאת, Prov. 13. v. 6. *& improbitas intricat peccatum*, ab uno peccato in aliud trudit.

סֶלֶף m. unde cum præfix. וְסֶלֶף בּוֹגְדִים יְשָׁדֵּם, Prov. 11. v. 3. Lxx. καὶ ὑποσκελισμὸς ἀθετούντων προνομεύσει αὐτούς, Vulg. *& supplantatio perversorum vastabit illos.* Alii, *perversitas, intricatio perfidorum vastat eos.* וְסֶלֶף בָּהּ,

ibid. 15. v. 4. Lxx. participialiter, ὁ δὲ συντηρῶν αὐτὴν *qui autem conservat eam, linguam.* Alii, *intricatio in ea* (lingua) fractio in spiritu. R. סָלַף in Piel, *pervertit, intricavit.*

סלק Chald. PEAL, Lxx. ἀναβαίνω, Vulg. & alii, *ascendo, conscendo, scando.* Alii item, *evenio, accedo, discedo, fugio, subduco, cesso, desino, finior, deficio;* &c.

Praet. 3. p. s. f. סִלְקַת, & cum (-) juxta Massoram, sed anomalo pro (-) sub ק, סִלְקָת, Dan. 7. v. 8. *ascendebat, succrescebat.* 3. p. pl. m. præt. passivi Peil, סְלִיקוּ *dimissi sunt.* Vide Gram. Heb. t. 2. pp. 586. & 587.

Ben. plur. f. סָלְקָן *ascendebant.* Hinc per metath. Lat. *scala;* Gall. *escalier, escalade,* &c.

סֹלֶת f. Lxx. Aq. σεμίδαλις, Vulg. & alii, *simila, similago*, h. e. farina alba, & flos, seu deliciæ farinæ triticeæ. Est farina subtiliùs (Qimhhi ex Talmud, crassiùs) molita; unde differt à קֶמַח *farina*, quæ communis est, ex quolibet frumento, crassiùs molita, à קמח Chald. *tutudit, moluit.* R. Salom. & R. Abrah. farina tritici munda; de qua Martial.

Nec poteris similæ dotes numerare, nec usus.

Cum præfix. וְסֹלֶת *& simila*, הַסֹּלֶת *simila*, וּלְסֹלֶת *& similæ*, מִסֹּלֶת *de simila.* Cum præf. & affix. מִסָּלְתָּהּ *de simila ejus*, f. Rad. סלת Chald. *similam selegit, expurgavit.*

סַמְגַּר־נְבוּ Mass. *Samgar-nevoû*, Vulg. *Semegarnabu*, nomen proprium unius ex principibus regis Babyloniorum, Jerem. 39. v. 3. Etym. *dignus ambitiosi nominis* MERCURII; à סם Arab. *eodem nomine appellari dignus*, גר Arab. *ambitiosus*, & נבו Arab. vel potiùs Syr. *Mercurius.*

סְמָדַר m. Cant. 2. v. 13. וְהַגְּפָנִים סְמָדַר נָתְנוּ רֵיחַ, Lxx. Verbaliter, αἱ ἄμπελοι κυπρίζουσιν, ἔδωκαν ὀσμὴν *vites florent* (Complut. Participial. κυπρίζουσαι, Vulg. *florentes*) *dederunt odorem.* Sym. καὶ τῶν ἀμπέλων ἡ οἰνάνθη *& vitium flos* dat odorem. Alii, *vites, in* aut *ex gemma*, sive *folliculo, flosculove*, aut *primâ uvâ dant odorem.* Ibidem v. 15. *vulpes parvulas vastantes vineas*, וּכְרָמֵינוּ סְמָדַר (semel סְמָדַר) *vinearumque nostrarum florem.* Cum

præf. ibid. cap. 7. v. 12. *videamus an floreat vitis*, פִּתַּח הַסְּמָדַר *sese aperuerit gemma*, aut *flos*. R. סמדר Syr. *germinavit*, *floruit*; unde סמדרא *gemma*, *flos vitis*.

סַמִּים m. plur. Lxx. in sing. ἄρωμα, ἥδυσμα, ἡδυσμός, Theod. in plur. ἀρώματα, Aq. Sym. ἡδύσματα, Lxx. θυμιάματα, Lxx. Theod. σύνθεσις, Lxx. σύνθετον λεπτόν, ἔργον, Vulg. & alii, *aromata*, *condimenta*, *thymiamata*, *unguenta*; *compositio*, *compositum sublime*, *opus*, sive *pharmacum* (ex usu Chald.) *bonum*, *malumve*, *pulvis aromaticus*, scilicet *apothecarius*, *venenum*, *toxicum*. Cum præf. הַסַּמִּים *aromata*. Rad. סָמַם Arabibus, *venenum propinavit*.

סָמַךְ QAL. Lxx. στηρίζω, ἀντιστηρίζω, ὑποστηρίζω, ἐφίστημι, ἐπιτίθημι, ἀπερείδομαι, ἐπιστηρίζομαι, Vulg. & alii, *firmo*, *contra firmo*, *confirmo*, *stabilio*, *fulcio*, *suffulcio*, *sustento*, *accedo*, *appropinquo*, *circumeo*, *circundo*, *impono* manus, *incumbo* manus protendens, *firmiter figo*, *adigo*, *impingo*, *jungo*, *conjungo*; *nitor*, *innitor*: & sic construitur cum עַל. Lxx. Sym. ἀντιλαμβάνομαι, Vulg. *suscipio*. Hinc per metath. Gr. κομίζω.

Praet. 3. p. s. m. סָמַךְ מֹשֶׁה אֶת־יָדָיו עָלָיו, Deut. 34. v. 9. *imposuerat Moses manus suas super eum*, vel *nixus fuit Moses manibus suis super eum*. סָמַךְ מֶלֶךְ־בָּבֶל אֶל־יְרוּשָׁלַםִ, Ezech. 24. v. 2. *obsedit rex Babel Hierosolymam*. Cum præf. וְסָמַךְ *& imponet*. 3. p. s. f. עָלַי סָמְכָה חֲמָתֶךָ, Psal. 87. Heb. 88. v. 8. *in me irruit*, *defixit se*, *ardor tuus*, m. ἐπεστηρίχθη. Cum affix. in pausa, unde (ּ) loco (-) sub ם, vide Gram. Heb. t. 1. p. 340. c. 1. סְמָכָתְהוּ *fulcivit eum*, סְמָכַתְנִי *fulcivit me*. 2. p. s. m. cum præf. וְסָמַכְתָּ, Num. 27. v. 18. *& fulcies*, sive *impones* manum tuam super eum. Hinc ritus τῆς סְמִיכָה χειροθεσίας *impositionis manuum*. 1. p. s. c. cum affix. וְדָגָן וְתִירֹשׁ סְמַכְתִּיו, Gen. 27. v. 37. *& frumento, ac musto fulcivi eum*. 3. p. plur. c. cum præf. וְסָמְכוּ *& nitentur*.

Ben. s. m. וְאֵין סוֹמֵךְ, Isai. 63. v. 5. *& non est fulciens, qui sustineat*, Psal. 36. Heb. 37. v. 24. *Dominus enim* סוֹמֵךְ יָדוֹ *fulcit manum ejus*, vel potiùs *sustinet* (eum) *manu suâ*. Cum præfix. וְסוֹמֵךְ צַדִּיקִים יְהוָה, ibid. v. 17. *fulcit verò*, *sustentat justos Dominus*. Plur. const. סֹמְכֵי, Ezech. 30. v. 6. Lxx. substantive, ἀντιστηρίγματα *fulcimenta*. Sym. in singul. ὑπέρεισμα *sustentaculum*. Vulg. & alii, *fulcientes*, *sustentantes*. Cum præfix. בְּסֹמְכַי *in sustentantibus*.

Paoul s. m. סָמוּךְ לִבּוֹ לֹא יִירָא, Psal. 111. Heb. 112. v. 8. *fultum*, h. e. firmum est *cor ejus*, *non metuit*. Plur. m. Psal. 110. Heb. 111. v. 8. *mandata ejus* סְמוּכִים לָעַד *fulta in perpetuum*.

Imper. 2. p. s. m. cum affix. unde hhólem corripitur in (ָ hhatoúph), quod cum (ְ) penultimæ sedem commutat. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 356. c. 2. סָמְכֵנִי somkéni, Psal. 118. Heb. 119. v. 116. *fulci me*, secundùm dictum tuum, & vivam.

Fut. 3. p. s. m. cum præf. וַיִּסְמֹךְ *& imposuit*. Cum affix. יְהוָה יִסְמְכֵנִי, Psal. 3. v. 6. *Dominus sustentat me*, c. 2. p. s. m. cum aff. Psal. 50. Heb. 51. v. 14. *& spiritu* (animo) *voluntario* תִסְמְכֵנִי *fulcito me*, c. 3. p. plur. m. יִסְמְכוּ *imponent*. Cum præf. וַיִּסְמְכוּ *& imposuerunt*.

NIPHAL נִסְמַךְ, Lxx. καταθαρσέω, Lxx. Sym. ἐπιστηρίζομαι, Vulg. & alii, *fidenti sum animo*, *innitor*, *firmor*, *stabilior*.

Praet. 1. p. s. c. עָלֶיךָ נִסְמַכְתִּי, Psal. 70. Heb. 71. v. 6. *tibi innixus sum*. 3. p. plur. c. in pausa, unde (-) primariæ vocis revocatum in (ָ) mutatur sub כ loco (ְ), vide Gram. Heb. tom. 1. p. 170. c. 2. נִסְמָכוּ *innituntur*.

Fut. 3. p. s. m. אֲשֶׁר יִסָּמֵךְ אִישׁ עָלָיו, Isai. 36. v. 6. *qui cujusvis* (*qui innitur ei*) *manum perforat*. Cum præfix. וַיִּסָּמֵךְ, Jud. 16. v. 29. (ubi accentus remanet in ultima, quamvis adsint quatuor retrahendi causæ, vide Gram. Heb. tom. 2. p. 309.) *& innixus fuit*. 3. p. plur. m. cum præf. וַיִּסָּמְכוּ *& innixi sunt*.

PIEL סִמֵּךְ, unde Imper. 2. p. plur. m. cum affix. סַמְּכוּנִי, Cant. 2. v. 5. Lxx. Aq. στηρίσατέ με, Vulg. & alii, *fulcite me*. Sym. ἐπανακλίνατέ με *reclinate me*.

סְמַכְיָהוּ Mass. *Semachiáhou*, Vulg. *Samachias*, nomen proprium viri, 1. Paral. 26. v. 7.

Etym.

Digitized by Google

Etym. *qui Domino innititur* ; à סָמַךְ *innixus fuit*, & יָהּ, vel יְהוֹ (utrumque contractum ex יְהוָה) *Dominus*.

סֶמֶל, סֵמֶל, & in pausa סָמֶל, m. Sym. ἐκτύπωμα, Lxx. γλυπτὸν, εἰκὼν, Vulg. & alii, (Latin. *simulacbrum, similitudo*) *forma, sculptile, imago, idolum*. Cum præf. 2. Paral. 33. v. 15. *& amovit Deos peregrinos* ; וְאֶת־הַסֶּמֶל *& simulacrum*, vel *figuram* de domo Domini. Rad. סָמַל Arabibus, *concinno, compono, formo*.

סָמַן QAL, unde NIPHAL נִסְמָן, ex quo Ben. s. m. Isai. 28. v. 25. *& seret triticum principale* (præstantissimum) *& hordeum* נִסְמָן, Lxx. Aq. Theod. καὶ κέγχρον, Vulg. *& milium*. Alii, *signatum, insigne*, quod optimæ notæ est. Quidam, *imò seret triticum* in *principali* loco (ut sit ellipsis & particulæ *in*, & subjecti) *hordeum verò* in *assignato* loco ; viciam autem ad agrorum terminos. Hinc Chald. סַמֵּן, Gr. σημαίνω, Latin. *signo* ; ac Rabb. סִימָן, Gr. σημεῖον, Latin. *signum*.

סָמַר QAL. Lxx. φρίττω, Sym. ὀρθοτριχέω, Lxx. Theod. καθηλόω, Aq. ἡλόομαι, S. Hieron. & alii, *horreo, rigeo, horripilo*. Vulg. & alii (ex usu Chaldaico) *clavo firmo, pango, figo, configo, configor*. Hinc Arab. סמרשלו, Gr. σμερδὸς, σμερδνὸς, σμερδαλέος *aspectu* (ac generaliter) *terribilis*.

Praet. 3. p. s. m. סָמַר *horret* ; in pausa, unde (-) in (-) sub ם mutatur, כְּיֶלֶק סָמָר, Jerem. 51. v. 27. Lxx. ὡς ἀκρίδων πλῆθος *sicut locustarum multitudo*. Vulg. *quasi bruchum aculeatum*. Alii, *instar bruchi horrentis*, vel *qui erigit pilos*.

PIEL סִמֵּר, unde 3. p. s. f. Fut. תְּסַמֵּר שַׂעֲרַת בְּשָׂרִי, Job. 4. v. 15. Lxx. mutato numero, ipsâ etiam & conjugatione mutata. ἔφριξαν δέ μου τρίχες καὶ σάρκες *horruerunt autem pili mei, & carnes*. Vulg. *inhorruerunt pili carnes meæ*. Alii, *faciebat arrigi pilos carnis meæ*.

סְנָאָה Mass. *Senaâh*, Vulg. *Senaa*, nom. proprium urbis, cujus incolæ maximo numero adfuere Hierosolymis instaurandis, Esd. 2. v. 35. Etym. *odium, odiosa* ; à סַנְאָה Chald. idem.

סַנְבַלַּט Mass. *Sanvallát*, Vulg. *Sanaballat*, nomen proprium viri, Neh. 2. v. 10. Etym. *quercum dolavit, formâ donavit* ; à בַּלּוּט Arab. *quercus*, & סנן Arab. *dolavit, polivit, formâ donavit*, &c.

סְנֶה m. Lxx. βάτος, Vulg. & alii, *rubus*, κυνόσβατος frutex rosas agrestes (κυνόρροδα) suavi odore, flore incarnato, producens, Gallice, *églantier*. Deut. 33. v. 16. *de deliciis terræ, & de plenitudine ejus*, וּרְצוֹן שֹׁכְנִי סְנֶה *& de benevolentia habitantis in rubo veniant super*.... Cum præfix. הַסְּנֶה *rubus*, וְהַסְּנֶה *& rubus*. R. סנה, vel סנו Arab. *luxit, splenduit* ; unde סְנֶה rubus sic dictus, quod flore decidente pistillum abeat in baccam ignei coloris ; unde etiam Lat. *rubus, quasi sentis ruber*.

סֶנֶּה Mass. *Seneh*, Vulg. *Sene*, nomen proprium scopuli, 1. Reg. 14. v. 4. Etym. *eminentia, celsitudo* ; à סניה Arab. idem.

סְנוּאָה Mass. *Senouâh*, Vulg. *Senua*, nomen proprium viri, Nehem. 11. v. 9. Etym. *odium, odiosus* ; à סנואה Chald. idem.

סַנְוֵר m. Lxx. ἀορασία, Vulg. & alii, *visûs obscuritas, cæcitas, obtenebratio oculorum, & cordis*. Hinc plur. cum præfix. הַךְ־נָא אֶת־הַגּוֹי־הַזֶּה בַּסַּנְוֵרִים, 4. Reg. 6. v. 18. *exurge, percute* (Domine) *gentem hanc cæcitate*, amentiâ. R. סַנְוֵר Chald. *excæcavit*.

סַנְחֵרִיב Mass. *Sanhherîv*, Vulg. *Sennacherib*, nomen propr. regis Assyriorum, 4. Reg. 18. v. 13. Etym. *lis successit benè, postquam malè successerat* ; à רִיב *lis*, & סְנַח Arabibus, *accidit auspicatò, & benè* ; *postquam malè acciderat*.

סַנְסִן m. unde plur. cum præfix. & affix. (-) sub posteriore ס in (·) sequente daghésch per legem æquivalentiæ, mutato, Cant. 7. v. 9. *apprehendebam* בְּסַנְסִנָּיו, Lxx. τῶν ὕψεων αὐτοῦ *cacumina*. Aq. τῶν ἐλάτων *abietes*. Sym. τῶν βαΐων, Alii, *ramos palmæ*. Vulg. *fructus ejus*, m. Quidam, *fructus*, qui in cacumine crescunt. Rad. סָנָה, in PIEL, geminatis duabus primis radicalibus, סִנְסֵן (ex usu Arabico) *sublimem effecit, protulit*.

סַנְסַנָּה Mass. *Sansannâh*, Vulg. *Sensenna*, nomen proprium urbis in regione australi

tribûs Judæ, Jos. 15. v. 31. al. 32. Etym. *excelsa.* Radix eadem ac vocis præced.

סְנַפִּיר m. Lxx. *πτερύγιον*, Vulg. & alii, *pinnula piscium.* כֹּל אֲשֶׁר־לוֹ סְנַפִּיר, Lev. 11. v. 9. *cuicumque sunt pinnæ ;* à סְנַף Chald. *addidit ;* & פאיר, vel פיר Arab. *nervosus ;* unde סְנַפִּיר *pinnula piscium*, sic dicta, quasi additamentum nervosum, sive *νευρικόν* dicas, cui etymo favet dagheśch compensativum τῷ פ impressum.

סָס m. unde Lxx. *σής*, Vulg. & alii, *tinea, blatta, caries.* Isai. 51. v. 8. *ut lanam, comedet eos* סָס *tinea.* R. סוּס Arabibus in II. *cariem genuit ;* in IV. *corrosum fuit à vermiculis.*

סִסְמָי Mass. *Sismái*, Vulg. *Sisamoi*, nom. proprium filii Elasa, 1. Paral. 2. v. 40. Etym. *signa mea ;* à סִימָנָא Chald. *signum*, & (ִי) aff. 1. p. s. c. (ֵ) in (ָ) ob pausam mutato.

סָעַד QAL. Lxx. Sym. *στηρίζω*, Lxx. Aq. Theod. *βοηθέω*, Lxx. *ἀντιλαμβάνομαι*, *ἐπιστηλόω*, Vulg. & alii, *fulcio, suffulcio, sustento, firmo, confirmo.* S. Hieronymus, *roboro* (ex usu Chald. *juvo, auxilior*) *suscipio, circundo.* Lxx. item, *ἀριστάω prandeo.*

PRAET. 3. p. s. m. cum præfix. Prov. 20. v. 28. *gratia & veritas servent regem* וְסָעַד בַּחֶסֶד כִּסְאוֹ *& firmet studio boni thronum suum.*

INFIN. ex forma (ַ) cum præf. & affix. וּלְסַעֲדָהּ בְּמִשְׁפָּט, Isai. 9. v. 6. *& ad id* (regnum) *firmandum judicio.*

IMPER. 2. p. s. m. סְעַד לִבְּךָ פַּת־לֶחֶם, Jud. 19. v. 5. *fulci cor tuum frusto panis*, confirma. Stomachi ruentis (Horatio) fultura cibus. Cum præf. ה parag. & punctis ex utraque forma, 3. Reg. 13. v. 7. *veni mecum domum* וּסְעָדָה *& fulcito*, refice te, cape cibum, inde Magistri סְעוּדָה *epulum* dicunt. Cum affix. סְעָדֵנִי *fulci, robora, confirma, adjuva me*, c. 2. p. pl. m. cum præfix. וְסַעֲדוּ לִבְּכֶם, Gen. 18. v. 5. *fulcite cor vestrum*, m. Lxx. *καὶ φάγετε.*

FUT. 3. p. s. m. ex forma (ַ) in pausa, unde (ַ) in (ָ) mutatur, וְלֶחֶם לְבַב־אֱנוֹשׁ יִסְעָד, Psal. 103. Heb. 104. v. 15. *& panis cor hominis fulcit*, sustentat. Cum affix. יִסְעָדֶנּוּ *sustentet eum* Dominus, suffulciat. יִסְעָדֶךָּ Psal. 19. Heb. 20. v. 3. Vulg. *tueatur te*, m. Hic dagheśch τῷ ד imprimitur ad compensandum נ, ex Chaldaismo epentheticum, vel potiùs ex Arabismo paragogicum (& ut vocant, grave) abjectum, vide Gram. Ludovici *de Dieu*, p. 384. Erpenii rudimenta linguæ Arabicæ, p. 49. vide etiam Gram. Heb. tom. 1. p. 360. c. 1. יִסְעָדֵנִי *fulciebat me*, c. 3. p. s. f. Psal. 17. Heb. 18. v. 36. *dextera tua* תִּסְעָדֵנִי *fulciebat me*, vel *dexterâ tuâ fulciebas me.*

סְעַד Chald. unde PAEL סַעֵד, ex quo BEN. pl. m. מְסַעֲדִין לְהוֹן, Esd. 5. v. 2. Lxx. *βοηθοῦντες αὐτοῖς*, Vulg. & alii, *adjuvantes eos.*

עלם QAL, *occulto....* hinc Paoul s. m. עָלוּם *occultum....* ex quo plur. m. עֲלֻמִים, quod vide supra, col. 1633.

NIPHAL נֶעְלָם, Lxx. Theod. λανθάνω, Lxx. Sym. παρέρχομαι, παρέρχομαι, παρανομέω, Vulg. & alii, *lateo, latito, abscondor, occulte fero, ignoror*, (hinc) *negligor, contemnor, erro, prætereo, transgredior legem....* Construitur cum præpos. מִן.

Praet. 3. p. s. m. וְלֹא־נֶעְלַם דָּבָר מִשְּׁלֹמֹה, 2. Paral. 9. v. 2. *non erat ignota ulla res Salomoni.* Cum præf. וְנֶעְלַם *& occulta res fuerit.....* 3. p. s. f. cum præfix. וְנֶעֶלְמָה מֵעֵינֵי כָל־חָי, Job. 28. v. 21. *imo occulta est* (sapientia) *oculis omnis viventis.*

Ben. s. m. Eccl. 12. v. 14. *quia omne opus adducet Deus in judicium* עַל כָּל־נֶעְלָם *quod de omni occulto* (Vulg. *errato*) est futurum. Fem. s. תְּהִי נַעֲלָמָה, Nah. 3. v. 11. *eris ignorata.* Plur. m. וְעִם נַעֲלָמִים לֹא אָבוֹא, Psal. 25. Heb. 26. v. 4. Lxx. καὶ μετὰ παρανομούντων οὐ μὴ εἰσέλθω, Vulg. *cum iniqua gerentibus non introibo.* Syr. *cum refractariis legis*... Arab. *facinorosis....* Alii, *cum occulte machinantibus, peccantibus.... cum dissimulatis, dissimulantibus* (versutis, dolosis, qui frontem aperiunt, mentem tegunt) *cum ignoratis* (i. subducentibus, vel abscondentibus

Digitized by Google

tibus ſe, ὑποστελλομένοις) *non intro*, h. e. non verſor.

HIPHIL הֶעְלִים, Lxx. *κρύπτω*, *ἀποκρύπτω*, *παρακαλύπτω*, *ἀποστρέφω*, *ὑπερορῶ*, Vulg. & alii, *abdo*, *abſcondo*, *occulto*, *celo*, *averto* (oculos, conniveo) *negligo*, *contemno*....

PRAET. 3. p. ſ. m. הֶעְלִים מִמֶּנִּי, 4. Reg. 4. v. 27. *celavit*, *nec indicavit mihi*....c. 3. p. pl. c. הֶעְלִימוּ *occultant*....

BEN. ſ. m. מִי זֶה מַעְלִים עֵצָה, Job. 42. v. 3. *quis eſt iſte* (aiebas, ô Domine Deus! Job. 38. v. 2.) *qui obſcurat*, *diſſimulat*.... *conſilium* (divinum ſcilicet, ſive providentiam) *temere?* Cocc. Quidam (ex uſu Arabico) *quis eſt iſte*, *qui ſeſe conſilii* (divini ſcil.) *conſcium facit abſque ſcientia?* Cum præfix. וּמַעְלִים עֵינָיו, Prov. 28. v. 27. *& qui avertit*, *claudit*, *abſcondit*.... *oculos ſuos*....

INFIN. הַעְלֵם *avertendo*, *claudendo*, *abſcondendo*....

FUT. 3. p. ſ. m. Deut. 28. v. 61. *etiam omnem morbum*, (*& omnem plagam*) *qui non eſt ſcriptus in libro legis hujus* יַעְלֵם יְהוָה עָלֶיךָ *diſſimulabit* (aut *ſinet* quaſi per negligentiam venire) *in te*, m. Quidam (ex uſu Arab.) *ſignabit ſuper te*; *firmam* (plagam) *reddet contra te*, *notam faciet in te*... 2. p. ſ. m. תַּעְלִים *negligis*; ex forma (-), אַל־תַּעְלֵם, Thren. 3. v. 56. *ne obtures* aurem tuam ad ſuſpirium meum. 1. p. ſ. c. אַעְלִים *occultabo*. Cum præfix. וְאַעְלִים *& occultabo*. 3. p. pl. m. אִם הַעְלֵם יַעְלִימוּ, Levit. 20. v. 4. *ſi averterint* (*connivendo ſcilicet*) *oculos*....

HITHPAEL הִתְעַלֵּם, Lxx. *ὑπεριδεῖν*, *ὑπερόπτομαι*, Vulg. & alii, (*abſcondo ipſe me*, *averto oculos*, hinc) *negligo*, *deſpicio*, *contemno*. Lxx. item, *διακόπτω incido*.

PRAET. 2. p. ſ. m. cum præf. וְהִתְעַלַּמְתָּ, Deut. 22. v. 1. *& deſpicies*.

INFIN. ex forma (-) cum præf. לְהִתְעַלֵּם *occultare te*.

FUT. 3. p. ſ. m. ex forma τῶ (-) (in (·) ob maqqaph correpti), עָלֵימוֹ יִתְעַלֶּם־שָׁלֶג, Job. 6. v. 16. *ſuper quos abſcondit ſe nix*, h. e. nix nivem tegit, in quos congeritur. 2. p. ſ. m. ex forma (-), (quod in (·) ob pauſam mutatur), Iſai. 58. v. 4. *& à carne tua* לֹא תִתְעַלָּם *non* (per ignorantiæ ſimulationem) *abduces te*; & extra pauſam, וְאַל־תִּתְעַלַּם, Pſal. 54. Heb. 55. v. 2. *nec ſubducas te* à deprecatione mea. Anthropopathia deducta à rege, qui arcet delinquentem à facie ſua, 2. Reg. 14. v. 24.

עָלַם m. Chald. Lxx. *αἰών*, Vulg. & alii, *ſeculum*, *ævum*, *æternitas*. מַלְכוּת עָלַם, Dan. 3. v. 33. vel 4. v. 3. *regnum ſeculi*.... *æternum*. Cum emphaſi, עָלְמָא *ſeculum*. Plur. formæ ſimplicis, cum præf. לְעָלְמִין *in ſæcula*. Cum emphaſi, וְעַד עָלַם עָלְמַיָּא, Dan. 7. v. 18. (ubi א poſtpoſitum eodem fungitur munere, quo apud Hebræos ה nominibus præpoſitum, vide Gram. Heb. tom. 2. p. 572. §. II.) *& uſque ad ſeculum ſeculorum*. Lxx. *ἕως αἰῶνος τῶν αἰώνων*, uſque ad ætatem, quæ complectitur omnes ætates. Cum præfix. לְעָלְמַיָּא *in ſæcula*. R. עָלַם Chald. *abſcondit*.... unde עָלַם *ſeculum*, tempus homini abſconditum, tam finitum, quam infinitum.

עֶלֶם m. Lxx. *νεανίσκος*, Vulg. & alii, *puer*, *adoleſcens*. Cum præf. & in pauſa, unde τό (·) penultimæ in (·) mutatur, הָעָלֶם *adoleſcens*, לָעָלֶם *adoleſcenti*. R. עָלַם *occultavit*..... unde עֶלֶם *adultâ ætate puer*, qui nondum in publico cœtu comparet, *μειράκιον*.

עֹלָם m. vide ſupra עוֹלָם, col. 1563.

עָלְמָא m. Chald. emphat. vide עָלַם, mox ſupra.

עַלְמָה f. Lxx. Aq. Sym. Theod. *νεᾶνις*, Aq. *ἀπόκρυφος*, Lxx. *παρθένος*, Vulg. & alii, *puella* (domi adhuc latitans) *abſcondita*, *virgo*. Aben-Eſr. ad Cant. 1. בְּתוּלָה קְטַנָּה *virgo parvula*, *innupta puella*; *κατάκλειστος*. Cum præf. הִנֵּה הָעַלְמָה הָרָה, Iſai. 7. v. 14. *Ecce virgo concipiet*.... preſsè hoc: ſimul ignara viri, ſimul concipiens erit. Verè ſignum, verè à Domino vv. 11. 12. propoſitum, Achazo eligendum; ac conſentaneè promiſſum hoc verſu 14. (quod nec Judæi negare audent) vereque petendum. Nam *pariet filium*, Immanuëlem, Dominum terræ promiſſæ, Iſai. 8. v. 8. & hîc hærent Magiſtri noſtri, Rabbini. Antiqui porrò haud adeò refraga-

Digitized by Google

bantur; unde τό שִׁילֹה *Schiló*, (Gen. 49. v. 10.) ipsi R. Qimhhi exponitur *filius ejus*, f. & *est*, inquit, *prophetia de Messia.* Quod quidam sic reddunt: שִׁילֹה *Schiló*, h. e. ex *secundis* (solis videlicet) *ipse* nasciturus; à שִׁיל *secundæ*, & affix. 3. p. f. m. (ה) ex Arabismo, pro (ו) in casu recto; uti כֻּלֹּה, Jerem. 8. v. 10. *ipse totus.* Hinc idem dicitur Genes. 3. v. 15. *semen mulieris* (solius scilicet, ut Gal. 4. v. 4. *factum ex muliere*) quo indicio patre cariturum, ex virgine nasciturum, innuitur. Ita Jerem. 31. v. 22. *nam creavit Dominus novum in terra;* nempe נְקֵבָה תְּסוֹבֵב גָּבֶר *femina circundat virum*, h. e. quæ nihil nisi femina est, non uxor, (nam si uxor, undenam novitas?) nimirùm virgo, quod est verè *novum*..... וְדֶרֶךְ גֶּבֶר בְּעַלְמָה, Prov. 30. v. 19. Lxx. καὶ ὁδοὺς ἀνδρὸς ἐν νεότητι, Vulg. Syr. & *viam viri in* (juventute) *adolescentia.* Sym. ἐν νεάνιδι, Alii, plerique, *in puella;* unde triumphant Judæi. hîc, inquiunt, scortum appellatur עַלְמָה, sed hallucinantur (aut hallucinari assimulant) nam τό עַלְמָה hîc non virginem, non puellam, non adolescentulam (nedum scortum) significat; neque enim sic accipi potest, quippe cùm statim subjiciatur, כֵּן.... *sic via est adulteræ;* τό כֵּן similitudinem significat, non identitatem; ideoque necesse est, ut hoc exemplum differat à priori. Difficultas autem inveniendi vestigii violationis sive virginis, (quæ talis esset, sed tunc esse desineret) sive adulteræ, non tantùm similis, sed eadem prorsùs est. (Vertas igitur oportet, ut comparatio esse possit); cum supra dictis, nempe, *in juventute, in adolescentia*, sive *in absconsione*, aut *secretione juvenili*... sumendo videlicet abstractum pro concreto, uti טוֹבָה femin. exponitur, *bona*, & *bonitas:* נְדִיבָה fem. *ingenua*, & *ingenuitas*.... Cæterùm ex eo, quòd hîc ageretur de puella corrupta, haud sequeretur τό שִׁילֹה de virgine, (viri ignarâ) non nasciturum.... Confer mox supra dicta.... Frustra igitur Judæi, ut probent עַלְמָה, Isai. 7. v. 14. non esse *virginem*, hunc locum jactabundè citant; ibi enim nisi עַלְמָה esset *virgo*, miraculum nullum esset.... Plur. עֲלָמוֹת אֲהֵבוּךָ, Cant. 1. v. 3. *hinc virgines diligunt te*, ô Christe. Cum præf. וַעֲלָמוֹת & *virgines.* Rad. עָלַם *abscondit*.... unde עַלְמָה *virgo*, q. d. *abscondita*, h. e. *non cognita*, ut *abscondi* valet *non cognosci.* Nulla vox Hebræa certiùs virginem significat.... *Linguâ quoque punicâ*, (inquit S. Hieronymus) *quæ de Hebræorum fontibus ducitur, propriè virgo* עַלְמָה *appellatur. Et quantum cum mea pugno memoria, nunquam me arbitror*, עַלְמָה *de muliere nupta legisse*.... ergo non de scorto....

עַלְמוֹן Mass. & Vulg. *Almón*, nom. proprium urbis (quæ 1 Paral. 6. v. 60. dicitur עָלֶמֶת *Allémeth*, Vulg. *Almath*) in Tribu Benjamin, Jos. 21. v. 18. Etym. *junior*, (formæ scilicet רִאשׁוֹן *prior*, אַחֲרוֹן *posterior*) à עֶלֶם *juvenis.*

עַלְמֹן דִּבְלָתָיְמָה Mass. *Almón divlathâimah*, Vulg. *Helmondeblathaim*, nom. proprium loci, ubi *castrametati sunt* filii Israël, Num. 33. v. 47. *Almón diblathâim* creditur (inquit Had. Reland. Palæsth. p. 287.) esse *Almón* prope *diblathâim*, civitatem in terra Moab, Jerem. 48. v. 22. Pro etymo τοῦ *Almon*, vide עַלְמוֹן, mox sup. & דִּבְלָתַיִם, col. 375.

עַל־מוּת, unde עַל־מוּת לַבֵּן, Psal. 9. v. 1. Lxx. ὑπὲρ τῶν κρυφίων τοῦ υἱοῦ *de occultis filii;* legebant (unâ voce) עֲלֻמוֹת. Aq. νεανιότητος τοῦ υἱοῦ *juvenilitatis*, vel *juventutis filii.* Sym. περὶ θανάτου τοῦ υἱοῦ *de morte filii.* Theod. & V^a. editio, ὑπὲρ ἀκμῆς τοῦ υἱοῦ *de florida ætate filii;* legebant (ut & alii nonnulli) עֲלֻמוֹת (unâ voce) pro עַלְמוּת, Chald. idem. S. Hieronymus, *super morte filii*.... Variant & recentiores. Aliis enim עַל־מוּת לַבֵּן *al-mouth labbén;* sunt voces ad musicam pertinentes. Aliis מוּת לַבֵּן *mouth labbén*, nomen est instrumenti musici; Aliis est initium cantilenæ, ad cujus modos hic psalmus decantatus fuit. Aben-Esræ לַבֵּן *labbén* est nomen viri *cantoris.* R. Obad. *regis.* בֵּן *bén*, ut nomen propr. cantoris cujusdam legitur 1. Paral. 15. v.

Digitized by Google

18.... unde hic sensus: עַל־מוּת לַבֵּן, h. e. *ad* modos cantilenæ, quæ sic incipit: *Mouth labben*, vel *super morte τῦ labben* (aut *ben*) cantoris, sive regis.... Quidam, (τό לַבֵּן *labben* sic dividendo, ac legendo: לֵב, בֵּן, *bén, lév*) *super morte cordis filii*, τῦ Absalom scil. vel *filii*, i. συνεκδοχικῶς, *viri*, nempe, Saülis, ut ex sequentibus videtur.... sicque à עַל *super*, מוּת *mors*, לֵב *cor*, & בֵּן *filius*.

עָלֶמֶת, & in pausa עָלָמֶת, Mass. *Alémeth*, vel in pausa, *Alámeth*, Vulg. *Alamath*, & *Almath*, nomen propr. 1°. filii τῦ Bechor, filii τῦ Benjamin, filii τῦ Jacob, 1. Paral. 7. v. 8. 2°. filii τῦ Joada, filii τῦ Ahaz, filii τῦ Micha, ibid. cap. 8. v. 35. 3°. filii τῦ Jara, filii τῦ Ahaz, filii τῦ Micha. Etym. *occultatio, virginitas, adolescentia, juventus*, à עָלַם Hebr. *abscondit*. Syr. *juvenis factus est*.

עַלֶּמֶת Mass. *Allémeth*, Vulg. *Almath*, nom. proprium urbis, 1. Paral. 6. v. 60. Etym. idem, ac præced.

עלס QAL, unde 3. p. s. m. Fut. וְלֹא יַעֲלֹס, Job. 20. v. 18. Lxx. adjective, ἀκατάποτος *haud deglutiendus*, ex usu videlicet Arabico. Vulg. paraphrasticωs, *non sustinebit*. Alii, *haud exsultabit*....

NIPHAL נֶעֱלַס, unde Ben. s. f. כְּנַף־רְנָנִים נֶעֱלָסָה, Job. 39. v. 13. Lxx. πτέρυξ τερπομένων νεέλασα, Alex. νεέλασα, (voce Hebraïcâ retentâ), *penna lætantium neelassa*, Alex. *neelasa*. Aq. πτερύγιον αἰνούντων συναπτόμενον *alam laudantium*, vel *canentium* (legebat uti & Lxx. רְנָנִים) *simul complicat*. Sym. πτερὸν ἀγλαϊσμοῦ περιφύεται *ala*, vel *penna exsultationis*, sive *nitoris* (h. e. *nitida*) *circumnascitur*. Vulg. paraphrasticωs, *penna struthionis similis est*.... Variant recentiores. Alii appellative ut supra. Alii, *ala*, sive *penna pavonum*, quæ *exsultat*, h. e. quæ eos exsultare, superbire facit, unde Ovidius, lib. 1. de Arte.

Laudatas ostendit avis Junonia pennas:
Si tacitus spectes, illa recondit opes.

Vel quæ *explicatur*, *expanditur*. Alii, *ala struthionum* (feminarum scilicet) quâ quæque *exsultat*, *lætatur*.... *Alis* enim *exsultare* struthiones rectè dicuntur, cum eorum alacritas ex alis tota pendeat. Quamvis enim ad volatum sint iis inutiles, tamen currentes mire juvant, & sunt tanquam vela in navi.... Vide Bochart. de anim. script. lib. 11. cap. 16.

HITHPAEL הִתְעַלֵּס, unde 1. p. plur. c. Fut. cum ה parag. נִתְעַלְּסָה, Prov. 7. v. 18. Lxx. ἐγκυλισθῶμεν *volutemur*. Aq. Theod. *circumplicemur*. Vulg. *fruamur*. Alii, *exsultemus*, *exhilaremus nos*....

עלע QAL, unde PIEL עִלַּע, ex quo 3. p. plur. m. Fut. יְעַלְעוּ־דָם, Job. 39. v. 30. vel 33. Lxx. φύρονται ἐν αἵματι *conspergentur sanguine*. Aq. ἐστομωμένοι (αἵματι) *habentes os sanguine plenum*. Sym. καταπροπόσουσιν αἷμα *absorbent sanguinem*. Vulg. *lambent sanguinem*. Alii, *bibunt* (pulli aquilæ) non aquam, sed *sanguinem*. Plerique ad לוּעַ *absorbeo*.... referunt (τό יְעַלְעוּ), unde in POEL esset יְלוֹעֲעוּ, sed ad vitandum concursum gemini ע dicitur per metathesin, in forma perfecta, יְעַלְעוּ.

עִלְעִין plur. Chald. unde וּתְלָת עִלְעִין בְּפֻמַּהּ, Dan. 7. v. 5. Lxx. καὶ τρεῖς πλευραὶ ἐν τῷ στόματι αὐτῆς *& tres costæ in ore ejus* bestiæ. Vulg. & alii, *& tres ordines erant in ore ejus*, ut in dentibus ursi. R. עָלַע Heb. *absorbuit*....

עלף QAL. Samaritanis, *obtego* (hinc per aphæresin, ac metathesin, Lat.) *velo* faciem, præ mœrore scilicet.

PIEL עִלֵּף *tego*.... unde PUAL עֻלַּף, Lxx. ἀπορεύομαι, Vulg. & alii, *ad angustias detrusus*, *projectus inexplicabiles hæsito*, *animo deficio*.... Sym. contra, πορεύομαι eo, *proficiscor*; propriè, *tegor*, *contegor*, *obtegor*....

Præt. 3. p. pl. c. בָּנַיִךְ עֻלְּפוּ, Isai. 51. v. 20. *filii tui deliquium animi patiuntur*; quasi cooperti tenebris.

Ben. s. f. ex terminatione ה præced. duplici (·), שֵׁן מְעֻלֶּפֶת סַפִּירִים, Cant. 5. v. 14. Lxx. ἐλεφάντινον ἐπὶ λίθου σαπφείρου.... *eburnea super lapidem sapphiron*. Vulg. *eburneus*, *distinctus sapphiris*. Alii, *eboris cooperti sapphiris*.

HITH

Digitized by Google

HITHPAEL הִתְעַלֵּף, Lxx. καλλωπίζομαι, ὀλιγοψυχέω, ἐκλείπω, Vulg. & alii, ex usu Arabico, (unde & Paraph. Chald. אִתְעַטַּף) *orno* (item, *tego*, *obtego*, *involvo*) *ipse me*, *animo frangor*, *deficio*, *deliquium patior* præ mœrore, dolore, calore, unde Vulg. *æstuo*.

Fut. 3. p. s. m. cum præf. ex forma (-), quod in (-) ob pausam mutatur, וַיִּתְעַלָּף *& languit*. 3. p. s. f. cum præfix. ex forma quoque (-) quod in (-) mutatur propter pausam, וַתִּתְעַלָּף *& involvit se*. 3. p. plur. f. ex forma etiam (-), תִּתְעַלַּפְנָה *animam despondent* præ siti.

עֻלְפֶּה m. unde וְכָל־עֲצֵי הַשָּׂדֶה עָלָיו עֻלְפֶּה, Ezech. 31. v. 15. Lxx. Verbaliter, πάντα τὰ ξύλα τῦ πεδίυ ἐπ' αὐτῷ ἐξελύθησαν *omnia ligna campi propter eum defecerunt*. Vulg. *& omnia ligna agri concussa sunt*. Alii, *& omnibus arboribus agri*, (h. e. omnibus circum principibus) *propter eam* (cedrum, i. e. regem Assyriæ, Sennecheribum) fuit *defectio*, *deliquium animi*; omnia per prosopopœiam, & hyperbolen. R. עָלַף *animo defecit*, unde, ex Pual עֻלַּף videlicet, cum forma mascul. ה, (quasi à Verbo quiesc. Lamédh ה, עֻלְפֶּה, vel pro fem. ה), עֻלְפָּה *deliquium animi*.

עלץ QAL. Lxx. ἀγαλλιάομαι, Aq. Sym. χαυνιάω, Lxx. καυχάομαι, καταγελάω, κατορθόω, στερεόομαι... Vulg. & alii, *exsulto*, *præ gaudio gestio*, *glorior*, *efferor*, *derideo*.... Item, *felici successu rem gero*, *firmor*.... Hinc Gr. per aphæresin, λάσθη, λασθαίνω.

Praet. 3. p. s. m. עָלַץ לִבִּי, 1. Reg. 2. v. 1. *exsultat cor meum* in Domino.

Infin. cum præf. בַּעֲלֹץ צַדִּיקִים, Prov. 28. v. 12. *quum exsultant justi*.... Lxx. διὰ βοήθειαν δικαίων.... *per auxilium justorum*.

Fut. 3. p. s. m. יַעֲלֹץ *exsultabit*. 3. p. s. f. תַּעֲלֹץ *lætatur*, *roboratur*, *instauratur*.... 1. p. s. c. cum præfix. & ה parag. וְאֶעֶלְצָה *exsultabo*. 3. p. plur. m. יַעְלְצוּ *glorientur*, *insultent*, *irrideant*.... Cum præf. וַיַּעַלְצוּ *& exsultant*.

עם עַם, עָם, c. sæpius mascul. Lxx. Aq. Sym. Theod. λαός, Lxx. Sym. ἔθνος, Lxx. γένος, φυλή, ὄχλος, Lxx. Aq. πλῆθος, Lxx. συναγωγή.... Vulg. & alii, *populus*, *gens*, *genus*, *generatio*, *turba*, *multitudo*, *congregatio*..... Dicitur de multitudine etiam animalium, & insectorum, ut de locustis, de formicis, de cuniculis.... Lxx. item, γῆ *terra*, νῆσος *insula*, ὄρος *mons*, πόλις *urbs*, τόπος *locus*, αὐτόχθων *indigena*, ἄλσος *lucus*, ναός *templum*, κύριος *Dominus*, ἡγέμων *dux*, δύναμις *potentia*, νόμος *lex*, παῖς *puer*, δοῦλος *servus*, ἄλλος *alius*, ἄνθρωπος *homo*, ἀνήρ *vir*, πᾶς *omnis*, ἀεὶ *semper*, ἀδελφός *frater*, μετά, σύν *cum*, legebant עִם idem. In hisce phrasibus: עַם מִלְחָמָה; עַם צָבָא בֶּן־עַם πολίτης *civis*, λαός, ἀνὴρ πολεμιστής *populus*, *vir bellator*, אֵי־מִזֶּה עַם אַתָּה *ex quo populo es?* עַם עוֹלָם *populum mundi*, sive *homines in mundo*.... Ezech. 26. v. 20. *& faciam te descendere*.... אֶל־עַם עוֹלָם *ad populum sæculi*, i. *ad manes*, *quibus nox una perpetua* (ad diem scilicet ultimi usque judicii) *dormitur*.... Deut. 32. v. 21. per לֹא־עָם *non populum eos ad æmulationem provocabo*. Cum præf. וְעַם, & in pausa וָעָם, *& populus*, הָעָם *populus*, וְהָעָם *& populus*, לָעָם *populo*, מֵהָעָם *de populo*, בָּעָם, בְּעַם, *cum*, *in populo*, *populum*... וּבְעַם *& cum populo*, כְּעַם, כָּעָם *sicut populus*, לְעַם, לָעָם *populo*, *in populum*, וּלְעַם *& populo*, מֵעַם, מֵעָם *de*, *è populo*, וּמֵעַם *& de populo*. Cum affix. עַמּוֹ *populus ejus*, m. Cum præf. & affix. וְעַמּוֹ *& populus ejus*, m. בְּעַמּוֹ *in populo ejus*, *suo*, m. לְעַמּוֹ *populo suo*, m. וּמֵעַמּוֹ *& à populo suo*, m. עַמָּהּ *populi ejus*, *sui*, *populum suum*, f. וְעַמָּהּ *& populum ejus*, f. עַמְּךָ, & in pausa עַמֶּךָ *populus tuus*, m. וְעַמְּךָ, & in pausa וְעַמֶּךָ *& populus tuus*, m. בְּעַמְּךָ, & in pausa בְּעַמֶּךָ *in populum tuum*, m..... וּבְעַמְּךָ, & in pausa וּבְעַמֶּךָ *& in populum tuum*, m. כְּעַמְּךָ, & in pausa כְּעַמֶּךָ *sicut populus tuus*, m. וּכְעַמְּךָ *& sicut populus tuus*, m. לְעַמְּךָ, & in pausa לְעַמֶּךָ *populo tuo*, *ad populum tuum*, m. וּלְעַמְּךָ *& populo tuo*, m. מֵעַמְּךָ *è populo tuo*, m. וּמֵעַמֶּךָ (in pausa) *& à populo tuo*, m. עַמֵּךְ *populus tuus*, f. וְעַמֵּךְ *& populus tuus*, f. לְעַמֵּךְ *ad populum tuum*, f. עַמִּי *populus meus*, c. וְעַמִּי *& populus meus*,

c. בְּעַמִּי *in populo, in populum meum*, c. כְּעַמִּי *ſicut populus meus*, c. לְעַמִּי *populo meo, ad populum meum*, c. וּמֵעַמִּי *& à populo meo*, c. עַמּוֹ *populi ſui* (eorum) *populum ſuum*, m. עַמֵּנוּ *populus noſter*, c. Plur. עַמִּים *populi*. Cum præf. בָּעַמִּים *& populi*, הָעַמִּים *populi*, בָּעַמִּים *in populis, populos*, כָּעַמִּים *ſicut populi*, מֵעַמִּים *ex populis*, וּמֵעַמִּים *& ex populis*. Conſtr. עַמֵּי *populi*. Cum præf. וְעַמֵּי *& populi*, בְּעַמֵּי *cum populis*, כְּעַמֵּי *ſicut populi*, לְעַמֵּי *populis*, מֵעַמֵּי *e, à populis*. Cum affix. עַמָּיו *populos* (*ejus*) *ſuos, populorum ſuorum*, m. Cum præf. & affix. בְּעַמָּיו *in populis ſuis*, m. מֵעַמָּיו *è populis ſuis*, m. עַמֶּיהָ *populorum* (ejus) *ſuorum*, f. מֵעַמֶּיהָ *è populis ſuis*, f. עַמָּיִךְ *populi tui*, m. בְּעַמֶּיךָ *in populis tuis*, m. Et duplici מ, (quod erat per dagh. in unum contractum) in gemina reſoluto, cum præf. הָעֲמָמִים *& populos*. Conſtr. עַמְמֵי *populos*. Cum præf. & affix. בַּעֲמָמֶיהָ *in populis tuis*, m. R. עמם Arabibus, *communis fio, communem* (rem) *facio, communico, communiter* (multis) *præſto* .... unde עַם *multitudo conſociata, populus* ....

עַם m. Chald. Lxx. Aq. Sym. Theod. λαός .... Vulg. & alii, *populus* .... vide in Hebræo mox ſupra. Eſt Rabbinis, קִבּוּץ מְיוּחָד לְרֹאשׁ מְיוּחָד *collectio peculiaris ad peculiare caput*. Metaphoricè dicitur etiam de locuſtis, formicis, & cuniculis, ut Hebraïcè. Cum præf. וְעַם *& populus*, לְעַם *populo*. Cum א emphatico, ſive artic. עַמָּא, Hebr. הָעָם, ὁ λαός *iſte populus*. Cum ה loco א, (vide Gram. Heb. t. 2. p. 572.) quod & in quibuſdam edit. ſcribitur, עַמָּה *populo*, Eſdr. 7. v. 13. & cum præfix. & mappiq in ה anomalo, vel fortè mendoſo, וְעַמָּהּ *& populum*. Plur. emphaticè, dagh. in duplex מ reſoluto, עַמְמַיָּא *populi*. Radix eadem ac vocis Hebraicæ præced.

עִם Præpoſitio, Lxx. σύν, Vulg. & alii, (Latinè) *cum, unà, ſimul*, (Gr. ἅμα), *pariter, contra, juxta, ſecundùm, prope, apud* .... Item, *etiam, vel* .... עִם־יְפֵה, 1. Reg. 16. v. 12. *etiam, vel pulcher* .... Gallicè, *avec cela* (*même*) *beau* .... Dufour, Op. Gram. p. 233. Ellipſis casûs præpoſitionis. עִם־שָׁמֶשׁ, Pſal. 71. Heb. 72. v. 5. *cum ſole*, quandiu erit ſol. Deut. 15. v. 9. *cave ne ſit verbum*, עִם־לְבָבְךָ בְלִיַּעַל *cum corde nequam*. Nota, *impietatem* vocari, quæ avaris *prudentia* eſt. עִם־שְׁכֶם, Gen. 35. v. 4. *apud, prope, juxta* .... *Sichem*. 1. Reg. 2. v. 26. *Subinde puer Samuel & melior, & gratior evadebat* גַּם עִם־יְהוָה וְגַם עִם־אֲנָשִׁים *tum apud Deum, tum apud homines*. Ea conjunxit Samuel, quæ difficillimè conjunguntur, ut & Deo placeret, & hominibus. Cum præf. מֵעִם *ab, ex, de* (cum) Gallicè, *d'avec*. Cum affix. עִמּוֹ *cum ipſo*, עִמָּהּ *apud eam, apud ſe*, וְאֶהְיֶה עִמְּךָ, Gen. 26. v. 3. *& ero tecum*. In pauſa, unde (·) cum (:) præced. ſedem commutat, Pſal. 72. Heb. 73. v. 21. .... *exacerbabatur enim cor meum; renibuſque meis cruciabar*. (Ex felicitate ſcilicet impiorum.) *Sed ſtultus ego, qui non ſentirem quòd* בְּהֵמוֹת הָיִיתִי עִמָּךְ׃ וַאֲנִי תָמִיד עִמָּךְ *in murmurationibus* (querulis) *eſſem contra te. Semper tamen pro te, ſive à te ego* (ſteti, non deſcivi unquam,) *quis manu tenebas dexteram* .... ה quod in fine ſubintelligebatur, expreſſo, vide Gram. Heb. t. 1. p. 126. c. 1. הַנִּצֶּבֶת עִמְּכָה, 1. Reg. 1. v. 26. *quæ ſtabat tecum*, coram te, m. & cum metatheſi (·) ac (·) penultimæ ob pauſam, vide eand. Gram. ibid. p. 81. c. 1. וּבָא יְהוָה אֱלֹהַי כָּל־קְדֹשִׁים עִמָּךְ, Zach. 14. v. 5. *& veniet* (Chald. וְיִתְגְּלֵי *& revelabitur*) *Dominus* (*Jehováh*) *Deus meus* (ô Chriſte!) *omnes ſancti tecum*, maſc. (errat ergo Cocceius ....) Enallage perſonæ, atque apoſtrophe ad Chriſtum, ad judicium ſcilicet extremum venturum. עִמָּךְ (Roberti.) *tecum*, f. עִמִּי *mecum*, c. Cum præf. & affix. מֵעִמּוֹ *ab eo*, ad verbum, *de cum, de apud* .... Gallicè, *d'avec, d'auprès de luy*. מֵעִמִּי *de apud me*, c. Gallicè, *d'auprès de moy*. עִמָּם *cum iis*, m. עִמָּכֶם *vobiſcum*, m. עִמָּנוּ *nobiſcum*, c. לֵךְ מֵעִמָּנוּ, Gen. 26. v. 16. *recede de juxta nos*, c. Gallicè, *d'auprès de nous* .... R. עמם Arabibus, *communis fio, communico* ..... unde עִם *cum* .... particula communionem indicans.

עִם Chald. præpoſitio, *cum* .... Cum præf.

Digitized by Google

ועם *& cum.* Cum aff. עמו *cum eo,* עמך *tecum,* m. עמי *mecum*, c. Cum præf. & aff. ועמהן *& cum eis*, m. R. eadem ac vocis præced.

עמד QAL. Lxx. Aq. Sym. Theod. *ἵστημι*, (Lxx. *στηλόω*) *ὀρθόω*, *παρίστημι*, *παρίσταμαι*, Lxx. *ἀνθίστημι*, *ἐξίστημι*, *συνίστημι*, *ὑφίστημι*, *μένω*, *διαμένω*, *παραμένω*, *ἀφίστημι*, *ἀφίσταμαι* .... Vulg. & alii, *ſto*, (ut Miniſtri adſtant dominis, Deut. 1. v. 38. unde Angeli ſtantes dicuntur) (activè) *ſtare*, *adſtare facio*, *ſiſto*, *ſtatuo*, *erigo* (*ædifico*, Græcè per metatheſin, *δίω*) *adſto*, (activè, *adverſarium ſtatuo*) *reſiſto*, *inſiſto*, *inſto*, *perſto*, *conſto*, (activè, *conſtituo*) *conſiſto*, *ſubſiſto*, *maneo*, *permaneo*; (activè, *abſiſtere facio*, *abduco*) *abſiſto*, *deſiſto*, *ceſſo*, *deſino*, (*ſileo*, *taceo*) .... Lxx. item, *εἰμί*, *γίνομαι ſum*, *fio*, *κτίζω creo*, *ἀνίστημι ſurgo*, *erigo*, *ἐπανίστημι inſurgo*, *ἥκω venio*, *διέρχομαι pervenio*, *παραπορεύομαι prætereo*, *ἀναβαίνω aſcendo*, *παρακαλέω advoco*, *γρηγορέω vigilo*, *νέμω paſco* .... Conſtruitur abſolutè, & cum præpoſitionibus על, ב, אל, לפני ....

PRAET. 3. p. ſ. m. כי מי עמד בסוד יהוה Jerem. 23. v. 18. *quis enim* (præter nos) *ſtetit in ſecreto Dei?* עמד טעמו בו, ibid. cap. 48. v. 11. (idcirco) *manet*, *ſtat*, *durat guſtus* (vel) *ſapor ejus in eo*, עמד כל־העם, 2. Reg. 20. v. 12. *ſubſiſtebat omnis populus*; in pauſa, unde (-) in (·) mutatur, עמד *ſtetit.* Cum præf. ועמד מלך גבור, Dan. 11. v. 3. *& ſtabit rex fortis*, hoſtibus ſuperior erit; in pauſa, quare (·) loco τῶ (-) ſub מ, ועמד *& ſtaret.* 3. p. ſ. f. עמדה *ſubſtitit*, deſtitit. Cum præf. ועמדה *& ſtet.* 2. p. ſ. m. עמדת *ſtetiſti.* Cum præf. ועמדת *& ſta.* 1. p. ſ. c. אשר־עמדתי לפניו, 3. Reg. 17. v. 1. *in cujus conſpectu ſto*, h. e. cujus miniſter factus ſum. Cum præf. ועמדתי *& aſſiſtam.* 3. p. plur. c. כי עמדו לא־ענו עוד, Job. 32. v. 16. *ſubſiſtebant enim* (hærebant, tacebant ....) *nec reſpondebant amplius*; & in pauſa, unde (-) primariæ vocis revocatum in (·) ſub מ mutatur, כמו יחדיו לא עמדו, Jerem. 46. v. 21. *fugerunt pariter*, *non ſubſtiterunt.* Job. 29. v. 8. *& ſenes* קמו עמדו *ſurgebant*, *ſtabant.* Cum præf. ועמדו *& ſiſtent ſe*, *ſubſtiterunt*, *ſtabunt* ... 2. p. pl. m. עמדתם על־חרבכם, Ezech. 33. v. 26. *ſtetiſtis ſuper gladio veſtro*, m. h. e. confiſi, vel innixi eſtis *gladio veſtro*, more eorum, qui parati ſunt effundere ſanguinem. Cum præf. ועמדתם *& ſtabitis.* 1. p. plur. c. cum præf. ועמדנו תחתינו, 1. Reg. 14. v. 9. *ſtemus nobis*, *ſubtus*, in loco noſtro, ſuſtineamus.

BEN. ſ. m. עומד *ſtans*, ſine (ו), ושמואל עמד נצב עליהם, 1. Reg. 19. v. 20. *& Samuel ſtabat* (adſtabat, inſtabat ....) *præfectus illis.* Cum præfix. ועמד *& ſtabat*, העמד על־בני עמך, Dan. 12. v. 1. *qui præeſt filiis populi tui*, m. vel *qui pro* illis *ſtat*, favet .... Plur. m. עמדים *ſtantes*, *ſtabant* .... Cum præf. ועמדים *& ſtantes*; ſic legerunt Buxtorf. Robertſ. ... pro ועמדים *& columnæ*, Ezech. 40. v. 49. הם העמדים על־הפקדים, Num. 7. v. 2. *hi ſunt*, *qui præerant cenſis*, vel *cenſendis.* Lxx. *οἱ παρεστηκότες ἐπὶ τῆς ἐπισκοπῆς*, שעמדים *qui ſtatis.* Fem. ſ. ex terminatione ת præced. duplici (·), עמדת, עומדת *ſtans*; in pauſa, unde (·) penultimæ in (·) mutatur, והארץ לעולם עמדת, Eccl. 1. v. 4. *& terra in ſæculum* (ad diem ſcilicet uſque præfinitum) *ſtat*, in ſuo videlicet ordine, diſpoſitione .... dum fluvii currunt; dum mare fluit, ac refluit; fundata ſupra mare, fluvioſque manet. Plur. f. עמדות *ſtantes.* Cum præfix. העמדות *quæ adſtabant.* Joſ. 11. v. 13. *urbes* העמדות על־תלם, Lxx. *τὰς κεχωματισμένας aggeratas.* Aq. *ἑστηκυίας ſtantes.* Sym. *ἱδρυμένας firmatas.* Theod. *ὀχυράς* (Alii) *munitas aggere ſuo*, munitione. Vulg. *quæ erant in collibus*, *& tumulis ſitæ.* Legebat in plurali תלים (per defectum ſcilicet τῶ (י) pro תלם.

INFIN. עמד *ſtare*, ex forma abſoluta, עמד *ſtando.* Lxx. ſubſtantivè, *στάσις ſtatio*, *στῦλος columna*; legebant עמוד idem. Cum præf. ועמד על־נפשם, Eſth. 9. v. 16. *nempe*, *reſiſtendo pro vita ſua* tutanda .... Lxx. *καὶ ἑαυτοῖς ἐβοήθουν*, לעמד & לעמוד, *ſtare*, *ad ſtandum* ... העמד *& ſtare* ... Cum affix. quare (ו) corripitur in (· hhatoúph) cujus cum (·) præced. fit metatheſis, vide Gram.

Heb. tom. 1. p. 351. c. 1. עַד־עָמְדוֹ, Num. 35. v. 12. *usque dum steterit* ille coram cœtu. Cum præf. & affix. בְּעָמְדוֹ *in stare illum*, h. e. *quando stetit ille*.... וּבְעָמְדוֹ *& cum steterit ille*.... לַעֲמֹדָה *ad standum*, sive *ut staret eâ* lege, vel *eo* pacto. עָמְדֶךָ, (Dan. 10. v. 11. ubi (ָ) loco τῦ (ְ) sub ד ob pausam;) *stare tuo*, m. sive *statione tuâ*, *statu tuo*. Ex forma τῦ (ְ) in penultima, ipso in (ְ) mutato, & τοῦ hhólem in (ֳ hhatoúph) correpto, עָמְדְךָ *stare te*, h. e. *quum stares tu*, m. Abd. v. 11. ubi codices haud pauci, vel accuratissimi, habent méthegh post (ָ), sic עָֽמְדְךָ; at vel τὸ méthegh perperam ibi collocatur, vel non impedit quominus τὸ (ָ) pro (ֳ hhatoúph) habeatur, vide Gram. Heb. t. 1. p. 351. c. 1. עָמְדִי *stare meum*, c. tempus, aut locus, in quo *stabam*, עָמְדָם *stare eorum*, h. e. *statione suâ*, *ordine suo*, בְּעָמְדָם *quum starent ipsa* animalia, וּבְעָמְדָם *quumque starent ipsa* animalia.

Imper. 2. p. s. m. עֲמֹד *sta*, *consiste*. Cum præf. וַעֲמֹד עַל־ עָמְדֶךָ, Dan. 10. v. 11. *erigere*, *sta*, *in statu tuo*, m. τοῦ hhólem ob maqqaph in (ֳ hhatoúph) correpto, עֲמָד־נָא עָלַי וּמֹתְתֵנִי, 2. Reg. 1. v. 9. pereunti *mihi insta*, *obsecro*, (Gallicè, *Achevemoy*, *je te prie*;) *emoriar tandem*, *facito*. 2. p. s. f. עִמְדִי *sta*. 2. p. pl. m. עִמְדוּ, & in pausa, unde hhólem primariæ vocis loco τῦ (ְ) reducitur, עֲמֹדוּ *state*, *consistite*.... Cum præf. וְעִמְדוּ *& assistite*.

Fut. 3. p. s. m. יַעֲמֹד, יַעֲמוֹד, ac τοῦ hhól. in (ֳ hhatoúph) ob maqqaph correpto, יַעֲמָד־ *stabit*. Cum præf. הֲיַעֲמֹד *an perstabit?* וְיַעֲמֹד *& stat*, *stabit*.... וַיַּעֲמוֹד & וַיַּעֲמֹד, *& stetit*, *constitit*, *substitit*.... 3. p. s. f. תַּעֲמֹד *stabit*. Cum præf. וַתַּעֲמֹד *& stetit*, *substitit*.... 2. p. s. m. תַּעֲמֹד *stabis*, *consistes*.... & cum præf. וְתַעֲמֹד *& stabis*. 1. p. s. c. cum præf. וָאֶעֱמֹד *& institi*.... Cum ה paragog. servato ob pausam τοῦ hhólem, אֶעֱמֹדָה *stabo*. 3. p. pl. m. יַעַמְדוּ, & in pausa, quare τὸ hhólem primariæ vocis revocatur, יַעֲמֹדוּ *stabunt*. Cum præf. וְיַעַמְדוּ *& stabunt*, וַיַּעַמְדוּ *& steterunt*; in pausa, unde motio primaria in penultima, וַיַּעֲמֹדוּ *& substiterunt*, הֲתַעֲמֹדְנָה *num constent*, *sint constitura* verba...? 3. p. plur. f. cum præf. וַתַּעֲמֹדְנָה *& stabant*. Ex forma composita ex hac persona feminina, & eâdem masculinâ, (vel cum (י) loco τῦ ת ab initio) יַעֲמֹדְנָה, Dan. 8. v. 22. *stabunt*, pro תַּעֲמֹדְנָה; refertur enim ad מַלְכֻיוֹת *regna*, femin. generis. Est autem vox illa una è tribus, quas Massorethæ אַנְדְּרוֹגִינוֹס *androgynos* appellant, à voce Græca ἀνδρόγυνος *utriusque sexûs*, *utrumque sexum habens*, vide Gram. Heb. t. 1. pag. 169. c. 1. 2. p. plur. m. in pausa, quare τὸ hhólem primariæ vocis revocatur, תַּעֲמֹדוּ *consistetis*, *stabitis*. Cum præf. & ו parag. וַתַּעַמְדוּן *& stetistis*. 1. p. plur. c. נַעֲמֹד *stabimus*. Cum ה parag. נַעַמְדָה *consistamus unà*....

HIPHIL הֶעֱמִיד, Lxx. ἀνίστημι, ποιέω, ἵστημι, καθίστημι, παρίστημι, τίθημι.... Vulg. & alii, *surgere*, *superesse*, *stare*, *subsistere*, *permanere*.... *facio*, *confirmo*, *stabilio*, *sisto*, *statuo*, *constituo*, *instituo*, *restituo*, *ordino*, *colloco*, *distineo*.... Lxx. δίδωμι *do*, παρέχω *exhibeo*, ἄγω *duco*, στεγάζω *tego*, συνθλάω *confringo*....

Praet. 3. p. s. m. הֶעֱמִיד *stare fecit*, *stitit*, *statuit*, *constituit*. Cum præf. וְהֶעֱמִיד הָמוֹן רַב, Dan. 11. v. 11. *& stare faciet*, vel *statuet*, *opponet*, (producet in aciem) *turbam magnam*. Cum præf. & aff. וְהֶעֱמִידוֹ *& sistet eum*. Cum τοῦ (ִ) in penultima, absque (י) comite, וְהֶעֱמִדָהּ *& sistet eam*. 2. p. s. m. הֶעֱמַדְתָּ בַמֶּרְחָב רַגְלָי, Psal. 30. Heb. 31. v. 9. *fecisti ut starent pedes mei in lato*; ut scilicet mihi pateret fugiendi locus; τοῦ ה expresso, (quod in fine subintelligebatur, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 182. c. 2.) הֶעֱמַדְתָּה *constitueras*. Cum præfix. וְהֶעֱמַדְתָּ *& sistes eum*.... 1. p. s. c. הֶעֱמַדְתִּי *constitui*. Cum affix. הֶעֱמַדְתִּיךָ, Exod. 9. v. 16. Lxx. διετηρήθης *conservatus es*; legebant (in 2. p. s. m. τῦ Hophal) הָעֳמַדְתָּ, Vulg. *posui te*, m. Alii, *sustinui te*, *stare te feci*, h. e. *superstitem esse*.... τὸ *stare* sæpe indicat constitutionem, seu exsistentiam rei. Cum præf. & aff. וְהַעֲמַדְתִּיהוּ *& constituam eum*. 1. p. pl. c. cum præf. וְהֶעֱמַדְנוּ עָלֵינוּ מִצְוֹת, Nehem. 10. v. 33. *statuemus*

Digitized by Google

super nos præcepta, legem faciemus.

Ben. f. m. 2. Paral. 18. v. 34. & *rex Israël* הָיָה מַעֲמִיד בַּמֶּרְכָּבָה *stare se faciebat*, h. e. *tenebat se rectum in curru*, nempe, dissimulabat vulnus, ne sui desponderent animos, si regem vulneratum, aut discedentem rescirent.

Infin. ex forma (-) cum præf. & (י) τῷ e aut τῷ (-) indice, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 184. c. 1. וְהַעֲמִיד & *stando* .... לְהַעֲמִיד חָזוֹן, Dan. 11. v. 14. *ad stare faciendam visionem*, ad oraculum eventu comprobandum. Vulg. *ut impleant visionem.* וּלְהַעֲמִיד אֶת־יְרוּשָׁלָם, 3. Reg. 15. v. 4. *ad conservandam* (in statu suo) *Hierosolymam.* Cum præf. & aff. לְהַעֲמִידוֹ *ad stabiliendum eum*, וְהַעֲמִידָהּ & *statuendo eam.*

Imper. 2. p. f. m. ex forma (-), הַעֲמֵד *constitue.*

Fut. 3. p. f. m. יַעֲמִיד *stabiliet.* Cum præf. וַיַּעֲמִיד & *statuit*; ex forma (-), וַיַּעֲמֵד & *stitit, statuit, constituit*; τοῦ (-) in (·) ob maqqaph correpto, וַיַּעֲמֶד־ & *statuit.* Cum affix. יַעֲמִידֵנִי *statuet me*, c. Cum præf. & affix. deficiente τοῦ (י) τῷ (·) comite, וַיַּעֲמִדֵהוּ & *statuit eum*, וַיַּעֲמִידֶהָ & *stabilivit* (*eam*) *illud*, וַיַּעֲמִידֵנִי & *statuit me*, c. וַיַּעֲמִידֵם & *constituit eos.* 3. p. f. f. cum præf. & affix. absque (י) τῷ hhiriq gadhól indice, וַתַּעֲמִדֵנִי & *statuit me*, c. 1. p. f. c. cum præf. וָאַעֲמִיד, & (ה) parag. וָאַעֲמִידָה & *constitui.* Cum præf. & affix. deficiente τοῦ (י) τῷ (·) comite, וָאַעֲמִדֵם & *statui eos.* 3. p. plur. m. cum præf. וַיַּעֲמִידוּ & *statuerunt.* 1. p. plur. c. cum præf. וַנַּעֲמִיד & *constituimus.*

HOPHAL הָעֳמַד, Lxx. ἵστημι, (intransitivè), Vulg. & alii, *sto, stare jussus factus sum, sistor.* Lxx. item, ἵστημι, (transitivè), Vulg. *statuo*; legebant in hiphil, הֶעֱמִיד idem.

Paoul f. m. מָעֳמָד *constitutus*, quod aliis est nomen, vide supra, col. 1162.

Fut. 3. p. f. m. יָעֳמַד־חַי *sistetur vivus.*

עֶמְדָּה f. unde cum affix. Mich. 1. v. 11. *accipiet à vobis* עֶמְדָּתוֹ, Lxx. πληγὴν ὀδύνης *plagam doloris*, ex usu Arabico, Vulg. *quæ stetit sibimet*; legebat עָמְדָה idem. Alii,

stationem, subsistentiam, vel *moram suam*, m. .... Quidam, *accipiet* (discet quisque è *Saanon*) à vobis (h. e. eventu vestro, ô incolæ *Beth-haezel*) *stationem suam*, m. i. quandiu sibi sit standum .... R. עָמַד *stetit, substitit* .... unde עֶמְדָּה *statio, subsistentia, duratio* ... item unum è 7. nominibus *orationis* ....

עִמָּדִי vox composita, quæ sic ferè redditur: Lxx. μετ' ἐμοῦ, μοί .... Vulg. & alii, *mecum, mihi* ..... Gen. 3. v. 12. *mulier illa, quam* נָתַתָּה עִמָּדִי, Lxx. ἔδωκας μετ' ἐμοῦ. Alii, *dedisti mecum.* Vulg. *mihi.* עִמָּדִי per epenthesin (τοῦ ד videlicet) pro עִמִּי *mecum*, Cocc. Quidam, *mulier illa, quam posuisti* (fecisti) *mecum*, vel *mihi adstare* (nempe ad ministrandum, quo sensu Abraham *stabat sub arbore*, Gen. 18. v. 8....) ab infinitivo τῷ Qal Verbi עָמַד *stetit, astitit* .... עִם *cum*, & (י) *me*, affixo scilicet. 1. p. f. c. Est enim τὸ עִמָּדִי per contractionem pro עִמִּי עָמַד *mecum*, vel *mihi astare*; (quare τοῦ מ & daghésch impressum, & (-) suppositum.) Quo quidem etymo, quave significatione commodiùs vertas & hunc locum, Gen. 20. v. 9. *opera indigna fecisti*, nempè, עִמָּדִי *mecum*, vel *mihi astare* .... & istum, Job. 10. v. 17. וְתֶרֶב כַּעַשְׂךָ עִמָּדִי & *multiplicas indignationem tuam coadstare mihi*, h. e. tuæ mihi (quoquò vertenti) indignationis adsunt signa ....

עַמּוּד m. Lxx. Incert. Aq. Sym. Theod. V^a. editio .... στῦλος, Lxx. στήλη, πάσσαλος, στάσις .... Vulg. & alii, *columna, palus, paxillus, statio, status* .... עַמּוּד הֶעָנָן, Exod. 13. v. 22. *columna nubis.* Cum præfix. וְעַמּוּד הָאֵשׁ ibid. & *columna ignis*, הָעַמּוּד, τοῦ (ו) in (ֻ) correpto, הָעַמֻּד *columna*, בְּעַמּוּד *in columna*, וּבְעַמּוּד & *in columna*, לְעַמּוּד *columnæ*, וּלְעַמּוּד & *columnæ.* Cum aff. הַמֶּלֶךְ עוֹמֵד עַל־עַמּוּדוֹ, 2. Paral. 23. v. 13. *rex stabat in columna sua*, h. e. regibus destinatâ, si quando eis in templo sermo habendus esset ad populum. Vocatur hæc supra cap. 6. v. 13. כִּיּוֹר *labrum*, (vasis genus, concha ....) Erat enim suggestus (editior) habens formam labri. Plur. עַמּוּדִים, & correpto in (ֻ) τοῦ (ו), עַמֻּדִים *colum-*

Digitized by Google

na. Cum præf. הָעַמּוּדִים, mutato τῷ (ו) in (ֻ), וְהָעַמּוּדִים, וְעַמֻּדִים הָעַמֻּדִים *columnæ*, *&* *columnæ*, לַעֲמֻדִים, & cum (ְ) sub præfixo ל, motione scilicet τῆς ה exclusi, לְעַמּוּדִים *columnis.* Constr. עַמּוּדֵי שָׁמַיִם יְרוֹפָפוּ וְיִתְמְהוּ מִגַּעֲרָתוֹ, Job. 26. v. 11. *columnæ cœli commoventur, alteranturque* (ex usu Arabico) *ab increpatione ejus*, h. e. à tonitru. Pars autem hæc cœli est *aër*, qui vice columnarum est situ, non officio. Cum (ֻ) loco τῆς (ו) in penultima, עַמֻּדֵי *columnæ.* Cum præf. וְעַמּוּדֵי, & cum (ֻ) pro (ו), וְעַמֻּדֵי *&* *columnæ*, כְּעַמּוּדֵי *sicut columnæ.* Cum affix. עַמֻּדָיו, & correpto in (ֻ) τῷ (ו), עַמֻּדָיו *columnas ejus*, m. Cum præf. & affix. וְעַמּוּדָיו, וְעַמֻּדָיו *&* *columnas ejus*, m. עַמּוּדֶיהָ, עַמּוּדֶיהָ *columnæ ejus*, f. הַמַּרְגִּיז אֶרֶץ מִמְּקוֹמָהּ וְעַמּוּדֶיהָ יִתְפַלָּצוּן, Job. 9. v. 6. *qui commovet terram de loco suo, dum columnæ ejus concutiuntur.* Columnæ terræ, sive bases sunt יַמִּים *maris*, super quæ יְסָדָהּ *fundavit eam* Dominus. Psal. 23. Heb. 24. v. 2. alludit ad diluvium. Loquitur enim de commotione ex ira Dei profecta, extraordinaria, quâ fundamenta terræ concutiuntur..... Confer Gen. 7. v. 11. עַמּוּדֵיהֶם, עַמֻּדֵיהֶם *columnæ eorum*, וְעַמֻּדֵיהֶם *&* *columnæ eorum.* R. עָמַד *stetit;* unde עַמּוּד *columna*, quasi statuam, vel statumen dicas.

עֻמָּה Mass. *Ummáh*, Vulg. *Amma*, nomen propr. urbis in Tribu Aser, Jos. 19. v. 30. Etym. *perseverantia in errore*, à עמה *Ummahon*, Arab. idem, Gig. R. עמה Arab. *in errore perseveravit*.... Gig.

עַמּוֹן Mass. & Vulg. *Ammón*, nomen propr. (alterum scilicet) filij τῷ *Lot*, ex filia ejus minore, quæ natum, sorore verecundior, vocaverat בֶּן־עַמִּי, h. e. *filium populi mei*, Gen. 19. v. 38. Posteà verò vocatus est עַמּוֹן *Ammón*, unde *Ammonitæ*, ibid. ac 1. Reg. 11. v. 11. & cap. 14. v. 47. Isai. 11. v. 14. Etym. *popularis*, à עַם *populus*, unde (addito ן in fine) adjectivum denominativum עמון *Ammon*, i. *Gentilitius, popularis.* Mirum sane nomen Ammonis nusquam in sacro codice (alio scilicet, ac τῷ Lxx. ubi Ἀμμάν; Vulgatique interpretis, ubi *Ammon* legitur Gen. 19. v. 38.) uti nomen viri singularis legi; sed *filios Ammon* conjunctim, excipe 1. Reg. 11. v. 11. ubi τὸ *filios* omittitur, sic, ut dubitent nonnulli fueritne *Ammon*, idem, ac *ben-ammi*....

עַמֹּנִי, sic scribitur, sed legitur עַמֹּנָה, Mass. *Ammonáh*, Vulg. *Emoná*, nomen propr. urbis in Tribu Benjamin, Jos. 18. v. 24. Etym. *Gentilitia*, sive *popularis*, à singul. masc. עמון, quod vide mox supra.

עַמּוֹנִי Mass. & Vulg. *Ammoní*, nom. propr. civitatis (ubi sitæ?) sic Leusden ex Vulg. Sym..... Alii, nomen patronymicum, seu commune τῶν בְּנֵי־עַמּוֹן *filiorum Ammon*, *Ammonites*, 2. Reg. 23. v. 36. Neh. 2. v. 19. Etym. idem ac τῆς עַמּוֹן, quod vide supra.

עַמֹּנִיּוֹת Mass. *Ammóniíoth*, Vulg. *Ammonitides*, 3. Reg. 11. v. 1. Neh. 13. v. 23. plur. fem. à sing. עַמֹּנִית, quod vide mox infra.

עַמֹּנִים Mass. *Ammoním*, Vulg. *Ammonitæ*, (plur. masc. à sing. עַמֹּנִי, quod vide mox supra), 2. Paral. 26. v. 8. *Fuit autem regio Ammonitarum ad ortum regionis Tribuum Gad, & Ruben: & forsitan ex parte etiam terminata fuit flumine Jabboc*.... Had. Reland. Palæst. p. 104.

עַמֹּנִית Mass. *Ammoníth*, Vulg. *Ammonitis*, nomen patronymicum, sive commune feminarum ex *Ammone* oriundarum, 2. Paral. 24. v. 36. à sing. mascul. עַמֹּנִי *Ammoní*, quod vide supra.

עָמוֹס Mass. & Vulg. *Amós*, nom. proprium prophetæ, unius è duodecim, Amos 1. v. 1. de Tribu Ruben. Etym. *oneratus* linguâ, blæsus; à עמס *oneravit.*

עָמוֹק Mass. *Amóq*, Vulg. *Amoc*, nom. propr. viri, Nehem. 12. v. 7. Etym. *profundus*, à עָמַק *profundus fuit.*

עַמִּיאֵל Mass. & Vulg. *Ammiél*, nom. proprium 1°. patris τῆς Bethsabee, matris Salomonis, 1. Paral. 3. v. 5. 2°. filii τῆς Gemalli, Num. 13. v. 12. 3°. patris Machir de Lodabar, 2. Reg. 9. v. 4. 1. Paral. 26. v. 5. Etym. *populus-Dei*, à עַם *populus*, cum (י) paragog. (sive antiquâ regiminis notâ) vide Gram. Heb. tom. 1. p. 431. & אֵל *Deus.*

Digitized by Google

עמיהוד Maſſ. *Ammihóudh*, Vulg. *Ammiud*, nomen propr. 1°. patris Eliſami principis Tribûs Ephraim, Num. 1. v. 10. 2°. patris τȣ Samuel principis Tribûs Simeon, Num. 34. v. 21. 3°. patris Othei, unius è principibus Tribûs Juda, 1. Paral. 9. v. 4. Etym. *decus populi*, à עם *populus*, cum (י) parag. ut ſupra, & הוֹד, vel הוד *decus*.

עמיחור ſic ſcribitur, ſed legitur עַמִּיהוּד, Maſſ. *Ammihóudh*, Vulg. *Ammiud*, nom. propr. regis Geſſur, patris τȣ Tholomai, ad quem (avum ſcilicet maternum) *Abſalom fugiens abiit*, 2. Reg. 13. v. 37. nempe, ubi leges Dei locum non habebant. Nam urbes receptûs non texiſſent deliberatò parricidam, quamquam datâ iræ causâ .... Etymon idem, ac vox præced.

עַמִּיזָבָד Maſſ. *Ammízavádh*, Vulg. *Amizabad*, nomen proprium viri, 1. Paral. 27. v. 6. Etym. *populus-dotis-muneris*, h. e. *dotatus*, *munificus*, à עם *populus*, cum (י) paragog. ut mox ſupra, & זבד Arab. *dos*, *donum*, *munus*.

עַמִּינָדָב Maſſ. *Ammínadhâv*, Vulg. *Aminadab*, nomen propr. filii τȣ Ram (qui Matth. 1. v. 3. Ἀράμ *Aram* dicitur, ex Syr. ſcilicet, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 433. c. 1.) filii τȣ Eſron, filii τȣ Phares, 1. Paral. 2. v. 10. Qui Aminadab pater fuit τȣ Nahaſſon principis Tribûs Juda, ibid. Num. 1. v. 7. Ruth. 4. v. 20. Etym. *gens mea ad dandum, conferendum, offerendumve ſponte movetur*, à עם *gens*, (ִי) affix. 1. p. ſ. c. & נָדָב (cum (ָ) in fine ob pauſam) *ſponte ad dandum .... movetur*.

עַמִּיקָן plur. fem. Chald. unde cum emphaſi, הוּא גָּלֵא עַמִּיקָתָא, Dan. 2. v. 22. Lxx. αὐτὸς ἀποκαλύπτει βαθέα, Vulg. & alii, *ipſe revelat profunda*, à ſing. fem. עַמִּיקָא *profunda*, ſive *profundum*. Rad. עָמַק Hebr. *profundus fuit*.

עָמִיר m. Lxx. δράγμα, χαλάμη, χόρτος, Vulg. & alii, *manipulus*, *ſtipula*, *gramen*, *fenum* .... Hinc Lat. per metath. *merges*, Germ. *garbe*, Gallicè, *gerbe*. Cum præf. בְּעָמִיר *in manipulo*. Cum (ֶ) ſub præfixo, (ex τȣ̃ ה ſcilicet excluſo, ſicque notando ob gutturalem τȣ̃ (ָ) notatam, כֶּעָמִיר *ſicut manipulum*. Jerem. 9. v. 21. *cadet cadaver hominis ſimus veluti* (diſperſus) *ſuper faciem agri* וּכְעָמִיר מֵאַחֲרֵי הַקֹּצֵר *& ſicut fenum poſt dementem*. R. עָמַר, in Piél עִמֵּר *manipulos fecit*.

עַמִּישַׁדָּי Maſſ. *Ammíſchaddái*, Vulg. *Amiſaddai*, nom. propr. patris τȣ Ahiezer principis Tribûs Dan, Num. 1. v. 12. Etym. *populus-omni-potentis*, à עם *populus*, cum (י) parag. vide Gram. Heb. tom. 1. p. 431. vel antiquâ regiminis notâ, & שַׁדָּי (cum (ָ) loco (ַ) ob pauſam) *omnipotens*, qui ſibi ſufficit, à שֶׁ *qui*, & דַּי *ſufficientia*, *ſufficiens*, αὐτάρκης.

עָמִית m. Lxx. Aq. Sym. Theod. ὁ πλησίον, Vulg. & alii, *proximus*, *ſocius*. Cum affix. עֲמִיתוֹ *proximum ſuum*, m. Cum præf. & affix. בַּעֲמִיתוֹ *in proximum ſuum*, m. עֲמִיתְךָ & in pauſa, unde (ָ) pro (ְ) in penult. עֲמִיתֶךָ *proximus tuus*, m. לַעֲמִיתֶךָ *proximo tuo*, m. Zach. 13. v. 7. *ô gladie evigila* (pro *denudare*, vel *diſtringere*, apoſtrophe emphatica) *in paſtorem meum* וְעַל־גֶּבֶר עֲמִיתִי, Lxx. καὶ ἐπὶ ἄνδρα πολίτην μȣ *& ſuper virum civem meum*. Aq. ἐπ' ἄνδρα σύμφυλόν μȣ *ſuper virum contribulem meum*. Sym. ἐπ' ἄνδρα τȣ̃ λαȣ̃ μȣ *ſuper virum populi mei*. Theod. ἐπ' ἄνδρα πλησίον αὐτȣ̃ *ſuper virum proximum ejus*, (legebat עמיתו pro עמיתי, vel legere aſſimulabat, uti & Paraphraſis Chald. quod non eſt auſus vel Aquila), Vulg. *& ſuper virum cohærentem mihi*. Alii, *ſuper*, *contra*, *in virum proximum*, *ſocium .... meum*, (*qui*, ſcilicet, *cùm in forma Dei eſſet*, *non rapinam arbitratus eſt* τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, Epiſt. ad Philipp. 2. v. 6.) *dicit Dominus exercituum*. Quidam, *evigila*, *ô gladie!* (qui ad latus Petri obdormientis obdormis, confer & Matth. 26. v. 43.) *ad paſtorem* tuendum .... Unde Chriſtus, Luc. 22. v. 36. *nunc qui habet ſacculum, tollat; ſimiliter & peram: & qui non habet, vendat tunicam ſuam, & emat gladium*. R. עָמַת Arab. *ſociavit*, *junxit*, *adjunxit*, *conjunxit*, *glomeratim collegit* ....

עָמַל QAL. Lxx. Aq. Theod. πονέω, Lxx. Sym. μοχθέω, κοπιάω, χαχοπαθέω, Vulg. & alii, *elaboro*, *efficio*, *laboro* (cum moleſtia) *doleo*, *moleſte fero*, (*moleſtiam aſ-*

Digitized by Google

fero, negotium ipse mihi, aliisque facesso) *laboribus ærumnisque premor.*

Praet. 3. p. s. m. עָמַל *laboravit*. 3. p. s. f. נֶפֶשׁ עָמֵל עָמְלָה לּוֹ *anima laborantis laborat ipsi* (alter alterius opus facit, sed sibi laborat), Prov. 16. v. 26. ubi, post vocem עָמְלָה penacutam, primæ literæ vocis seq. nempe τῷ ל daghesch forte insigitur, quo vox utraque in unam dictionem coalescit, sic legenda: עָמְלָהלּוֹ *ámelahlló*, vide Gram. Lud. *de Dieu*, p. 23. & Heb. tom. 1. p. 29. 2. p. s. m. עָמַלְתָּ *laborasti*. 1. p. s. c. cum præf. שֶׁעָמַלְתִּי *quem*, vel *quo laboravi*. 3. p. plur. c. עָמְלוּ *laborant*.

Fut. 3. p. s. m. יַעֲמֹל *laborabit* .... Cum præf. שֶׁיַּעֲמֹל *quem*, vel *quo laboraverit* ....

עָמָל m. Lxx. Aq. Sym. πόνος, κόπος, Lxx. Sym. μόχθος, Sym. ταλαιπωρία, Lxx. τὸ κακὸν, ὀδύνη, πονηρία, Sym. φιλοπονία .... Vulg. & alii, *labor, defatigatio, molestia, miseria, calamitas, dolor, improbitas, perversitas, nequitia.* (Hinc per aphæres. Gal. *mal, malice* ... Lat. *malum,*) *malitia, laborum amor, studium, industria* .... Job. 4. v. 8. *seminantes* עָמָל *ærumnam* (parantes) *metent eam.* Cum præfix. וְעָמָל *& molestia.* Articulo ה τῷ (ּ) loco τῷ (ׇ) notato ad euphoniam, ob guttur. scil. seq. τῷ (ׇ) affectam, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 69. c. 1. הֶעָמָל *labor*, & excluso ה articulo, בְּעָמָל *labore*, וּבְעָמָל *& labore*, אָדָם לְעָמָל יוּלָּד, Job. 5. v. 7. *homo ad laborem, dolorem, ærumnam nascitur.* Construct. כָּל־עֲמַל הָאָדָם לְפִיהוּ, Eccl. 6. v. 7. *omnis labor* (cura) *hominis ob os ejus*, vitæ ut consulat. Cum præf. וַעֲמַל *& labor*, בַּעֲמַל *propter laborem*, מֵעֲמַל *ex, præ molestia.* Cum aff. Psal. 7. v. 17. *redibit* עֲמָלוֹ בְרֹאשׁוֹ *ærumna ejus*, m. (quam parat alteri) *in caput ejus.* Cum præf. & aff. וַעֲמָלוֹ *& molestia sua*, m. בַּעֲמָלוֹ *pro labore suo*, m. שֶׁעֲמָלוֹ *cujus labor* ..... בַּעֲמָלָם *pro labore suo, eorum*, pro mercede sua, וּבַעֲמָלְךָ *& in labore tuo, in ærumna tua* .... m. עֲמָלִי *labor meus*, c. וַעֲמָלִי *& laborem meum*, c. עֲמָלֵנוּ *molestiam nostram*, c. R. עָמַל *laboravit, negotium sibi, aliisve facessit* ....

עָמָל Mass. & Vulg. *Amál*, nomen propr.

filii τῷ Helem, 1. Paral. 7. v. 35. Etym. *labor, improbitas*, &c. ab עָמָל idem, mox supra.

עָמֵל m. Lxx. κοπιῶν, κατάκοπος, Sym. ἐπαχθὴς, Vulg. & alii, *laborans, faber, laboriosus, ærumnosus, miser, molestus, onerosus* ... Lxx. item, substantivè, μοχθία *amaritudo*, legebant עָמָל idem. Inde etiam πόνος *labor.* Verbal. μοχθέω *laboro*, vel *laboribus, ærumnisque premor;* legebant עָמַל idem. כָּל־יַד עָמֵל תְּבֹאֶנּוּ, Job. 20. v. 22. Lxx. πᾶσα δὲ ἀνάγκη ἐπ' αὐτὸν ἐπελεύσεται *omnis autem necessitas in eum superveniet.* Vulg. *& omnis dolor irruet super eum.* Alii, *& omnis manus oppressi* (spoliati ab eo) *eum adorietur.* Cum præf. Job. 3. v. 20. *cur dat* לְעָמֵל אוֹר *ærumnoso lucem?* Plur. עֲמֵלִים *laborantium.* Rad. עָמַל *laboravit, negotium sibi, aliisve facessit* ....

עֲמָלֵק Mass. *Amaléq*, Vulg. *Amalec*, nomen propr. filii τῷ Eliphaz ex Thamna concubina, Gen. 36. v. 12. à quo Amalecitæ. Etym. *qui visu suo alios decipit*, (haud mirum, si à τῷ Amalec cavendum) à עמלאק Arab. idem. Gigg.

עֲמָלֵקִי Mass. *Amaleqí*, Vulg. *Amalecites*, nomen populi, sive commune virorum à τῷ Amaleq oriundorum, Gen. 14. v. 7. 1. Reg. 30. v. 1. Etymon idem ac vocis præced.

עָמַם QAL. Lxx. ἀμαυρόω, πυκνόω, Vulg. & alii, *obscuro, tego, operio, abscondo;* per antiphrasin, *erudio*, ex obscuritate scilicet, sive ex ignorantiæ tenebris extraho, ex usu Samarit.

Praet. 3. p. plur. c. cum affix. כָּל־סָתוּם לֹא עֲמָמוּךָ, Ezech. 28. v. 3. *nihil occultum celarunt te*, m. nihil te latet, nihil tibi non revelatum est. τῷ (ׇ) ad euphon. in (ֲ) correpto, עֲמָמֻהוּ, ibid. cap. 31. v. 8. *abscondebant eam* arborem.

HOPHAL יוּעַם, unde 3. p. s. m. Fut. אֵיכָה יוּעַם זָהָב, Thren. 4. v. 1. *quomodo contegitur aurum*, nempe rubigine, vel scoriis, ut non splendeat.

עִמָּנוּאֵל Mass. *Immánouél*, Vulg. *Emmanuel*, nomen quo natum הָעַלְמָה *háalmáh, virgo illa*, (quæ erat *paritura*) erat *vocatura*, vel est

Digitized by Google

est dictio, (nempe *nobiscum Deus*, composita, à præpositione עִם *cum*, affixo 1. p. plur. c. נוּ *nobis*, & אֵל *Deus*), quæ de nato *Deo* verè *incarnato*, *&* *in nobis habitante*, (non solùm per auxilium gratiæ, sed & per consortium naturæ); erat cuique proferenda, Isai. 7. v. 14....

עָמַס QAL. Lxx. ἐπισάττω, αἴρω, ἐπιτίθημι, καταδέω, Vulg. & alii, *onero*, (intransitivè, *ipse me onero*) *fero*, *porto*, *gestandum impono*, *deligo*, *colligo*, *as*.... Lxx. item paraphrasticῶς, παιδεύω *castigo*.

Ben. plur. m. cum שׂ loco ס, הַנֹּשְׂאִים בַּסֶּבֶל עֹמְשִׂים, Nehem. 4. v. 11. vel 17. Lxx. καὶ οἱ αἴροντες ἐν τοῖς ἀρτῆρσιν ἐν ὅπλοις *&* *incedentes cum arteribus*, sive *oneribus* *&* *armis*. (Ald. Complut. ἔνοπλοι *armati*.) Vulg. *&* *portantium onera*, *&* *imponentium*. Alii, *&* *ferentes onus*, *quod sibi imposuerant*. Cum præf. וְעֹמְסִים *&* *onerabant*. Cum affix. כָּל־עֹמְסֶיהָ, Zach. 12. v. 3. Lxx. ὁ πᾶς καταπατῶν αὐτὴν... *omnis*, *qui conculcaverit eam*..... Aq. ὁ βαστάζων αὐτὴν.... *qui gestat ipsum*.... Vulg. *omnes*, *qui levabunt eam* petram.... Alii, *quotquot eum* (lapidem) *attollere conabuntur*. (Alludit ad athletas, qui ponderosissimorum lapidum sublevatione vires suas tentare, & ostentare solebant), *lacerando lacerabuntur*, sauciabuntur; q. d. reddam eam (petram, h. e. Jerusalem) immobilem, ut à nullis populis transferri possit, ad Christi scil. usque adventum.

Paoul pl. m. cum præfix. (הַ) in (ֲ) correpto, Isai. 46. v. 3. *audite*.... הַעֲמֻסִים מִנִּי־בֶטֶן הַנְּשֻׂאִים מִנִּי־רָחַם *qui bajulamini*, *gestamini à me utero*; *portamini à me vulvâ*.... quantum verus Deus differt ab idolis? Hæc plaustræ vehuntur; ille populum suum portat.... Plur. femin. עֲמוּסוֹת *onerata*.

Fut. 3. p. s. m. תּוּ (י) ob maqqáph in (ֳ hhatoúph) correpto, יַעֲמָס־לָנוּ, Psal. 67. Heb. 68. v. 20. *suscipit bajulandum nostrâ causâ*, vel *accongerit in nos*.... Cocc. Cum præf. וַיַּעֲמֵס *&* *oneravit*.

HIPHIL 3. p. s. m. הֶעֱמִיס, 3. Reg. 12. v. 11. Lxx. ἐπεσάσσετο *insternebat*. Vulg. *posuit super vos*.... Alii, *ferendum imponebat jugum grave*. 2. Paral. 10. v. 11. Lxx. ἐπαίδευσεν *castigavit*. Vulg. & alii, *imponebat* grave jugum, *onerare faciebat*, *aggravabat*....

עֲמַסְיָה Mass. *Amasiiáh*, Vulg. *Amasias*, nom. propr. filii τοῦ Zechri, 2. Paral. 17. v. 16. Etym. *Theóphorus*, h. e. *qui divino motu fertur*, *numine afflatus*; à עָמַס *fero*, vel *feror*, & יָה *Deus*.

עַמְעָד Mass. *Amaádh*, Vulg. *Amaad*, nomen propr. urbis in Tribu Aser, Jos. 19. v. 26. Etym. *populus prædæ*, sive *prædâ victitans*; à עַם *populus*, & עַד (τοῦ (ַ) in (ְ) ob accentum mutato) *præda*.

עָמַק QAL, unde 3. p. plur. c. מְאֹד עָמְקוּ, Psal. 91. Heb. 92. v. 6. Lxx. Aq. Theod. σφόδρα ἐβαθύνθησαν, *valdè*, (Vulg. Lat. *nimis*, S. Hieron. *satis*) *profundæ factæ sunt*. Sym. σφόδρα βαθεῖς *valdè profundæ sunt* cogitationes tuæ. Abstrusæ sunt consiliorum tuorum rationes, abysso similes, ex qua nemo emergere potest.

HIPHIL הֶעְמִיק, Lxx. βαθέως, βαθεῖαν βουλὴν ποιέω, βουλεύομαι, Lxx. Aq. Sym. Theod. βαθύνω, Lxx. ἐμβαθύνω, καταδύνω.... Vulg. & alii, *altiùs*, vel *secretiùs ab aliis consilia coquo*, *altiora*, *capio*, *consulto*, *profundum facio*, *in profundum fodio*, *excavo*, *mergo*, *defigo*... Vulg. intransitive, *in voraginem descendo*, *in voraginibus sedeo*... Lxx. item substantivè, βάθος *profunditas*, sive *altitudo*; legebant עֹמֶק idem. φάραγξ *vallis*, legebant עֵמֶק idem.

Praet. 3. p. pl. c. הֶעְמִיקוּ, & שׁוּבוּ לַאֲשֶׁר הֶעְמִיקוּ סָרָה, Isai. 31. v. 6. *revertimini*, *ô filii Israël*, *ad eum*, (qui *protegendo liberabit*, *transeundo servabit*. *Nam in die illa reprobabunt quisque idola*.... Alludit ad Messiæ tempora. Confer Act. Apost. 10. v. 38.) *à quo* patres vestri *profundum fecêre recessum*.

Ben. plur. m. cum præfix. הוֹי הַמַּעֲמִיקִים מֵיהוָה, Isai. 29. v. 15. *væ altiora*, vel *secretiora à Domino* loca *petentibus* consilium ut abscondant.

Imper. 2. p. s. m. ex forma (ֶ), Isai. 7. v. 11. *pete tibi signum*, (h. e. miraculum aliquod).... הַעְמֵק שְׁאָלָה *deprime* (vel *attolle te*) *petendo*, i. *pete ex profundo*, vel *ex*

alto, in terra, vel in cœlo.

עִמְקֵי m. unde plur. conſt. עִמְקֵי שָׂפָה, Iſai. 33. v. 19. Lxx. *βαθύφωνον profundæ vocis.* Sym. *βαθὺν χείλεσιν gravem labiis.* Vulg. *alti ſermonis* (populum). Alii, *profundos labiis.* Labia profunda videntur, ex quibus non prodit vox intelligibilis, & ſonus notus, Cocc.... Ezech. 3. v. 5. Lxx. *βαθύγλωσσον profundæ linguæ.* (Alex. Ald. Complut. *βαθύχειλον*, *καὶ* (Ald. *ἢ*) *βαθύγλωσσον profundi labii*, *&*, vel *profundæ linguæ*). Vulg. *profundi ſermonis.* Alii, ut ſupra.... ibid. v. 6. Lxx. *ἀλλοφώνους* (populos) *alterius ſermonis.* Vulg. & alii, ut ſupra. Cum præf. בְּעִמְקֵי שְׁאוֹל קְרֻאֶיהָ, Proverb. 9. v. 18. Lxx. *καὶ ἐπὶ πέτευρον ᾅδου συναντᾷ in laqueum orci evenit.* Aq. Sym. Theod. *καὶ ἐπὶ τοῖς βαθέσι τοῦ ᾅδου οἱ κλητοὶ αὐτῆς*, Vulg. & alii, *in profundis inferni convivæ* (*invitati*) *ejus*, f. R. עָמַק *profundus....fuit.*

עָמֹק m. Lxx. Aq. Sym. Theod. *βαθὺς*, Lxx. Sym. Comparativ. *βαθύτερος*; Lxx. Aq. Theod. *κοῖλος*; Lxx. Comparativ. *κοιλότερος*, *ἐγκοιλότερος*, *ταπεινός*, *βάθος*, Vulg. & alii, *profundus*, *profundior*, *cavus*, *concavus*, *magis cavus*, *concavuſve*, *depreſſius*, *humilis.* Subſtant. *profunditas*, vel *altitudo.* Lxx. item, Verbaliter, *τρίβω tero*, וְקֶרֶב אִישׁ וְלֵב עָמֹק, Pſal. 63. Heb. 64. v. 7. Lxx. *προσελεύσεται ἄνθρωπος, καὶ καρδία βαθεῖα*, Vulg. *accedat homo ad* (pro *ad* videtur *ac* (ex Græco, *καὶ*) legendum) *cor altum*; legebant וְקָרַב *& accedet*, pro וְקֶרֶב *& intimum.* Alii, *& intimum hominis*, *& cor profundum.* Quidam, *& intimi hominis*, *& cordis profundi*.... Eccl. 7. v. 24. *remotum* (vel *longinquum*) *eſt id*, *quod fuit*: *&* (quod futurum eſt) עָמֹק עָמֹק מִי יִמְצָאֶנּוּ *profundum*, *profundum* (h. e. profundiſſimum: geminatio auxeſin ſignificat. Metaphora ab aquis profundis); *quis inveniet illud?* Præteritum eſt abſtruſum; futurum abſtruſiſſimum. Paraphraſis Chald. (per עֲמִיקָא, vide Gram. Heb. tom. 2. p. 392. c. 2.) *& ſecretum diei mortis*, *& ſecretum diei*, *quo veniet rex Chriſtus.* Cum præf. וְעָמֹק *& profundum.* Fem. (τοῦ hhólem in (ֻ) ſeq. daghéſch mutato), עֲמֻקָּה

מִשְּׁאוֹל, Job. 11. v. 8. *profunda præ inferno*, profundior. Cum præfix. הָעֲמֻקָּה *profunda.* Plur. m. (τοῦ hhólem in (ֻ) ſequenti daghéſch mutato), עֲמֻקִּים *profundæ* aquæ. Femin. plur. Job. 12. v. 22. *revelans* עֲמֻקוֹת *profunda ex tenebris.* R. עָמַק *profundus fuit.*

עֵמֶק m. Lxx. Aq. Sym. Theod. *κοιλὰς*, Lxx. *φάραγξ*, *αὐλὼν*, *αὖλαξ*, *βαθὺς*.... Vulg. & alii, *cava vallis*, *convallis*, *hiatus*, *fauces terræ*, *mare longum*, *& arctum*, *foſſa*, *ſulcus*, *profundus*, *cavus*, *concavus* locus.... Lxx. *γῆ terra*, *πεδίον campus*, *ποὺς pes.* Cum præf. וְעֵמֶק *& vallis*, הָעֵמֶק *vallis*, בָּעֵמֶק, & cum (ְ) ſub ב, בְּעֵמֶק *in valle*, וּבָעֵמֶק *& in valle*, כְּעֵמֶק *ficut vallis*, לָעֵמֶק *in valle*, לְעֵמֶק *in vallem*, מֵעֵמֶק *ex valle.* Cum affix. עִמְקֵךְ *vallis tua*, f. עִמְקָם *vallis ipſorum.* Plur. עֲמָקִים *valles.* Cum præf. וַעֲמָקִים *& valles*, הָעֲמָקִים *valles*, וְהָעֲמָקִים *& valles*, בָּעֲמָקִים *per convalles.* Cum aff. עֲמָקַיִךְ *convalles tuæ*, f. R. עָמַק *profundus*; *cavus*, *concavus fuit*....

עֹמֶק m. unde cum præf. שָׁמַיִם לָרוּם וָאָרֶץ לָעֹמֶק, Prov. 25. v. 3. Lxx. *οὐρανὸς ὑψηλὸς, γῆ δὲ βαθεῖα cœlum altum, terra verò profunda.* Aq. ....*εἰς βάθος in profundum.* Vulg. *cœlum ſursùm*, *terra deorsùm.* Alii, *cœlorum*, *quo ad altitudinem*; *terræ*, *quo ad profunditatem ſpectat*; *& cordis regum non eſt inveſtigatio.* R. עָמַק *profundus fuit.*

עֵמֶק הַשִּׂדִּים Maſſ. *E'meq haſſiddím*, Vulg. *vallis ſylveſtris*, *quæ* (olim ſic dicta) *nunc eſt mare ſalis*, Gen. 14. v. 3. mare ſalſum, vel mortuum, ſive lacus Aſphaltites. Vulgo creditur, natum eſſe eo tempore, quo Sodoma, Gomorra, Adama, & Zeboim à Deo ſubverſæ ſunt, ita ut aquis illius lacûs tectæ, merſæ fuerint. Vide Had. Reland. Palæſt. p. 254. Etym. *vallis-agrorum*, ſeu *campeſtris*; à עֵמֶק *vallis*, & שָׂדִים *agri*: τὸ (ִ) ſub ש, eſt loco τοῦ (ָ) quod cum daghéſch ſeq. eſſet pro (ָ) per legem æquivalentiæ.

עֵמֶק יְהוֹשָׁפָט Maſſ. *E'meq Iehóſchaphát*, Vulg. *vallis-Joſaphat*, nom. propr. vallis, Joel. 3. v. 17. al. 4. v. 12. vallis hæc erat urbi contigua, inter Jeroſolymam, & montem Oliveti: ſic dicta, vel quòd Joſaphat aliquid ibi ædificavit; vel à ſe-

Digitized by Google

pulchro Josaphati in ea sito: cui repugnat τῷ 2. Paral. 21. v. 1. *sepultus fuit in civitate David*; vel quod in ea Josaphato memorabilis illa victoria concessa est, 2. Paral. cap. 20. sed hoc non cohæret cum superioribus, in quibus de donis spiritûs, & de regno Christi agitur: deinde nulla tunc erat captivitatis reductio; vel quod ibi Dominus *omnes Gentes* sit judicaturus, Joël. 3. v. 17. al. 4. v. 12.... At *angustior est hæc vallis, quam ut omnes capere possit.... puerilis ergo error hic est....* Quidam, *puerilis ergo* timor *hic est*, ne videlicet vox (tonantis) judicis extra, aut ultra vallem audiri nequeat?.... Alludere ergo videtur ad insigne illud Dei judicium, & cladem hostium, 2. Paral. 20. v. 21. ut typum scilicet futurum..... Etym. *vallis, ubi Dominus judicabit* (sic Hebræi), à עמק *vallis*, יָהּ), contractè, pro יהוה *Dominus*, & שָׁפַט (cum (-) pro (-) ob pausam) *judicavit*, vel *judicabit*, ob (ו) præced. Hæc Joël. 4. v. 14. dicitur *vallis* חָרוּץ *concisionis*, S. Hieronymus in h. l. *rursum ubi nos diximus* (*in valle concisionis*) *sequentes translationem Aq. Sym. & Quintæ Editionis*; Lxx. & Theod. τῆς δίκης καὶ τῆς κρίσεως, h. e. (*causæ & judicii*) *transtulerunt.... quod Hebræi non solum* (*concisionem*) *sed &* (*aurum*) *interpretari putant, quo scilicet in valle judicii, quam suspicantur* gehennam....

עֵמֶק יִזְרְעֶאל Mass. *E'meq iizreél*, Vulg. *vallis jezraël*, Jos. 17. v. 16. Etym. *vallis, quam seminat Deus*; à עֵמֶק *vallis*, à 3. p. f. m. Futuri verbi זָרַע *seminavit*..... & אֵל *Deus*. Cætera verò nomina cum τῷ עֵמֶק conjuncta vide suo loco.

עמר QAL, unde PIEL עִמֵּר, ex quo Ben. f. m. Psal. 128. Heb. 129. v. 6. *de quo non implevit manum suam*, מִלֵּא כַפּוֹ קוֹצֵר, Lxx. καὶ τὸν κόλπον αὐτοῦ ὁ τὰ δράγματα συλλέγων Vulg. *& sinum suum, qui manipulos colligit.* Alii, *nec brachium* (*lacertum*) *suum, qui succisa colligit.*

HITHPAEL הִתְעַמֵּר, Lxx. ἀθετέω, καταδυναστεύω, Vulg. & alii, *contemno, prævaricor, dominum fallo*, (*servo*, vel *libero abutor*, sive *ad servitium*) ex עמר Pers. *servitium, ministerium* (sive *ad quæstum*) *dominium in liberum ipse mihi adsumo, vi opprimo*.... Construitur cum præpos. ב.

Præt. 3. p. f. m. cum præf. τῷ (-) in (-) in fine ob maqqáph correpto, וְהִתְעַמֶּר־ בּוֹ וּמְכָרוֹ *qui eo abusus fuerit*, vel *cum eo negotiatus fuerit ut vendat eum*.... Deut. 24. v. 7. ubi (ו) disjunctivè accipitur.

Fut. 3. p. f. m. לֹא־תִתְעַמֵּר בָּהּ, Deut. 21. v. 14. (variè vertunt) *non negotiaberis cum eâ, per eam, de eâ; non contractum facies de eâ; non prostitues lucri gratiâ; non utêris eâ pro ancillâ.* Quidam, *non jam jus Domini ullum habebis in eam*; q. d. nihil jam mereberis.... Ex τῷ עָמַר enim per metathesin Lat. *mereo*, vel *mereor*.

עֲמַר m. Chald. unde cum præfix. כַּעֲמַר נְקֵא, Dan. 7. v. 9. Lxx. ὡσεὶ ἔριον καθαρὸν..... Vulg. & alii, *quasi lana munda*.... Ex צֶמֶר Heb. (vel potiùs Chald. à צַמַּר in Paël, *lanam vendidit*....) alternando, ut fit, צ & ע.

עֹמֶר m. Lxx. γομὸρ, δράγμα, ἀμαλὸς, Aq. ὁλκὸς, Vulg. & alii, *O'mer*, *Gómer*, *Gomór*, sive *Assaron*, mensura aridorum, decima pars scil. τῆς Ephá, seu mensuræ 8. congios Romanos capientis, vide Gram. Heb. tom. 2. p. 525. item, *manipulus, buccella, tenera spica*... Cum præf. הָעֹמֶר *ómer*, הָעֹמֶר & *ómer*, בָּעֹמֶר *ómere*. Plur. cum præfix. τῷ hhólem in (-) mutato, הָעֳמָרִים *manipulos*, בָּעֳמָרִים *manipulos*. R. עָמַר in Piél, עִמֵּר *manipulos*, sive *succisa collegit*.

עֲמֹרָה Mass. *Amoráh*, Vulg. *Gomorrha*, nomen propr. urbis in planitie (בִּכָּר) sitæ; & à Deo eversæ, Gen. 19. v. 24. videtur australior fuisse Sodomâ: quod ex ordine, quo ibi recensetur, colligitur, ibid. cap. 10. v. 19. Eusebius in Onom. Γομοῤῥὰ, μία τῆς πενταπόλεως Σοδόμων, S. Hieronymus, *Gomorrha, una de quinque civitatibus Sodomorum.* Etym. *regio habitabilis*, à עמר Arab. *cultam, habitatam*, sive *habitabilem reddidit* regionem.

עָמְרִי Mass. *Omrí*, Vulg. *Amri*, nom. propr. 1°. principis militiæ super Israël, regisque constituti, 3. Reg. 16. v. 16. Mich. 6. v. 16.

Digitized by Google

à quo civitas (ex *nomine Samer*, *Domini montis*) *Samaria*, 3. Reg. 16. v. 24. patris τȣ Achab, ibid. v. 28. ac Athaliæ matris Ochoziæ, filii Joram regis Juda, 4. Reg. 8. v. 26. 2°. filii τȣ Bechor, filii τȣ Benjamin, filii τȣ Jacob, 1. Paral. 7. v. 9. Etym. *ensis meus*, à עמר Arab. *ensis*, & (י) aff. 1. p. f. m. *meus*.

עמרם Maſſ. & Vulg. *Amram*, nom. propr. filii τȣ Caath, filii τȣ Levi, Exod. 6. v. 18. 1. Paral. 6. v. 3. & cap. 23. v. 12. Etym. *ensis eorum*; à עמר Arab. *ensis*, & ם, affix. 3. p. plur. m. *eorum*.

עמרמי Maſſ. *Amramí*, Vulg. *Amramites*, nomen patronymicum, ſeu commune virorum ex Amram oriundorum, 1. Paral. 26. v. 22. vox eadem, ac præcedens, adſumto in fine τῷ (י) terminatione ſcilicet maſculinâ nominum populorum, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 50.

עמשא Maſſ. & Vulg. *Amaſá*, nom. propr. 1°. filii τȣ̃ Jether Iſmaëlitæ, ex Abigail ſorore Sarviæ matris Joab, pro quo ab Abſalom ſuper exercitum conſtitutus fuit, 2. Reg. 17. v. 25. 1. Paral. 2. v. 17. 2°. filii τȣ̃ Adali, 2. Paral. 28. v. 12. Etym. *qui*, (ſive *quæ*) τῇ ὀφθαλμίᾳ *laborat*, à עמשא Arab. idem.

עמשי, & in pauſa עמשי, Maſſ. & Vulg. *Amaſái*, nom. propr. 1°. filii τȣ̃ Elcanæ, 1. Paral. 6. v. 24. & 12. v. 18. & 15. v. 23. (an idem?) patris τȣ̃ Mahath, 2. Paral. 29. v. 11. Etym. *onera mea*, à ſingulari inuſitato, עמש *onus* (R. עמס *oneravit*) alternando videlicet ש & ס, (ut fit) & (י) affix. 1. p. ſ. c. vel Arabicè, *calamitates*.

עמשסי Maſſ. *Amaſchſái*, Vulg. *Amaſſai*, nomen propr. filii τȣ̃ Azreel, filii τȣ̃ Ahazi, filii τȣ̃ Moſollamoth, filii τȣ̃ Emmer, (quorum *fratres potentes nimis*), Nehem. 11. v. 13. Etym. *aptus lacti* è mammis exprimendo, à עמש Arab. *aptus*, Gig. Cam. & סי Arab. *lac adhuc uberibus contentum*, Gol.

עמת nomen fem. conſtructum, vi præpoſitionis vel expreſſæ, vel ſubintellectæ adverbiaſcens. Lxx. πλάγιον, Vulg. & alii, *latus*. Conſtr. ob ש ſeq. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 122. c. 1. Eccleſ. 5. v. 15. *miſerabilis prorsus infirmitas*, כל־עמת שבא כן ילך, Lxx. ὥσπερ γὰρ παρεγένετο, οὕτως καὶ ἀπελεύσεται *ut enim venit, ita & abibit*. Vulg. *quo modo venit, ſic revertetur*. Quidam, *& hoc etiam malum deflendum: omnia, quo latere*, (unde, è pulvere ſcilicet) *veniunt, illuc* (in pulverem videlicet) *redeunt*. Cum præf. לעמת, Lxx. κατά, κατὰ τὸ, ὃν τρόπον, κατέναντι, participialiter, ἐχόμενος ..... Vulg. & alii, *ſecundùm, ſicut, quemadmodum, è regione, ex adverſo, contiguus* .... Quidam, *ad latus, à, è, in latere*, גם את־זה לעמת־זה עשה האלהים .... Eccl. 7. v. 14. al. 15. Lxx. καί γε σὺν τούτῳ σύμφωνον τοῦτο ἐποίησεν ὁ Θεὸς .... *etquidem huic congruenter illud fecit Deus* .... Sym. καὶ γὰρ τοῦτο ἀνάλογον τούτῳ ἐποίησεν ὁ Θεὸς .... *etenim hoc conſentaneum illi fecit Deus* .... Alex. τοῦτο σύμφωνον (καὶ) τοῦτο .... *hoc congruens* (*&*) *illud* .... Ald. Complut. σὺν τούτῳ σύμφωνον τούτῳ (Ald. τούτων) *cum hoc congruens illi* (Ald. *illorum*). Vulg. *ſicut enim hanc* (*diem*) *ſic & illam fecit Deus* .... Alii, *quippe hunc* (nempe, diem mali) *contrà, ſecundùm, juxtà illum* (nimirùm, diem boni) *fecit Deus* .... Quidam, *& hunc etiam ad latus illius* (proximè) *fecit Deus*. Fecit omnia ἀντίστοιχα; Lxx. item, Verbal. ἐξισόω *adæquo*. Sæpe apud τοὺς Lxx. vacat; מלעמת *à latere, è propinquo, ex obliquo* .... Cum præf. & affix. לעמתו *de, à latere ejus*, (è *regione ipſius*), m. לעמתם *de, à latere* (*è regione*) *eorum*. Plur. cum præf. לעמות *de, à lateribus*, (è regione) .... R. עמם *texit* ... unde עמה, ex quo (ferè conſtructum ob nomen ſcil. vel ſequens, vel ſubintellectum). עמה *latus* ..... ſic dictum, quod tegatur.

ענב m. Lxx. Aq. Sym. σταφυλή, Lxx. ῥάξ, Vulg. & alii, *uva, uva paſſa*, דם־ענב. Deut. 32. v. 14. *ſanguinem uvæ*. Plur. ענבים *uvæ*. Cum præf. וענבים *& uvæ*, הענבים *uvas*, כענבים *ſicut uvæ*. Conſtr. cum (·) ſub ע & dagh. ב infixo, ענבי, (quaſi à ענב per legem æquivalentiæ, pro ענב) *uvæ*. Cum affix. מו Poëtico, & ellipſi τȣ̃ (י) indicis numeri plur. vide Gram. Heb. t. 1. p. 128.

Digitized by Google

c. 1. עֲנָבָמוֹ (pro עֲנָבֵימוֹ) *uvæ eorum*. R. עָנַב Arabibus (in II.) *uvas tulit vitis*.

עֲנָב Maſſ. *Anáv*, Vulg. *Anab*, nom. propr. *urbis in montanis Tribûs Juda*, Joſ. 11. v. 21. (& cap. 15. v. 49.) *hanc putabat Euſebius eſſe vicum Betoannab, diſſitum 4. mill. à Dioſpoli verſus orientem : ſed Hieronymus ſcribis pleroſque affirmare eum in octavo ab ea milliario ſitum, & appellari Bethannabam.* Had. Reland. Palæſt. p. 560. Etym. *uva*, à עֵנָב Chald. (־ֵ) in (־ָ) ob pauſam mutato) idem.

ענג QAL, unde PUAL עֻנַּג, ex quo Paoul ſ. f. cum præf. הַמְּעֻנָּגָה, Jerem. 6. v. 2. Lxx. paraphraſtas agunt, nec verbum, nec ſenſum exprimunt. Vulg. & alii, *delicatæ, delicatè enutritæ, delicioſæ, voluptatibus abundanti*.... Hinc per metatheſin, Gr. γάνυμαι, γάννυμαι.... γάνος.

HITHPAEL הִתְעַנֵּג, Lxx. τρυφάω, ἐντρυφάω, κατατρυφάω, πεποιθὼς εἰμι, παρρησίαν ἔχω, καύχάζομαι.... Vulg. & alii, *delector, delicior, ipſe me oblecto, confidens ſum, confido, confidenter ago, loquor*..... Subſtantivè, τρυφερότης *deliciæ, mollities, luxus*....

Praet. 3. p. plur. c. cum præf. וְהִתְעַנְּגוּ עַל־רֹב שָׁלוֹם, Pſal. 36. Heb. 37. v. 11. *& oblectabunt ſe in multitudine pacis* 2. p. pl. m. cum præf. וְהִתְעַנַּגְתֶּם *& oblectetis vos*, m.

Infin. cum præf. מֵהִתְעַנֵּג וּמֵרֹךְ, Deut. 28. v. 56. *præ mollitie victûs, ac teneritudine.*

Imper. 2. p. ſ. m. cum præf. ex forma (־ַ), וְהִתְעַנַּג *& delectare, oblecta te.*

Fut. 3. p. ſ. m. ex forma (־ַ), quod ob pauſam in (־ָ) mutatur, יִתְעַנָּג *oblectabit ſe*. 3. p. ſ. f. cum præf. וְתִתְעַנַּג *& oblectabit ſe*. 2. p. ſ. m. Iſai. 58. v. 14. *tunc* תִּתְעַנַּג עַל־יְהוָה *deliciaberis propter Dominum*, Dominus tibi erit cauſſa voluptatis, ac lætitiæ. Cum (־ָ) ob pauſam, תִּתְעַנָּג *oblectabis te*. 2. p. plur. m. in pauſa, unde (־ַ) primariæ vocis reductum in (־ָ) mutatur, עַל־מִי תִּתְעַנָּגוּ, Iſai. 57. v. 4. *ſuper quo deliciamini? quæ ſunt deliciæ veſtræ?*

עָנֹג m. Lxx. τρυφερός, Vulg. & alii, *delicatus, delicioſus, luxurioſus, voluptatibus, ſuavitatibus aſſuetus.* Cum præfix. וְהָעֲנֻגָּה *& delicatus*. Fem. hhólem in (־ֻ) ſequenti dagheſch mutato, (per legem æquivalentiæ ad euphoniam,) cum præf. וְהָעֲנֻגָּה *& delicata*. רַכָּה וַעֲנֻגָּה, Iſai. 47. v. 1. vel 3. *mollis, ac delicioſa*. Rad. עָנַג in Pual עֻנַּג *delicatus fuit.*

עֹנֶג m. Lxx. τρυφερός *delicatus, delicioſus*.... legebant עָנֹג idem. Vulg. & alii, *deliciæ, voluptas*, בְּהֵיכְלֵי עֹנֶג, Iſai. 13. v. 22. *in palatiis deliciarum*, וְקָרָאתָ לַשַּׁבָּת עֹנֶג, ibid. cap. 58. v. 13. *& vocabis ſabbathum delicias*. Radix ead. ac præcedentis.

ענד QAL. Lxx. ἐγκλοιόω, περιτίθημι, Sym. σφίγγω, Vulg. & alii, (*ligo*) *illigo, innecto, circumpono, circundo* (propriè, torque collum, ſive coronâ caput) *ſtringo*. Hinc per metatheſin, ac ſyncopen, Gr. δέω, per aphæreſin, Lat. *nodo*, per metatheſin, & apocopen, Gal. *je noue*.

Imper. 2. p. ſ. m. עֲנֹד (¹) ob affixum mutato in (־ֳ hhatoúph), quod cum (־ְ) penultimæ ſedem commutat, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 351. c. 1. עָנְדֵם עַל־גַּרְגְּרֹתֶךָ, Proverb. 6. v. 21. *liga ea ad fauces tuas* (ad collum tuum (habe pro torque, & ornamento.

Fut. 1. p. ſ. c. cum aff. אֶעֶנְדֶנּוּ עֲטָרוֹת לִי, Job. 31. v. 36. *alligarem eum* (librum, volumen) *in coronas*, diademata, *mibi.*

ענה QAL. Lxx. Aq. Sym. Theod. ἀποκρίνομαι, Lxx. ἀπόκρισιν δίδωμι, ἀνταποκρίνομαι, ὑπολαμβάνω, εἰσακούω, εἰσακούομαι, ἐπακούω, Lxx. Aq. Sym. quinta & ſexta Editiones, ἐπακούομαι, Lxx. ὑπακούω, λέγω, εἶπω, ἐρῶ, λαλέω, φθέγγομαι (Sym. ἀποφθέγγομαι), ἐξάρχω (Aq. Sym. καταλέγω) ἐπερωτάω, μαρτυρέω, καταμαρτυρέω, ψευδομαρτυρέω, ἀνθίστημι, ἀντέπω, ἀντικαθίστημι, προστίθημι, ἀντικρίνομαι, ταπεινόω, ταπεινόομαι (Sym. ὑποπίπτομαι, ἐντρέπομαι, κακόω, κακόομαι, θεραπεύω, θεραπεύομαι, Sym. ἀσχολέομαι ; Vulg. & alii, *reſpondeo, reſponſum do, contra reſpondeo, dicentis ſermonem excipio*, ὑπακούομαι, *audio, exaudio, exaudior, obedio*, (juſſus *reſpondeo*), quaſi re, vel verbis reſpondeo, ſic cum accuſativo, & articulo אֶת vel ſine ; inde haud rarò ſumitur pro *dico, loquor, elo-*

Digitized by Google

quor, enuntio, profero, vocem emitto, sonitum edo, clamo, vociferor, incipio cantare, *præcino*, (Vulg. *canto*,) *cantando recito* (Lex. Hebr. ad Hexapl. *interrogo*,) *testimonium contra falsum dico; contrasto, contradico, oppono, objicio*, (*adjicio*), *judicio, contendo contra aliquem*, (*respondeo*); & sic ferè cum accusativo vel præpositione ב construitur, *deprimo, abjicio* (alium, vel ipse me) *deprimor, abjicior, pudore suffundor, affligo* ipse me, vel alium, *vexo, vexor, distrahor, negotiis oneror, differor, distringor*.... Item, *laudo*, unde Gr. *αἶνος, αἰνέω*.... Lxx. item, adjectivè, *ἀναντίῤῥητος irrefutabilis*....

Praet. 3. p. s. m. עָנָה *testificatus est, respondit*.... פִּיךָ עָנָה בְךָ, 2. Reg. 1. v. 16. *os tuum testimonium dixit in te*, (m.) vel verum, vel falsum; si verum, es homicida; si falsum, dictum est falsum testimonium in re capitali, (in caussa sanguinis), quod capitale est; justè ergo... retracto ab ultima ad penultimam ob concursum accentu, vide Gram. Heb. tom. 2. p. 308. Ruth. 1. v. 21. *quid me vocatis* נָעֳמִי (per metathesin) *amœnam.... quum Dominus* עָנָה בִי *testimonium dixerit*, vel *sententiam pronuntiârit adversus me....?* Cum præf. וְעָנָה *& clamabit, testificabitur*. Cum affix. עָנָהוּ *allocutus est eum, respondit ei*. Cum (ֶ) loco (ֵ) ante affix. ךָ ob pausam, עָנֶךָּ *respondebit tibi*, m. עָנָנִי *respondebit mihi*, c. Cum præf. & affix. וַיַּעֲנֵנִי *& exaudivit me*, c. עָנָם *exaudivit eos*. 3. p. s. f. retracto ab ultima ad penultimam accentu ob concursum, vide Gram. Heb. tom. 2. p. 308. וְחַטֹּאותֵינוּ עָנְתָה בָּנוּ, Isai. 59. v. 12. *& peccata nostra* (i. *& peccatorum nostrorum quodque*, ceu testes sigillatim vocati, & examinati. Syntaxis distributiva, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 478. can. V.) *testatur contra nos*; ut simus ἀναπολόγητοι. Cum præfix. וְעָנְתָה *& testificabitur, proloquetur, canet*... 2. p. s. m. cum præf. וְעָנִיתָ *& apertè loquêris*. Cum affix. in pausa, עֲנִיתָנִי *exaudies, exaudisti me*, c. עֲנִיתָם *exaudivisti eos*. Cum præf. & aff. וַעֲנִיתָם *& responderis eis*, m. 1. p. s. c. עָנִיתִי *exaudiam*. In altera significatione, Psal. 115. Heb. 116. v. 10. *credebam*, (confidebam, nempe, mea diruptum iri vincula) *etiam quum ipse dicerem*: אֲנִי עָנִיתִי מְאֹד *ego vehementer dejectus sum*. Cum affix. עֲנִיתִיךָ *exaudiam te*, m. 3. p. pl. c. עָנוּ *responderunt*. Cum præfix. וְעָנוּ עָלַיִךְ הֵידָד, Jerem. 51. v. 14. *& pronuntiabunt super te*, (f.) *cantilenam vindemiatorum*. Calcabunt te cum celeusmate. 2. p. plur. m. עֲנִיתֶם *respondistis*.

Ben. s. m. קָרָאתִי וְאֵין עוֹנֶה, Isai. 50. v. 2. *vocavi, clamavi.... nec erat respondens*, h. e. qui ostenderet se aurem præbuisse vocationi meæ. Sic ibid. cap. 65. v. 12. & Jerem. 7. v. 13. Cum hhólem deficienti, עֹנֶה *respondens*. Lxx. substantivè, *εἰσακούσεις auditio*. Cum præf. וְעֹנֶה מֵאָהֳלֵי יַעֲקֹב, Malach. 2. v. 12. *respondentem* (*doctorem*, sive *prophetam*, legis interpretem, scribam: qui consultus respondet) *de, in tabernaculis Jacob*... Sacerdotis descriptio. Cum ה pronominis relativi vices supplenti, הָעֹנֶה *qui exaudit*. Cum affix. עֹנֵהוּ *respondens ei*, m. עֹנֶךָּ (ubi (ֶ) loco (ֵ) ante ךָ ob pausam) *qui respondeat tibi*, m. Plur. m. cum præf. הָעֹנִים *respondentes*.

Infin. ex terminatione ות, עֱנוֹת *clam canere*..... Lxx. substantivè, *ὑπακοὴ obedientia, πίστις fides*. Alii, *humilitas, mansuetudo*. Cum præfix. לֵב צַדִּיק יֶהְגֶּה לַעֲנוֹת, Proverb. 15. v. 28. *cor justi meditatur ad respondendum*, ut respondeat. Non temere effutit, quicquid in buccam venit. In altera significatione, Eccles. 1. v. 13. *hoc negotium* (nempe, studium literarum) *pessimum fecessit Deus filiis hominum*, לַעֲנוֹת בּוֹ *ut eo* scilicet *vexarentur*, מֵעֲנוֹת miserunt *respondere, cessârunt loqui*....

Imper. 2. p. s. m. עֲנֵה *responde, testificare*.... Cum affix. עֲנֵנִי *exaudi me*, c. עֲנֵנוּ *exaudi nos*, c. Cum præf. & affix. וַעֲנֵנִי *& exaudi me*, c. 2. p. plur. m. עֱנוּ, עֲנוּ *testificamini, acclamate, canite*.

Fut. 3. p. s. m. יַעֲנֶה *respondebit, exaudiet*. In altera significatione, וּמֵהֲמוֹנָם לֹא יַעֲנֶה, Isai. 31. v. 4. *neque strepitu eorum demittit se, mansuescit*, sive mitior redditur. Cum præf. וַיַּעַן, cum apocopa, & (ֶ)

Digitized by Google

loco ־ִי (·) sub ע, vide Gram. Heb. t. 1. p. 288. c. 2. יַעַן *& respondebit*. Cum aff. יַעֲנֵהוּ *exaudiet eum*, יַעֲנֵנוּ *respondebat ei*, m. יַעֲנֶנָּה *respondebat ad illud*, f. הַכֶּסֶף יַעֲנֶה אֶת־הַכֹּל, Eccles. 10. v. 19. *& pecunia respondet omnibus*, h. e. votis omnium. Quidam, *& pecunia audit omnia*, vel *laudat*, sive *commendat*, *prædicat .... omnes*. Cum præf. & aff. וַיַּעֲנֵהוּ *& exaudivit eum*, יַעַנְךָ *respondebit tibi*, *exaudiet te*, m. יַעֲנֵנִי *respondebit mihi*, c. וַיַּעֲנֵנִי *& exaudivit me*, *& respondit mihi*, c. יַעֲנֵם *exaudivit eos*, וַיַּעֲנֵם *& respondebit eis*, m. יַעֲנֵם *& respondit eis*, m. יַעֲנֵנוּ *exaudiat nos*, c. 3. p. f. f. תַּעֲנֶה *exaudiet*. Cum apocopa, & duplici (-) pro dupl. (·) ob ע primam radicalem, vide Gram. Heb. t. 1. p. 289. c. 2. תַּעַן *loquetur*. Cum præf. וַתַּעַן *& respondit*. Cum affix. תַּעַנְךָ *responderit tibi*, m. 2. p. f. m. תַּעֲנֶה *respondebis*, *testificaberis*. Cum apocopa, &c. ut mox supra, תַּעַן *respondeas*. Cum affix. תַּעֲנֶנּוּ *respondebis ei*, m. תַּעֲנֵנִי *exaudies me*, c. Cum præf. & affix. וַתַּעֲנֵנִי *& exaudivisti me*, c. 3. Reg. 8. v. 35. *& a peccatis suis conversi fuerint*, כִּי תַעֲנֵם *quum testatus fueris contra eos*, immissâ scilicet siccitate, ut factum est 2. Reg. 21. v. 1. vel *quum testaberis illis* ad conscientiam, aut per vocem prophetarum, quod peccaverint. תַּעֲנֵנוּ *exaudies nos*, c. 1. p. f. c. אֶעֱנֶה אֶת־הַשָּׁמָיִם, Hos. 2. v. 23. *exaudiam cælos....* h. e. dabo cælo (i. aëri ubi gignitur pluvia) constitutionem optimam, qualem optaret, si sensum haberet. Metaphora est à turba supplicantium, & prosopopœia. אֶעֱנֶה *respondebo*; in altera significatione, *affligar*. Cum præf. וְאֶעֱנֶה, וָאֶעֱנֶה *& respondebo*. Cum apocopa, & duplici (-) pro duplici (·) ob ע, ut supra, וָאַעַן *& respondi*. Cum affix. אֶעֱנֶנּוּ *respondebo ei*, m. Cum præf. & affix. וְאֶעֱנֵהוּ *& exaudiam eum*, אֶעֶנְךָּ *exaudivi te*, m. in pausa, unde (·) pro (·) ante affix. ךָ, אֶעֱנֶךָּ *respondebo*, *exaudiam te*, m. & cum præf. וְאֶעֶנְךָּ *& exaudiam te*, m. אֶעֱנֵם *exaudiam eos*, וְאֶעֱנֵם *& exaudiam eas*. 3. p. pl. m. יַעֲנוּ *respondebunt*, *canebant*; & in altera significatione, *affligunt se*, debilitantur. Cum præf. וַיַּעֲנוּ *& responderunt*. Cum affixo ה & expresso ה, quod in fine subintelligebatur, vide Gram. Heb. t. 1. p. 77. c. 1. יַעֲנוּכָה *respondent tibi*, m. 3. p. plur. f. תַּעֲנֶינָה *respondebant*, Judic. 5. v. 29. ubi ־ִי (י) in penultima deficiens per daghesch ־ִי נ sequenti infixum compensatur, vel commodiùs, ־ִי תַּעֲנֶנָּה est 3. p. f. f. Futuri cum affix. 3. p. f. f. unde sic vertas: *principum feminarum sapiens quæque* תַּעֲנֶנָּה *respondebat ei*, matri Sisaræ. Syntaxis distributiva, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 478. can. V. Cum præf. וַתַּעֲנֶינָה *& responderunt*. 2. p. plur. m. cum præf. וַתַּעֲנוּ *& respondistis*. Cum affix. & (·) loco ־ִי (י) in penultima ad euphoniam, תַּעֲנוּהוּ *respondebitis ei*, m.

NIPHAL נַעֲנָה, Lxx. εἰσακούω, ἀνταποκρίνομαι, ἀποκρίνομαι, ἠχέομαι, ταλαιπωρέω, ταπεινόομαι, ἐντρέπομαι, Vulg. & alii, *audio*, *exaudio*, *vicissim audio*, *respondeo*, *responso* (*resisto*), *malo*, *damno afficior*, *vexor*, *affligor*, *laboribus*, *calamitatibus*, *ærumnisque conficior*, *miser sum*, *malè mecum agitur*, *deprimor*, *comprimor*, *opprimor*, *pudore suffundor*, *verecundor*, *revereor....*

Praet. 1. p. f. c. אֲנִי יְהוָה נַעֲנֵיתִי לוֹ בָא, (scribitur בָּה), Ezech. 14. v. 3. vel 4. *ego Dominus adductus sum ut respondeam ei* (ut scilicet revelem secretum cordis ejus, non ut dem ei petitiones cordis ejus, ut v. seq. exponit,) *venienti....* In altera significatione, נַעֲנֵיתִי עַד־מְאֹד, Psal. 118. Heb. 119. v. 107. *afflictus*, *dejectus.... sum supra modum.*

Ben. f. m. נִגַּשׂ וְהוּא נַעֲנֶה, Isai. 53. v. 7. *exigebatur*, (nostrum scilicet debitum, ex rigore justitiæ divinæ), *& ipse se satis facturum spopondit*. Vel in altera significatione, *exigitur* (exquiritur) *pravitas omnium nostrûm ipsi impacta*, (utique punienda) *inde duriùs cum illo agitur*. Ezech. 14. v. 6. vel 7. *ego Dominus* נַעֲנֶה־לּוֹ (naanehlló) בִּי, *sum ei responsurus*, *per me*, non per prophetam, non verbo, sed facto. Fem. f. וְנֶפֶשׁ נַעֲנָה תַּשְׂבִּיעַ, Isai. 58. v. 10. *& animam debilitatam*, exhaustam, *exsatiabis*.

Infin. cum præfixo לְ, motione ־ִי ה characteristici extrusi affecto, vide Gram.

Digitized by Google

Heb. t. 1. p. 293. c. 2. Exod. 10. v. 3. *quousque renuis* לֵעָנֹת מִפָּנָי *cedere* (ut debilior) *à facie mea*, five *mihi*? Summittere fasces? Gal. *de baisser le pavillon*?

Fut. 3. p. f. m. הֲרֹב דְּבָרִים לֹא יֵעָנֶה, Job. 11. v. 2. *an multitudo verborum carebit responso*? 1. p. f. c. אֵעָנֶה, vel וְלֹא אֵעָנֶה, ibid. 19. v. 7. *nec respondeor*, h. e. nemo me dignatur responso.

PIEL עִנָּה, Lxx. ἐξάρχω, Lxx. Incertus, χαλόω, Lxx. Aq. κακουχέω, Lxx. ταπεινόω, ἐπάγω, σαλεύω; Alius, μετακινέω.... Vulg. & alii, (*canto*, *cano*, *accino*) *præcino*, *malo*, *five damno afficio*, *malè tracto*, (intransitivè, *malè habeo*,) *vexo*, *affligo*, *deprimo*, *comprimo*, *subigo*, (pudicitiæ scilicet violandæ causâ) *opprimo*, *impingo*, *illido*, *agito*, *moveo*, *commoveo*, *transmoveo*.... Lxx. item, εἰσακούω, ἐπακούω *audio*, *exaudio*.... legebant in Qal עָנָה.

Praet. 3. p. f. m. עִנָּה *afflixit*, *oppressit*, *compressit*, *subegit*.... עִנָּה בַדֶּרֶךְ כֹּחִי, Psal. 101. Heb. 102. v. 24. *debilitavit* (hostis) *itineribus vires meas*. Lxx. in altera significatione, ἀπεκρίθη.... Vulg. *respondit*.... legebant עָנָה & כֹּחוֹ, sicque huncce versum haud parum deformârunt. 2. p. f. m. עִנִּיתָ *afflixisti*. Cum affix. עִנִּיתָהּ, Deut. 21. v. 14. *quam compressisti*; in pausa, quare (-) in (־) sub ה mutatur, וֶאֱמוּנָה עִנִּיתָנִי, Psal. 118. Heb. 119. v. 75. *sed verè*, (sive *ex veritate*, satis, pro *statu*), *afflixisti me*. Christus patrem alloquitur. Conf. ibid. v. 107. עִנִּיתָנוּ *afflixisti nos*, c. 1. p. f. c. עִנֵּיתִי בַצּוֹם נַפְשִׁי, Psal. 34. Heb. 35. v. 13. *subegi jejunio animam meam*, h. e. *corpus meum* (in servitutem redegi) vires carnis minuuntur jejunio. Cum præf. & affix. absque (י) τῶ (־) comite, nec in medio, nec in fine, וְעִנִּתִךְ לֹא אֲעַנֵּךְ עוֹד, Nahum. 1. v. 12. *ubi te*, ô Ninive! *afflixero*, *non ultra te affligam*, h. e. uno ictu te prosternam, ut supra, v. 9. ἅπαξ ἐκθλίψω. 3. p. plur. c. עִנּוּ *afflixerunt*, *compresserunt*.... Cum præf. וְעִנּוּ & *affligent*.... 2. p. plur. m. cum præf. וְעִנִּיתֶם & *affligetis*. 1. p. pl. c. עִנִּינוּ *affligimus*, *debilitamus*.

Ben. pl. m. cum affix. Isai. 60. v. 14. & *venient ad te incurvi filii eorum*, מְעַנַּיִךְ *qui subjiciebant te*, f.

Infin. ex forma absoluta, עַנֵּה *affligendo*, vexando. Ex terminatione וֹת, עַנּוֹת *affligere*.... In altera significatione, קוֹל עַנּוֹת, Exod. 32. v. 18. *vocem concentûs* ego audio. Cum præfix. עַל־מָחֲלַת לְעַנּוֹת, Psal. 87. Heb. 88. v. 1. *pro máhhaláth leannóth*; est aliis מָחֲלַת..... *mahhaláth*.... initium vulgaris cantilenæ, ad cujus modos decantabatur hic psalmus; aliis τό מָחֲלַת est instrumentum musicum, perforatum, pneumaticum..... quasi à חָלַל, invitatâ analogiâ. Aliis, *instrumentum musicum*, cui vox, vel chorus alternatim *respondeat*. Aliis, *instrumentum musicum luctui*, seu *lugubribus* accommodatum.... sic faciliùs ex materia ignota conficiunt instrumenta musica. Quidam, *super sterili*, *inutili*, *arida*, *afflicta*, *misera*..... (à מחלת Arab. idem); anima *ad commovendum*.... *psalmus erudiens*. Ex qua tam multiplici significatione commodiùs certè, non hujusce psalmi solius, sed & quinquagesimi secundi, Hebr. tertii, titulum interpreteris. Cum hhólem deficienti, לְעַנֹּת *ad affligendum*. Cum affix. עַנֹּתוֹ, Exod. 1. v. 11. *ut opprimemus eum*. 2. Reg. 13. v. 32. *à die*, *quâ compresserat ille*. Cum præf. & affix. לְעַנֹּתוֹ *ad subigendum eum*, sive calamitatibus, ærumnisque *obruendum*, עַנֹּתְךָ *ut affligeret te*, m. tentaretque. Cum (·) loco τῶ (·) ante affixum ךָ ob pausam, וּבַמֶּה תֵאָסֵר לְעַנּוֹתֶךָ, Jud. 16. v. 6. *quo fune ligatus subigereris*? illudereris? opprimereris?

Imper. 2. p. plur. m. עֱנוּ *accinite*. Cum præfix. וְעַנּוּ אוֹתָם, Jud. 19. v. 24. ubi præ pudore usurpatur affixum אוֹתָם masculinum, pro אוֹתָן feminino, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 508. c. 2. & *affligite*, *comprimite eas*.

Fut. 3. p. f. m. וּמִשְׁפָּט וְרֹב־צְדָקָה לֹא יְעַנֶּה, Job. 37. v. 23. Lxx. ὁ τὰ δίκαια κρίνων οὐκ οἴει ἐπακούειν αὐτόν *qui justa judicat*, *non putas exaudire eum*? Aq. καὶ κρίσιν, καὶ πλῆθος δικαιοσύνης οὐ κακώσει; Alii, & *judicium*, & *multitudinem justitiæ non opprimet*, *supprimet*

primet.... Vulg. (*magnus fortitudine*) *& judicio*, *& justitiâ*, *& enarrari non potest.* Quidam, in altera significatione, *magnus* (quivis) *potentiâ*, (accentus athnâhh hîc non distinguit, ut & alibi nonnunquam) *vel judicio*, *vel multitudine etiam justitiæ non accinet.* Ex usu Arabico, *non accedes* ad *ipsius opes*.... ex Syriaco, *non opitulabitur* omnipotenti.... Cum affix. יְעַנֶּנּוּ *afflixit eum.* Cum præf. & affix. וַיְעַנֶּהָ *& compressit eam*, וַיְעַנְּךָ *& afflixit te*, m. וַיְעַנֵּנִי *& afflixit me*, c. וַיְעַנּוּם *& afflixit eos.* 3. p. s. f. cum præf. & affix. & (י) in penultima quiescente, more Syrorum, vide Gram. Lud. *de Dieu*, pag. 398. וַתְּעַנֶּיהָ *& afflixit eam.* 2. p. s. m. תְּעַנֶּה *afflixeris.* Cum affix. אַל־תְּעַנֵּנִי, 2. Reg. 13. v. 12. *ne me stupres*, c. Cum præf. & affix. וַתְּעַנֵּנוּ *& affliges nos*, c. 1. p. s. c. cum (ו) copulante, τῷ (-) notato ob (-), quod erat sub א seq. pingendum, quodque abjicitur, vel (more Syrorum) non pingitur, vide Gram. Heb. t. 1. p. 297. c. 1. וַאֲעַנֶּה pro וַאֲעַנֶּה, *& affligam.* Cum aff. אֲעַנֵּךְ *affligam te*, f. 3. p. pl. m. יְעַנּוּ *affligebant.* Cum præfix. & affix. וַיְעַנּוּנוּ *& afflixerunt nos*, c. 2. p. plur. m. תְּעַנּוּ, & cum ן parag. תְּעַנּוּן *affligetis.*

PUAL עֻנָּה, Lxx. κακόομαι, ταπεινόομαι.... Vulg. & alii, *malo*, *damno afficior*, *vexor*, *affligor*, *debilitor*, *subigor*, *deprimor*, *comprimor*....

Praet. 1. p. s. c. Psal. 118. Heb. 119. v. 71. *bonum mihi* כִּי־עֻנֵּיתִי *quod afflictus*, *abjectus*.... *sim.* Nam.... *profectò sic est*.... Ter. Hecyr. Act. III. Scen. III. *Omnibus nobis ut res dant sese*, *ita magni*, *atque humiles sumus.*

Paoul s. m. Isai. 53. v. 4. *at nos reputavimus eum* plagis *affectum*, virgis *cæsum à judicibus*, וּמְעֻנֶּה *atque adeò abjiciendum.* Vide supra מֻכֵּה אֱלֹהִים, col. 1329.

Infin. cum affix. אֵת כָּל־עֻנּוֹתוֹ, Psal. 131. Heb. 132. v. 1. *cum omni afflictione*, *abjectione*, *solitudine*, sive *sollicitudine*, *ærumnâ*, *labore*, *sermone*, *cantu*, *carmine*, *mansuetudine*.... *ejus*, m.

Fut. 3. p. s. f. תְּעֻנֶּה בְּעֶצֶם, Levit. 23. v. 29. *debilitetur jejunio.*

HITHPAEL הִתְעַנָּה, Lxx. κακουχέομαι, κακόομαι, ταπεινόομαι, Vulg. & alii, *malè tractor*, sive *malè mecum agitur*, *laborem sustineo*, vel *animum despondeo*, *vexor*, *affligor*, *ipse me parcè*, *ac duriter habeo*, jejunio *debilitor*, *deprimor*, *abjicior*, vel *ipse me deprimo*, *dejicio*....

Praet. 3. p. s. m. הִתְעַנָּה *sese afflictavit.* 2. p. s. m. הִתְעַנִּיתָ *ipse te afflictâsti.*

Infin. cum præf. לְהִתְעַנּוֹת *ad affligendum nos*, וּלְהִתְעַנּוֹת *& ad affligendum* te.

Imper. 2. p. s. f. cum præf. וְהִתְעַנִּי *& submitte te*, *humiliare*, sub manibus illius.

ענה Chald. PEAL. Lxx. ἀποκρίνομαι, κακόομαι.... Vulg. & alii, *respondeo*.... *affligor*.... &c. ut in Hebr.

Praet. 3. p. s. f. עֲנָה *respondit.* 3. p. plur. m. עֲנוֹ *responderunt.*

Ben. s. m. cum ה pro א in fine, עָנֵה *respondens.* Plur. m. עָנַיִן *respondentes*; in pausa, unde (-) loco τοῦ (-) sub נ, & in altera significatione, עָנַיִן, Dan. 4. v. 24. Lxx. πένητες, Vulg. & alii, *pauperes*, *inopes*, *humiles*, *debiles*, *afflicti*....

עֲנָה Mass. *Anâh*, Vulg. *Ana*, nom. propr. 1°. viri Horræi, (filii Sebeon), *qui* מָצָא אֶת־הַיֵּמִם בַּמִּדְבָּר, Gen. 36. v. 24. *invenit mulos in deserto.* Sic Judæi... vide supra, col. 782. An Bochartus ipse, aliis confutatis, (legens ex Samaritano τὸ אימים, pro τῷ יֵמִם Hebræo); commodiùs vertit: *Enæos*, populos scil. Horræis vicinos, formâ giganteâ....? Quid enim, amabo, mirum, si *Anâh* vicinos, (de quibus Gen. 14. v. 5.) in deserto repererit? Quidam, *invenit in deserto* הַיֵּמִם *quod fuerat projectum in mare*, aut *à mari occupatum*, (tempore videlicet diluvii, ipsiusque undis illùc fortè) *appulsum*.... τὸ ἰαμειν, à יָמִם (τῷ (-) in (-) mutato, (3. p. s. m. præteriti passivi Arab. & ה articulo, relativi vices supplente..... vel activè,) si pro אימים Samar. legatur אומם Arab. in 3. nimirùm, p. s. m. præteriti activ. quartæ conjug. (*quod* illuc *direxerat*, *projecerat* mare....) Diluvio etiamnum accepta referuntur Marina haud pauca, quæ multis in locis altiùs (diuturnitate temporum), defos-

Digitized by Google

ſa, in lapidemque mutata inveniuntur. Vel τὸ חַיִּמַּם eſt pro חַיִּמִּים *marium*, unde ſubintellecto τοῦ בְּנֵי *filii marium*, ſive *aquarum*, h. e. *marina*, ſeu *aquatica* animalia, *aquatiles* aves, puta, (à τοῦ עֲנָה *Anáb*) Lat. *anates*, *anſeres*; Hiſpan. *andes*, *anſares*, ò *Ganſos*; Gr. χῆνες; Gal. *canes*, *canards*, & per ſyncopen τοῦ ג, *oyes*..... (Hinc per metatheſin, *je nage*; Gr. νέω; per apocop. & metath. Lat. *no*....) Uti Arabibus, אבנו־אלמא *ibnó-lmâï*, *filius-aquæ*, eſt *Anas*, *animalve aquaticum quodvis*.... Etym. *acclamavit*.... à עֲנָה Chald. idem; quo ex verbo (ſi non ex nomine τοῦ עֲנָה *Anáb*) τὰ ἔνυδρα (nempe, *anates*, *anſeres*....) ſunt & ipſa, ob clangorem, certè deducenda.... Hujuſce porrò *Ana* Oolibama (uxor Eſau) filia fuiſſe videtur *naturalis*; *adoptiva* τοῦ Sebeon Hevæi, Gen. 36. vv. 2. & 14. quod fortè indicatur τοῖς בַּת־עֲנָה, Gen. 36. v. 25. 2°. filii Seir Horræi, Gen. 36. v. 20.

עָנָו m. Lxx. Aq. Sym. Theod. πραΰς (Sym. πρᾶος); Lxx. ταπεινός, ſubſtant. ταπείνωσις, πένης, πτωχός.... Vulg. & alii, *lenis*, *mitis*, *modeſtus*, *manſuetus*, *humilis*. (Subſtantivè, *humilitas*,) *pauper*, *inops*, *indigus*, *mendicus*.... Plur. עֲנָוִים *humiles*, *manſueti*... Cum præf. וַעֲנָוִים *& humiles*, וְלַעֲנָוִים *& humilibus*. Conſtr. עַנְוֵי *humiles*. Cum præf. Iſai. 11. v. 4. *& arguet de jure* לְעַנְוֵי־אֶרֶץ *pro agrorum*, ſive *deliciarum egentibus*, pro *afflictis in terra*, vel *manſuetis*; quales ſunt illi pauperes, quos Chriſtus proteget. Rad. עָנָה *afflictus* (hinc *humilis*) *fuit*....

עָנוּב Maſſ. *Anúv*, Vulg. *Anob*, nom. proprium filii τοῦ Cos, 1. Paral. 4. v. 8. Etym. *ocellus* (præ amore à parentibus ſic vocatus) à עֲנוּב Chald. idem.

עֲנָוָה f. Aq. Sym. πραότης, πραΰτης, Lxx. παιδεία.... Vulg. & alii, *lenitas*, *manſuetudo*, *humanitas*, *ſapientia*, *prudentia*, *modeſtia*.... Item, *abjectio*, *humilitas*..... Lxx. item, ἀδικία *injuſtitia*, *iniquitas*, *ſcelus*; legebant per metatheſin, עַוְנָה idem. Verbaliter, ἀποκρίνομαι *reſpondeo*, ταπεινόω *deprimo*.... R. עָנָה *afflictus fuit*, ex afflictione enim humilitas....

עַנְוַת f. Lxx. Aq. Sym. πραΰτης.... Vulg. & alii, *humanitas*, *ſemper lenitas*.... &c. ut in voce præced. Lxx. item, παιδεία *inſtitutio*. Cum præfix. וְעַנְוַת *& manſuetudinis*. Cum præf. & affix. וְעַנְוַתְךָ תַרְבֵּנִי, Pſal. 17. Heb. 18. v. 36. *& tua ſemper lenitas educat me*, ſuſtentat. Radix ead. ac vocis præced.

עֱנוּת f. hinc וְלֹא שִׁקַּץ עֱנוּת עָנִי, Pſal. 21. Heb. 22. v. 25. Lxx. οὐδὲ προσώχθισεν τῇ δεήσει τοῦ πτωχοῦ, Vulg. *neque deſpexit deprecationem*.... (fortè legebant עֲנוֹת). Samar. ἀπόκρισιν *reſponſionem*.... Alii, *nedum abominatus ſit afflictionem inopis*..... paſſionem, clamorem... Chriſti in cruce pendentis.

עָנִי m. Lxx. ἀσθενής, Lxx. Aq. πένης, Lxx. Sym. πτωχός, Lxx. πενιχρός, ταπεινός, πραΰς.... Vulg. & alii, *debilis*, *infirmus*, *invalidus membris*, *fractus labore*, *imbecillis*, *pauper inops*, *mendicus*, *pauperculus*, (hinc) *humilis*, *lenis*, *mitis*, *manſuetus*.... Hinc Gr. Ἐνεός. Lxx. item, ſubſtantivè, ἀδικία *injuſtitia*; legebant (per metatheſin), alternandoque (ו) & (י), עָוֹן pro עָנִי. Verbaliter, ἐκκόπτω *excido*, ἐπακούω *exaudio*, πένομαι *pauper*, *inops ſum*, ταπεινοῦμαι *deprimor*.... Iſai. 66. v. 2. *reſpicio* אֶל־עָנִי וּנְכֵה־רוּחַ *ad humilem* (de ſe modeſtè ſentientem) *& perculſum ſpiritu*, ex agnitione ſcilicet peccatorum. עָנִי וְרֹכֵב עַל־חֲמוֹר, Zach. 9. v. 9. *humilis*, (& ſtatu, & animo) *manſuetus* (pacificus) *& inſidens aſino*, (vel *aſina*), quo non in bello, ſed in pace utuntur; ut ſcilicet ſimul ſignificet, Iſraëlitis deinceps non opus fore equis & curribus, ut eſt in v. ſeq.... Cum præf. וְעָנִי *& pauper*, הֶעָנִי *pauper*, לְעָנִי, & cum motione τοῦ ה excluſi, לֶעָנִי *pauperi*, מֵעָנִי *à paupere*. Plur. m. cum (י) in penultima ubique τοῦ dagheſch roborato, ſive duplicato, prævio τοῦ (ֲ) loco τοῦ (ָ), vide Gram. Heb. t. 1. p. 63. עֲנִיִּים *pauperes*. Cum præf. וַעֲנִיִּים *& pauperes*, הָעֲנִיִּים *pauperes*. Conſtr. עֲנִיֵּי, (cum (ו) loco τοῦ (י), Job. 24. v. 4. עֲנִוֵּי) *pauperes*. Cum præf. & affix. abſque (י) plur. num. indice, וַעֲנִיָּו *& pauperum ſuorum*, m. עֲנִיֶּיךָ *pauperes tui*, m. deficienti τοῦ (י) plur. num. indice, וַעֲנִיֶּךָ *& paupe-*

Digitized by Google

res tui, m. לְעֲנִיֶּךָ *pauperibus tuis*, m. Hinc Gal. *benni*, *bonnir*. Nam (ut ait Juven.)

Nil habet infelix paupertas durius in se,
Quàm quòd ridiculos homines facit....

R. ענה *afflictus*, *inops*.... hineque *humilis* ....*fuit*.

עֳנִי m. Lxx. Sym. ταπείνωσις, Aq. Sym. κακουχία, Lxx. θλῖψις, ὀδύνη, Lxx. Aq. Sym. πενία, Lxx. πτωχεία, ταπείνωσις.... Vulg. & alii, *afflictio*, *vexatio*, *oppressio*, *anxietas*, *angor*, *dolor*, *inopia*, *pauperies*, *mendicitas*, *humilitas*.... In pausa, unde τὸ ע hhólem loco τῦ (ֻ) afficitur, בְּחַרְתִּיךָ בְּכוּר עֹנִי, Isai. 48. v. 10. (*conflavi te*, *non quidem in argentum* eruendum): sed *selegi te in catinum afflictionis*; (malui te sepositum ad fornacem miseriæ;) quàm *succisum*, deletum.... Confer vv. 8. 9. & 11. Cum præf. בְּעָנִי *afflictionem*, מֵעֳנִי *ex afflictione*; in pausa, unde τὸ ע hhólem pleno vel deficiente notatur, מֵעֹנִי מֵעֳנִי *præ afflictione*, *mœrore*.... Cum præf. & aff. בְּעָנְיוֹ *per afflictionem ejus*, *suam*, m. עָנְיוֹ *afflictionis ejus*, f. עָנְיֵךְ *afflictionem tuam*, f. עָנְיִי *afflictio mea*, c. בְּעָנְיִי *in afflictione mea*, *afflictionem meam*, c. עָנְיָם *afflictionem ipsorum*, עָנְיֵנוּ *afflictionem nostram*, c. R. ענה *afflictus*....*fuit*.

עֻנִּי Mass. *Unni*, Vulg. *Ani*, nom. proprium Sacerdotis, 1. Paral. 15. v. 18. Etym. *affligi meum*, sive *afflictio mea*, ab Infinitivo τῦ Puál, (substantivè sumpto) עֻנָּה, & affix. 1. p. f. c. (ִי).

עֲנָיָה Mass. *Anaiâh*, Vulg. *Ania*, nom. proprium viri, Nehem. 8. v. 4. Etym. *mansuetudo*, à ענה *mansuetus*.....*fuit*; unde ענוה (uti עֲנָוָה) *mansuetudo*....

עֲנִיָּה f. Lxx. ταπεινή, τεταπεινωμένη, Vulg. & alii, *humilis*, *humiliata*, *afflicta*, *paupercula*.... Hinc Gr. ἀνία, Gall. *ennuy*.... R. ענה *afflictus*....*fuit*.

עָנִים Mass. & Vulg. *Aním*, nomen propr. urbis in montanis Tribûs Judæ, Jos. 15. v. 49. hanc ἀναιαν vocat Eusebius, scribitque non longe abesse ab altera Anea villa grandi Judæorum sita 9. milliaribus à Chebrone versus austrum. Vide eum ad voces Ἀνίμ & Ἀνάμ. Etym. *præda*, *direptio*, *lucrum*, *spolium*, *rapina*.... à ענם Arab. idem. Uti urbs Galliæ, *Seez*, antiquis *saiorum civitas*, à σάω, σαίνω....

עִנְיָן m. Lxx. Aq. περισπασμός, Sym. ἀσχολία, Lxx. περισπασμός, Vulg. & alii, *distractio*, *occupatio* orta ex curis, & negotiis diversis; *negotium*, *cura*, *sollicitudo*, *molestia*, *tentatio*, *exercitatio*.... Sym. item, ἀνομία *iniquitas*; legebat און idem. Constr. עִנְיַן רָע; Eccles. 2. v. 13. *occupationem molestiæ*, h. e. *molestam*... Cum præf. וְעִנְיָן *& occupatio*, הָעִנְיָן *occupationem*, בְּעִנְיָן (vel constr. בְּעִנְיַן רָע), Eccles. 5. v. 13. (*vel dilabuntur ipsæ* divitiæ) *in occupatione mali*, sive *malâ*, *pessimâ*. Cum affix. עִנְיָנוֹ *occupatio ejus*, m. R. ענה *afflixit se*, *afflictus*....*fuit*; unde עִנְיָן *negotium*, molestum propriè, (uti studium juvenibus), quod affligit.

עָנֵם Mass. & Vulg. *Anêm*, nom. proprium urbis in Tribu Issachar, 1. Paral. 6. v. 73. Jos. 21. v. 29. *alio nomine venit*, Engannim *dicta*, Had. Reland. Palæst. l. III. p. 566. Etym. *diripere*, sive *direptio*, à ענם Arab. act. idem.

עֲנָמִים Mass. & Vulg. *Anamím*, nom. propr. filii τῦ Mesraïm, Gen. 10. v. 13. Etym. *direptiones*, à sing. nom. præced. עָנֵם (ex usu Arabico) *direptio*....

עֲנַמֶּלֶךְ Mass. *Anammélech*, Vulg. *Anamélech*, nom. propr. idoli Sepharvaim, 4. Reg. 17. v. 31. Etym. Talmudici de *Adrammelec*, & *Anammelec* quærunt; *quidnam sunt ista? Mulus*, *& equus* (*Adramelec cognomentum muli*, *Anammelec*, *equi*) *Adrammelec*, *sic dicitur*, *quòd portat domini sui onera*. Sanhedr. f. 63. 2. Alii, *Anammelec* formam habuit vel *equi*, vel *phasiani*, vel *coturnicis*.... Quidam, (4. Reg. 17. v. 31. *& Sepharvaim comburebant filios suos igni*), לְאַדְרַמֶּלֶךְ, τῷ *Adrammélec*, h. e. *regi* (sive *Deo*, *Molocho*, scil.) *igni*, i. *soli*, syderum, igniumve regi; וַעֲנַמֶּלֶךְ, *ac τῷ Anammélec*, h. e. *regi*, seu *Deo*....*apparenti*, sive in cælo, ut syderi, (puta, Jovi, Veneri, lunæ.... fulguri, fulmini, igni...., τῷ φαινομένῳ, sive alibi; vel *cælo ipsi apparenti*....à מלך *Mélech*, *Mlách*, *Mólech*, *Molóch*.... (Vide supra, col. 1120.) Orien-

talibus, *princeps*, *rex*, *imperator*, *Deus* .... à אדר *Adar*, vel *Odar*, Persis *ignis*, (ignicolis *Deus*,) *fulmen*, *fulgur* .... *Angelus*, seu *Dæmon*, qui præest luminari max. soli videl. & igni, ac focis .... & à ענן Arabibus, *res ipsa coràm apparens*, peculiariter, *pars cæli conspicua* .... τῷ ן deperdito per daghésch compensato. Cui sententiæ favet horumce populorum πυρολατρεία.

עָנָן m. Samarit. Lxx. νέφος, Lxx. Aq. Sym. Theod. νεφέλη, Aq. ὁμίχλη, Lxx. ἀτμίς, γνόφος, σκότος, Incertus, ἀποκρυφή ..... Vulg. & alii, *nubes*, *nebula*; (metaph. σκότωμα) *vapor*, *caligo*, *tenebræ*, *latibulum* .... Cum præf. וְעָנָן אֲבַק רַגְלָיו, Nah. 1. v. 3. *& nubes pulvis pedum ejus*, הֶעָנָן *nubes*, וְהֶעָנָן *& nubes*, בֶּעָנָן (extruso ה articulo, cujus motione τὸ ב afficitur) *in nube*, וּבֶעָנָן *& in nube*, כֶּעָנָן *ficut nubes*, וְכֶעָנָן *& ficut nubes*. Constr. עֲנַן *nubes*. Cum præf. וַעֲנַן *& nubes*, כַּעֲנַן *ficut nubes*. Cum affix. עֲנָנוֹ *nubem ejus*, *suam*, m. Cum præf. & affix. וַעֲנָנְךָ *& nubes tua*, m. Femin. sing. עֲנָנָה, Lxx. γνόφος, Vulg. & alii, *nebula*, *caligo*, *tenebræ* .... Plur. m. cum præfix. כַּעֲנָנִים *ficut nubes*. R. עָנַן, in Piél עִנֵּן *obnubilavit*.

עָנָן Mass. & Vulg. *Anán*, nom. proprium viri, Nehem. 10. v. 24. al. 27. Etym. *caligo* oculorum, sive mentis, (σκότωμα), à עָנָן idem.

עָנַן QAL. Lxx. συννεφέω, Lxx. Aq. κλυδονίζομαι, Sym. σημειοσκοπέομαι, Lxx. ὀρνιθοσκοπέομαι, ἀποφθέγγομαι .... Vulg. & alii, *connubilo*, *obnubilo*, *cælum nubibus obduco*, *nubes congrego* .... Hinc, *divino*, *ominor*, *signis quibusdam divino*, *auguror*, *auspicor*, *eloquor*, *vaticinor*. Item, *præstigiis utor*.

Ben. f. f. עֹנְנָה, Isai. 57. v. 3. Lxx. paraphrasticωs, ἄνομοι *iniqui*. Vulg. & alii, *auguratricis*, *incantatricis* .... Plur. m. cum præf. וְעֹנְנִים *& augures*, *præstigiatores*. Lxx. substantive, κληδονισμοί, οἰωνίσματα *divinationes*, *auguria*. Cum affix. עֹנְנֵיכֶם *divini*, *augures vestri*, m.

POEL עוֹנֵן, Lxx. Aq. κληδονίζομαι, Sym. σημειοσκοπέομαι, Lxx. ὀρνιθοσκοπέομαι, ἀποφθέγγομαι .... Vulg. & alii, *ominor*, *signis divino*, *auguror*, *vaticinor*, *eloquor* .... *præstigiis utor* ....

Praet. 3. p. f. m. cum præf. וְעוֹנֵן *& ex nubibus divinavit*. Et inspectione cæli, stellarum .... futura prædixit.

Ben. f. m. מְעוֹנֵן *conjector*, *divinus*, *hariolus*, *præstigiis utens* .... Plur. מְעוֹנְנִים *præstigiatores*. Lxx. substantive, κληδονισμοῖς *omina*. Cum præf. וּמְעוֹנְנִים *& auguria observantes*, *divini* ....

Fut. 2. p. plur. m. in pausa, unde τὸ (-) primariæ vocis ad penult. loco τῦ (·) revocatur, וְלֹא תְעוֹנֵנוּ, Levit. 19. v. 26. (*non exercebitis magiam*, aut *magicam divinationem*) sive per *serpentes*; sive per *pelves* .... (Ex origine, ὀρνιθομαντεία, ex usu, ὀρνιθομαντείαι ....) *neque divinabitis*, aut *prædicetis futura*, nempe ex nubibus, vel aspectu rerum cœlestium.

PIEL עִנֵּן, ex forma perfecta, unde Infin. cum præf. affix. & τῷ (·) in (-) dilatato sub priori repetitarum, (fortè, ut ibi τὸ schevá mobile esse indicetur), vide Gram. Heb. tom. 1. p. 35. c. 1. בְּעַנְנִי עָנָן עַל־הָאָרֶץ, Gen. 9. v. 14. Lxx. ἐν τῷ συννεφεῖν με νεφέλας ἐπὶ τὴν γῆν *in connubilando me nubes super terram*. Vulg. *cumque obduxero nubibus cælum*. Alii, *quum nubificabo nubem*, (h. e. cum congregabo nubes) *super terram*.

עֲנָנִי Mass. & Vulg. *Ananí*, nom. proprium filii (numero septimi) τῦ Elioenai, filii τῦ Naariæ, 1. Paral. 3. v. 24. Etym. *exercitus meus*, à עֲנָן Chald. *exercitus*, & affix. 1. p. f. c.

עֲנַנְיָה Mass. *Ananiáh*, Vulg. *Anania*, vel *Ananias*, nom. propr. 1°. urbis in Tribu Benjamin, Nehem. 11. v. 32. 2°. viri cujusdam de quo Act. 5. v. 1. 3°. Discipuli jussi *quærere* .... *Saulem*, ibid. cap. 11. v. 10. Etym. *caligo - Dei*, h. e. *maxima*, (vide Gram. Heb. tom. 1 p. 472. c. 1.) à עָנָן, (cujus constr. עֲנַן) *nubes*, *caligo* ..... & יָהּ *Deus*.

עֲנָן plur. m. Chald. unde constr. עִם־עֲנָנֵי שְׁמַיָּא, Dan. 7. v. 13. Lxx. μετὰ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ, Vulg. & alii, *cum nubibus cæli*; à

sing. ענן Chald. *nubes*. R. ענן Chald. *obnubilavit*.

ענף m. Lxx. βλαστός, παραφυάς, κλάδος, κλῆμα, ἀναδενδράς .... Vulg. & alii, *germen*, *propago*, *ramus*, *palmes*, *vitis arbustiva*, sive *arbores conscendens*, *frutex*, *suffrutex*, *surculus* ..... Cum præfix. וְעָנָף *& ramum*. Constr. cum præf. וַעֲנַף *& rami*. Rad. ענף Syr. in Ethpaal, *jubâ*, vel *ramis præditus fuit*.

עָנָף m. Lxx. κλάδος .... Vulg. & alii, *ramus* .... Lxx. item, σταφυλὴ κενά. Cum aff. עֲנַפְכֶם *ramum vestrum*, m. Plur. cum præf. & aff. וַעֲנָפֶיהָ *& ramos ejus*, f. R. ead. ac vocis præced.

עֲנַף m. Chald. unde plur. עַנְפִין, ex quo cum affix. עַנְפוֹהִי, Dan. 4. v. 11. Lxx. κλάδους αὐτοῦ, Vulg. & alii, *ramos ejus*, m. Alex. καρπὸς .... *fructus* .... Cum præf. & affix. וּבְעַנְפוֹהִי, ibid. v. 9. καὶ ἐν τοῖς κλάδοις αὐτοῦ, Vulg. & alii, *& in ramis ejus*, m. R. ענף Syr. in Ethpaal, *jubâ*, vel *ramis præditus fuit*.

עָנֵף m. unde femin. cum præf. פֹּרִיָּה וַעֲנֵפָה, Ezech. 19. v. 10. Lxx. substantivè, ὁ καρπὸς αὐτῆς, καὶ ὁ βλαστὸς αὐτῆς *fructus ejus*, *& germen illius*. Vulg. *fructus ejus*, *& frondes ejus* vitis. Alii, *fructifera*, *& ramosa*, *frondosa* vitis. R. ead. ac vocis præced.

ענק QAL. Lxx. κρατέω, Sym. ἀμφιέννυμαι .... Vulg. & alii, *amplector*, *teneo*, *induo*, *circuminduo*, *torquis in modum cingo*, *torque dono* .... ex usu Chald. *constringo*, ex Arab. *collum apprehendo*. (Hinc Gr. ἄγχω); in secunda, *tumeo*, *emineo* ....

Praet. 3. p. s. f. cum affix. poëtico מוֹ, prævio τοῦ (·), vide Gram. Heb. t. 1. p. 340. c. 1. עֲנָקַתְמוֹ (pro עֲנָקַתְהֶם), Psal. 72. Heb. 73. v. 6. *ut torques cingit eos* superbia, (quibus guttur, pectus *laudis amore tumet* ....) S. Hieron. *nutriti sunt ad superbiam*, ex propriâ verbi significatione, uti ex τοῦ Hiphil liquet. Soli igitur D..... *videtur Hieronymus* (in exponendis sacris Scripturis doctor maximus) *Aquilam pro more suo*, (i. pro consuetudine, sine electione) *exprimere* ....

HIPHIL הֶעֱנִיק, Lxx. ἐφοδιάζω, Vulg. & alii, *viaticum suppedito*, *do*, *ad viam instruo*, *per viam alo* ..... Alii, *muneribus afficio*, (ad victum scilicet necessariis) *donis*, *cumulo*, *onero* .... Construitur cum præpos. לְ.

IMPER. 2. p. plur. m. retracto ab ultima ad penultimam accentu ob concursum, עָרוּ עָרוּ עַד הַיְסוֹד בָּהּ, Psal. 136. Heb. 137. v. 7. *nudate*, *nudate* (*discooperite*, *destruite*, *evertite*, ex usu Æthiopico, *complanate*, h. e. omnia solo æquate....) *usque ad* imum *fundamentum*, quod est *in ea*, (Jerusalem) ut nulla spes ædificandi supersit.

FUT. 3. p. f. m. יְעָרֶה *nudabit*. 3. p. f. f. cum præf. & apocopa tertiæ radic. vide Gram. Heb. t. 1. p. 296. c. 1. וַתְּעַר *& evacuabat*, *effundebat*. 2. p. f. m. cum eadem apocopa, אַל־תְּעַר נַפְשִׁי, Psal. 140. Hebr. 141. v. 8. *ne offendas me*, vel *animam meam*, (nempe ad mortem, uti Isai. 53. v. 12.) vel *ne evacues animam meam*, h. e. vel eripias, vel prives spe, ope, salute.... tuâ. 3. p. plur. m. cum præfixo (וְ) cujus (ְ) cum sequenti contrahitur in (ִ) sub (ו), vide Gram. Heb. t. 1. p. 385. c. 1. retracto ab ultima ad penultimam ob pausam accentu, vide eand. Gram. tom. 2. pp. 308. c. 1. & 311. c. 2. וַיְעָרוּ *& evacuabant*.

HIPHIL הֶעֱרָה, Lxx. *ἀποκαλύπτω*, *παραδίδωμι*, Vulg. & alii, *nudo*, *retego*, *discooperio*, *revelo*.... *dedo*, *prodo*, *trado*, *expono*, *effundo*....

PRAET. 3. p. f. m. כִּי אֶת־שְׁאֵרוֹ הֶעֱרָה, Levit. 20. v. 19. Lxx. *τὴν γὰρ οἰκειότητα ἀπεκάλυψεν*.... *consanguinitatem enim revelavit* .... Aq. *ἠσχημόνησεν*... *turpiter habuit*..... Vulg. *qui hoc fecerit*, *ignominiam carnis suæ nudavit*.... Alii, *quia* (uterque) *carnem suam denudavit*, portabunt ambo iniquitatem suam, הֶעֱרָה לַמָּוֶת נַפְשׁוֹ, Isai. 53. v.

12. *effudit in mortem animam suam.* Sic Poëta, *purpuream evomit ille animam* .... Quidam, eo, quod *nudavit se*, sive *corpus* (more scil. ultimo supplicio afficiendorum) *ad mortem.* Vide quæ de *τοῖς* סָבָה אֱלֹהִים dicta sunt, col. scilicet 1329.

HITHPAEL הִתְעָרָה, Lxx. ..., Vulg. & alii, *fundo, diffundo, effundo (denudo, explico ipse me, viresco ....) attollor, extollor, efferor* ....

Ben. s. m. cum præf. וּמִתְעָרֶה כְּאֶזְרָח, vel כְּאֶזְרָח רַעֲנָן, Psal. 36. Heb. 37. v. 35. Lxx. ..., Vulg. *& elevatum sicut cedros Libani.* Fortè pro אֶזְרָח, legebant אֶרֶז, & לְבָנוֹן pro רַעֲנָן, vel paraphrasticus sic exposuêre. Alii, *& diffundentem se, explicantem sese, arborem veluti, aut fruticem indigenam*, ex זרח & א, (א enim nominibus præfixum Talmudicis, significat *ad, apud*, (ibi) *super* ....) *virentem, frondentem.*

Fut. 2. p. s. f. cum præfix. Thren. 4. v. 21. *inebriaberis* וְתִתְעָרִי *& denudabis te*, ut solent ebrii. Formâ reduplicatâ, geminatis scilicet duabus primis radicalibus, tertiâ amissâ, in PIEL & HITHPAEL, ex quo 3. p. s. f. Fut. Jerem. 51. v. 58. *murorum* (bis ternorum quisque, *bacca latitudine*, nempe 50. pedum, imo 50. cubitorum, horumque regiorum ....) עַרְעֵר תִּתְעַרְעָר. Lxx. ..., *suffossus diruetur*, sive *suffodiendus*, pro suffodiendo *evertetur.* Vulg. *suffossione suffodietur.* Alii, *nudando nudabitur.* Neuter jam altero tegetur, munietur ....

עֲרוּגָה f. Lxx. βῶλος, (vel potiùs) ..., Aq. Sym. ..., Lxx. φιάλη, Vulg. & alii, *gleba*, (per synecdochen totius...) *ager, fundus, area, areola, sulcus, porca*; (paraphrasticus) *phiala*.... Constr. cum præfix. כַּעֲרוּגַת *sicut areola.* Plur. constr. τοῦ (ו) in (ֹ) ad euphoniam mutato, עֲרֻגֹת *areolæ.* Cum præfix. לַעֲרוּגוֹת *areolis*, מֵעֲרֻגוֹת *ex areolis.* R. עָרַג Arabibus, *ascendit* per scalam, quam imitari videntur *areæ hortenses, sulci, porcæ* ....

עָרוֹד m. Lxx. ὄνος ἄγριος, Vulg. & alii, *onager, asinus-agrestis* asino domestico similis, diversi tamen generis, 1°. cursu longè præcellit, quamvis citò fatiscat, quomodo capiatur. 2°. *onager* pulchrior, & lineis nigris distinctus. 3°. major plerumque.... Vide Bochart. lib. III. cap. 16. de *onagris.* R. עָרַד *rudo*, unde עָרוֹד *onager*, à ruditu sic dictus. Tam *Syris*, quàm *Hebræis* עָרוֹד *Aródh* dicitur, voce sanè omnibus ὀνοματοποιητικῇ, qui noverint quomodo sonet initiale ע *Ain.* Nempe quam primùm videt hominem, contentâ voce rudit. Leo Africanus, *hominem videntes magnis clamoribus ululantes recalcitrant.* Marmolius, *en viendo un ombre luego comiençan a rebuznar.* De cætero in illo ruditu nihil singulare, ut à *Luiprando* didicimus. Itaque in Oriente, עֲרָדָא (Chald.) tam usurpatur de feri, quàm de vulgaris asini ruditu.... Vide eund. clariss. Bochart. ibid. Hinc per aphæres. Latin. *rudis*, quasi *asinum-ferum* dicas. ... פֶּרֶא, τὸ עָרוֹד, Job. 39. v. 5. apud Lxx. & Vulg. per pronomen, *αὐτοῦ ejus*, exprimitur.

עֶרְוָה f. Lxx. ἀποκάλυψις, γύμνωσις, αἰσχύνη, Lxx. Aq. Sym. ἀσχημοσύνη, Lxx. ἄσχημον, κακία, ἴχνος.... Aq. κρυπτά, (τά)..... Vulg. & alii, *revelatio, nuditas*, (jam inde à peccato ... apertis oculis non ferenda, sicque oculos, quos aperuit *vanitas*, clausit *pudor*,) *pudenda, verenda, turpitudo* .... Adjectivè, *turpis* .... *malitia, ima pedis pars*, hincque *vestigium, signum, occulta*, sive *occultanda*, ut scilicet *nuda*, ac debilia terræ loca, quæ exploratores observare solent, ut ad suos referant. Vide Genes. 42. v. 9. לְכַסּוֹת בְּשַׂר עֶרְוָה, Exod. 28. v. 42. *ad tegendam carnem nuditatis*, quam honestas tegi postulat, לְגַלּוֹת עֶרְוָה, Levit. 18. v. 6. *retegere nuditatem*, (per euphemismum, vel antiphrasin, pro *partes non temere nudandas*), h. e. concumbere. Constr. כִּי־מָצָא בָהּ עֶרְוַת דָּבָר, Deut. 24. v. 1. *quod invenerit in ea fœditatem, turpitudinem rei*, per hypallagen, pro *rem turpitudinis*, sive *turpem*, quæ rationem repudii præbeat. Alii, *detectionem rei*; nec sciunt cujus rei

Digitized by Google

hæc detectio ſit : unde & obſcura, & ambigua fuit apud Hebræos cauſſa repudii, ut oportuerit Chriſto quæſtionem proponere, Matth. 19. v. 3. *an liceret quacunque de cauſa*.... Cum præfix. וְעֶרְוַת *& nuditatem*. Cum affix. עֶרְוָתוֹ, עֶרְוָתָהּ *nuditatem ejus*, m. & f. עֶרְוָתְךָ *nuditatem tuam*, m. עֶרְוָתֵךְ *nuditas tua*, f. עֶרְוָתָן *nuditas earum*. R. עָרָה *nudatus, detectus .... fuit.*

עַרְוָה f. Chald. unde conſtr. cum præfix. וְעַרְוַת מַלְכָּא, Eſd. 4. v. 14. Lxx. *καὶ ἀσχημοσύνην βασιλέως* .... Alii, *& turpitudinem* (*opprobrium*. Vulg. *læſiones*) *regis* .... R. עָרָה *nudatus eſt* ....

עָרוֹם m. Lxx. Aq. Sym. *γυμνός*, Vulg. & alii, *nudus*. Cum hhólem deficienti, עָרֹם *nudus* exivi de utero matris meæ, & nudus revertar illùc, Job. 1. v. 21. ubi *τὸ de utero matris*, propriè ſumitur; *τὸ* autem *illuc*, ſive *in uterum matris*, metaphoricè, pro *in ſepulchrum*, quod ſic fortè appellat, quia *ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ* (Matth. 19. v. 28.) veluti *pariet mortuos*. Ita *ἀνταπόκλασις* eſt in Verbis *uteri matris*.... Cum præf. וְעָרוֹם, וְעָרֹם *& nudus*. Femin. τῷ (ו) in (ֻ) ſequenti dagh. per legem æquivalentiæ mutato, עֵרֻמָּה *nuda*. Plur. m. cum (ו) ante daghéſch, vel fortè cum (ו) τῷ (ֻ) indice, וַיִּהְיוּ שְׁנֵיהֶם עֲרוּמִּים .... *erant ambo nudi, nec pudefiebant*. Quia carebant τῷ יֵצֶר הָרָע. R. עָרַם Arabibus, *carne nudavit* os, *& cortice* arborem camelus....

עָרוּם m. Lxx. *συνετός*, *φρόνιμος*, *φρονιμώτατος*, Lxx. Aq. Sym. Theod. *πανοῦργος*, Sym. *πανουργότερος* .... Vulg. & alii, *intelligens*, *prudens*, *prudentiſſimus*, *aſtutus*, *callidus*, *callidior*, *veterator*.... כֹּסֶה קָלוֹן עָרוּם, Proverb. 12. v. 16. *diſſimulat injuriam prudens*, Gen. 3. v. 1. *& ſerpens erat* עָרוּם *prudens præ omni animali*, *γίνεσθε οὖν φρόνιμοι ὡς οἱ ὄφεις*, Matth. 10. v. 16. Cum præfix. וְעָרוּם יָבִין לַאֲשֻׁרוֹ, Proverb. 14. v. 15. *& aſtutus verò attendit ad greſſum ſuum*. Plur. (abſque daghéſch, quod male τῷ מ inſigunt Concordantiæ Buxtorf.) וְתִבְחַר לְשׁוֹן עֲרוּמִים, Job. 15. v. 5. Lxx. *οὐδὲ διέκρινας ῥήματα δυναστῶν neque dijudicaſti verba potentum*, ex uſu Arabico. Vulg. *& imitaris linguam blaſphemantium*. Alii, *& eligis* (uſurparo geſtis) *linguam*, (Alii,) *verſutorum*, (Alii,) *ſapientum*, (Quidam ex uſu Arabico,) *petulantium* .... Cum præf. וַעֲרוּמִים *& callidi*. R. עָרַם *calliditate, aſtu uſus fuit.*

עֲרוֹעֵר m. unde cum præfix. כַּעֲרוֹעֵר בַּמִּדְבָּר, Jerem. 48. v. 6. Lxx. *ὥσπερ ὄνος ἄγριος uti aſinus agreſtis, onager*. Vulg. in plur. *quaſi myricæ* .... Alii, *ut myrice* (vel *juniperus*, vel *arbor nudatiſſima*, vel *Aroër*, ut ſit nomen propr. de quo mox infra) *in deſerto*, h. e. eritis urbes deſertæ, ſolitariæ.... à עֲרוֹעֵר, quod vide mox infra, vel à עַרְעָר *myrice*, unde עֲרוֹעֵר *myrices locus*, Gal. *bruyere*.

עֲרוֹעֵר ſive עֲרֹעֵר, Maſſ. & Vulg. *Aroër*, nomen proprium urbis ædificatæ à Tribu Gad, Num. 32. v. 34. *ſita fuit Aroër quædam* (*& nil vetat hanc credere*) *ad ripam torrentis Arnon* על שפת נחל ארנון, Deut. 2. v. 36. cap. 3. v. 12. cap. 4. v. 48. *& eadem collocatur in terminis auſtralibus terræ trans Jordanem*, Joſ. 12. v. 2. Deut. 4. v. 48. *quod convenit cum* 2. Sam. 24. v. 5. *ubi illi, qui univerſam terram perluſtraturi eſſent, Jordanem tranſeunt, veniunt in Aroër ad dexteram urbis quæ eſt* בנחל גד *ad flumen Gad*.... *Una itaque Aroër mihi eſt adſita fluvio Arnon, Gaditarum illa, eaque in termino auſtrali regionis trans Jordanico. Una etiam Aroër, in qua Iſraëlitæ habitarunt, tantum memoratur* Jud. 11. v. 26..... *Quæritur, ſitne hæc eadem ac Aroër ante conſpectum Rabbæ? Videtur mihi alia Aroër Ammonitica ſtatuenda, de qua* Joſ. 13. v. 25...... Had. Reland. Palæſt. lib. III. de Urbibus .... pp. 582. & 583. *Aroër* ad Arnone ſita in confinio Moabi & Ammonis, modò ab uno, modò ab altero occupata eſt; hoc autem tempore (quo ſcilicet ipſius fiebat mentio, nempe Iſai. 17. v. 1. vel 2.) à Syris, & poſtea ab Aſſyriis; unde nonnulli, ſed perperam, triplicem *Aroër* fingunt, &c. Angl. Annot.... Non loquitur (Propheta) de urbe *Aroër*, (ut patet ex hiſce verbis עָרֵי עֲרֹעֵר, quæ Lxx. ſic reddunt: *εἰς τὸν αἰῶνα in ſeculum*; legebant עֲדֵי עוֹלָם); ſed urbibus, ſive de

Digitized by Google

regione Syriæ, quæ *Anër* dicta est, quod esset arida instar deserti, in quo crescunt myricæ.... unde etym. *myrice*, sive *myrices locus* (Gal. *bruyere*) à voce præced. ערוער idem.

ערוץ m. unde constr. cum præf. בערוץ נחלים לשכן, Job. 30. v. 6. Lxx. Ὧν οἱ οἶκοι αὐτῶν ἦσαν τρῶγλαι (Alex. τῶν) πετρῶν quorum domus erant cavernæ petrarum. Vulg. *in desertis habitabant torrentium.* Alii, *in fissura*, vel *rimis*, *scorbibus*, *concavitate*, *horridis locis*, (vel *in rimam torrentium*, sive *vallium*...) *ad habitandum*, seu *commorandum.* R. ערץ *confregit*, *fidit*, &c.

ערות f. plur. unde τό Isai. 19. v. 7. ערות על־יאור, Lxx. καὶ τὸ ἄχι τὸ χλωρὸν.... *& achi* (vox Ægyptiaca, ut putant, ex Hebraïca, nempe אחו *carectum*, *gramen*, *ulva*.... Confer Gen. 41. v. 18.) *viride*, vel *viridis*.... Vulg. Verbaliter, vel paraphrasticωs, *nudabitur alveus rivi.* Alii, *graminеta*, Alii, *virentia*, (à ערה in Hithpael, *viruit*....) Alii, *papyri.* (1°. ex notatione & forma vocis; nam עור est *cutis*; (verùm plurale τοῦ עור ex terminatione femin. est ערת, non ערות.) 2°. ex antitheto in altera parte versûs, unde constat hîc agi de rebus insativis, quas producit Nilus, cujusmodi erat *papyrus.* 3°. Quia non est credibile Prophetam, qui algam, & juncum nominaverat, oblitum fuisse papyri, quæ una fuit ex præcipuis opibus Ægypti...) *quæ sunt juxta rivum*, vel *in rivo.* Quidam, *arbor perennis*, *semper virens*, vel *res cara*, *& præstantior*, *quam quis possidet*, vel *quidquid circumjacet* (à ערות Arab. idem. Gig. Cam.) *rivo*, ex flumine scilicet Nilo deducto.

ערי Mass. *Eri*, Vulg. *Heri*, nom. proprium filii Gad, filii Jacob, Gen. 46. v. 16. Etym. *magister meus*, à ער *vigilans*, *vigil*, *excitator*, *magister*.... ex עור *excitavit*.... & (י,) affix. 1. p. f. c.

עריה f. Lxx. Adjectivè, seu participialiter, ἀσχημονοῦσα *quæ indecorè se gerit.* Vulg. paraphrasticωs, *confusa* (*præ nuditate*,) *plena ignominiâ*, *confusione*.... Alii, *nuditas*, *turpitudo*, *ignominia*..... Lxx. item, πόλις *urbs*; legebant per metathesin, עירה pro עריה.... עריה תעור קשתך, Habac. 3. v. 9. Lxx. ἐντείνων (Compl. ἐντείνας (ἐνέτεινας), Alex. ἐντενεῖς, Ald. Complut. ἐντενεῖς) τόξον (Alex. τὸ) σου.... *tendens tetendisti*, vel *tendes*, (h. e. *certissimè tendes*....) *arcum tuum*.... Vulg. *suscitans suscitabis arcum tuum*.... Alii, *denudatione denudabitur*, (h. e. *certissimè parabitur*) *arcus tuus*.... Cum præf. ואת ערם ועריה, Ezech. 16. v. 7. *tu verò nuditas & nuditas*, h. e. *omninò nuda.* R. ערה *nudus*, *nudatus*.... *fuit*....

עריסות plur. f. Lxx. in singulari, σῖτος, φύραμα, Vulg. & alii, *triticum*, *farina* aquâ scilicet conspersa, *cibi*, *pulmenta*.... Hinc Gr. ὄρυζα, Lat. *oryza*, per aphæresin, Ger. *Reisz*, Gal. *Ris*.... Cum affix. & hholem deficienti, וראשית עריסתיכם, Ezech. 44. v. 30. Lxx. καὶ πρωτογεννήματα.... *& primitiva vestra*.... Vulg. & alii, *& primitiva ciborum* (*pastarum*, vel *massarum*, vel *conspersionum*, *frugum*) *vestrarum*, h. e. panum vestrorum, confectorum ex primitiis frugum vestrarum, qui in Pentecoste Sacerdotibus offerebantur.... Cum hhiriq & hholem deficientibus, עריסתיכם *massarum vestrarum*, עריסתינו *massarum nostrarum*, c. R. ערס Peal Chald. unde Paël ערס *contudit*, *commiscuit*, *conspersit*....

עריפים plur. m. unde cum præfix. & affix. והנה־חשך צר ואור חשך בעריפיה, Isai. 5. v. 30. Lxx. καὶ ἰδοὺ σκότος σκληρὸν ἐν τῇ ἀπορίᾳ αὐτῶν *& ecce tenebræ duræ in indigentia eorum.* Vulg. *& ecce tenebræ indignationis*, *& lux obtenebrata est in caligine ejus.* Alii, *& ecce tenebræ*, *angustia*, *& lux obtenebrata est in stillationibus*, sive *stillatoriis suis.* Quidam verò sic: *Et ecce* tibi *tenebræ circundabunt*.... (Est enim τὸ צר præteritum τοῦ צור) terram; *& lux obtenebrescet in stillatoribus* (in astris....) *suis*, f. h. e. è cælis jam non profluet lux ulla. R. ערף *stillavit*, *profluxit.*

עריץ m. Lxx. ἀνδρεῖος, κραταιός, Sym. Theod. ἰσχυρός, Lxx. participial. ἰσχύων, Aq. καταπληκτικὸς, Lxx. δυνάστης, ὑπερήφανος, Sym. Theod. ἀσεβής, Sym. ἀνυπότακτος, Theod. particip. ἐξουσιάζων, Lxx. λοιμὸς.... Vulg. & alii,

Digitized by Google

& alii, *vir*, seu *virilis*, *fortis*, *validus*, *robustus*, *potentiâ præditus*, *fortitudine prævalens*, (*viribus agens*, *utens*, *violentus*,) *prævalidus*, *potens*, *dynastes*, (*tyrannus*,) *superbus*, (quasi *præ se ceteros ex alto vultu despiciens*,) *inflexibilis*, *intolerabilis*, *dissecans*, *pestis*, sive *pestilens* homo.... Lxx. item Verbal. καταδυναστεύω *tyrannidem exerceo*, *vi opprimo*. (Et contrario sensu, ἀδικούμενος *cui fit injuria*,) ὑπερυψόομαι *superexaltor*.... כְּגִבּוֹר עָרִיץ, Jerem. 20. v. 11. *ut heros*, *terrificus*, *tremendus*.... רָאִיתִי רָשָׁע עָרִיץ, Psal. 36. Heb. 37. v. 35. *vidi impium præpotentem*.... Cum præfixo ל, notato τῷ (ּ) loco τοῦ (ּ) ob τὸ ע guttur. τῷ (ּ) affectam, eoque ex τῷ ה artic. extruso, לֶעָרִיץ *forti*. Plur. remanente τῷ (ּ) sub ע ad compensandum daghésch ex ר ejectum, est enim τὸ עָרִיץ formæ τοῦ צַדִּיק, vide Gram. Heb. t. 1. p. 390. c. 1. עָרִיצִים *potentes*, *fortes*, *violenti*, *latrones*.... Cum præf. וְעָרִיצִים *& fortes*... Const. עָרִיצֵי גוֹיִם, Ezech. 28. v. 7. *fortissimas*, *violentissimas gentium*. R. עָרַץ *fortem*, aut *violentum sese exhibuit*....

עֲרִירִי m. Lxx. ἄτεκνος, ἐκκήρυκτος.... Vulg. & alii, *absque liberis*, *sterilis*, *voce præconis publice expulsus*, *& exactus*, *solitarius*.... Plur. עֲרִירִים *solitarii*. Rad. עָרָה *denudatus*, *destitutus*... *fuit*; unde τῷ ה in (י) mutato, ac geminatis duabus ultimis radicalibus עֲרִירִי, (formæ פְּרִי *fructus*, vide Gram. Heb. t. 1. p. 390. c. 1.) *sterilis*, *solitarius*....

עָרַךְ QAL. Lxx. Aq. παρατάττω, παρατάττομαι, (Alii, συνάπτω), Lxx. Sym. Theod. στοιβάζω, (Lxx. καίω) ἐπιστοιβάζω, Lxx. Sym. παρατίθημι, Lxx. παρατίθεμαι, ἐπιτίθημι, προτίθημι, προτίθεμαι, (ἵστω), παρίστημι, παρίσταμαι, ἐγγύς εἰμι, βοηθέω, ὑπομένω, ἀναλαμβάνω, αἴρω, ἐπιτρέπω, κοσμέω, ἑτοιμάζω, παρασκευάζω, ὁμοιόω, ὁμοιόομαι, ἰσόω, Sym. ἀντιπαρατίθημι, Lxx. χαρτόω.... Vulg. & alii, *castrametor*, *aciem instruo*, *in acie colloco*, vel *collocor*; (Alii, *ordino*, *dispono*, *apto*, *colligo*, *contexo*, vel intransitivè, *hæreo*.... *struo*, (ligna in pyram, *cremo*, *uro*, *incendo*,) *construo*, *exstruo*, *instruo*, *compono*, *digero*, (*pono*,) *appono*, vel passivè, *apponor*, *impono*, *propono*, vel passivè, *proponor*, (*dico*,) *sisto*, *in medium produco*, *repræsento*, *exhibeo*, *adsto*, *adsum*, vel *prope sum*, *auxilior*, *sustineo*, *suscipio*, *porto*, *habeo*, *fero*.... *permitto*, *orno*, *paro*, *præparo*, *comparo*, (& intransitivè, *ipse me orno*, *paro*, *comparo*, *præparo*,) *assimilo*, *æquo*; vel intransitivè, *similis*, *par*, *aptus*.... *sum*, *ex adverso pono*, (vel passivè, *ponor*,) *propono*, ut comparem, *cum alio*, *confero*, *æstimo*, *taxo*, *æquiparo*, vel passivè, *par æstimatus sum*.... Hinc Lat. per aphæresin, *rego*, ac metathesin, *gero*.

PRAET. 3. p. f. m. וְלֹא־עָרַךְ אֵלַי מִלִּין, Job. 32. v. 14. *non direxit*, sive *instruxit in me sermones*, aciem disputationis. Cum præf. וְעָרַךְ *& collocabit*, *ordinabit*.... 3. p. f. f. עָרְכָה שֻׁלְחָנָהּ, Prov. 9. v. 2. *proposuit*, (vel *instruxit*, sive *apparavit*) *mensam suam*, f. 2. p. f. m. cum præfix. unde accentus à penultima ad ultimam descendit, Exod. 40. v. 4. *inde feres mensam*, וְעָרַכְתָּ אֶת־עֶרְכּוֹ *& dispones* juxta *dispositionem suam*, f. vel *propones* (*appones*,) *propositionem ejus*, f. h. e. *panem*. Vide ibid. cap. 25. v. 30. 1. p. f. m. עָרַכְתִּי מִשְׁפָּט, Job. 13. v. 18. *cum enim causam meam informavero*, *instruxero*..... τὸ מִשְׁפָּט *judicium*, tres partes judicii denotat: *primam*, sive initium, nempe rationes litigantium; *secundam*, sive medium, h. e. judicum sententiam; *tertiam*, h. e. exsecutionem sententiæ. Hic pro initio sumitur. Merc. 3. p. plur. c. עָרְכוּ *aciem instruxere*, vel *instructi in acie steterant*.... Cum præf. וְעָרְכוּ *& struent*, *ponent*, *disponent*, *instruent*, *instructi stabunt*.

BEN. plur. m. cum præfix. הָעֹרְכִים לַגַּד שֻׁלְחָן, Isai. 65. v. 11. καὶ ἑτοιμάζοντες τῷ δαιμονίῳ (March. Compl. δαίμονι) τράπεζαν *& paratis dæmonio* (dæmoni) *mensam*. Alii, *& instruitis turmæ illi*, (vel *exercitui cœli*, nempe soli, lunæ, stellis.... vide supra גַּד, col. 309. Alii, *stellæ Jovis*, Alii, *Martis*, Alii, *idolis*. Vulg. *fortunæ*...(est Chaldæis, Syr. גדא, Arab. גד, *fortuna*, *sidus faustum*....à גדד Arab. *magnus fuit dignitate*, *divitiis*, αὐταρκείᾳ, Gol. & passivè, *felix*, *fortunatusque*...) In imitationem Judæorum,

qui coram Deo comedebant, Deut. 16. vv. 14. 15. Psal. 67. Heb. 68. v. 4. Constr. עֹרְכֵי מִלְחָמָה בְּכָל־כְּלֵי מִלְחָמָה, 1. Paral. 12. v. 33. *parantes*, vel *gerentes bellum*, aut *præliantes omni genere armorum*. Cocc. עֹרְכֵי צִנָּה, v. 8. *utentes scuto*.

Paoul f. m. עָרוּךְ כְּאִישׁ לַמִּלְחָמָה, Jerem. 6. v. 23. & 50. v. 42. *paratus tanquam vir ad prælium*... Constr. unde (ּ) in (ֻ) sub ע mutatur, עֲרוּךְ מִלְחָמָה, Joel. 2. v. 5. *instructus belli*, pro *instructus ad bellum*, idiotismus ratione significationis, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 481. Fem. f. עֲרוּכָה, 2. Reg. 23. v. 5. *dispositum*, *expositum*, *firmum*.... fœdus, pactum, testamentum, juramentum.... Plur. f. cum præf. הַ (י) ad euphoniam in (ֶ) mutato, הָעֲרֻכוֹת, Jos. 2. v. 6. *appositos* (præsentes) lini, lignei, sive integri manipulos....

Infin. אֵין עֲרֹךְ אֵלֶיךָ, Psal. 39. Heb. 40. v. 6. *nullius est recensere* ea (nedum rependere) *tibi*. Ex forma absoluta, עָרֹךְ *ponendo*, *apparando*. Cum præfix. לַעֲרֹךְ *instruere* pugnam, vel aciem.

Imper. 2. p. f. m. cum ה parag. unde mutato hhólem in (ּ) absque metathesi, prius (ּ) in (ֶ) sub ע mutatur, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 166. c. 1. עֶרְכָה לְפָנַי הִתְיַצָּבָה, Job. 33. v. 5. *instructus sta contra me*; *consta*, confer sermones.... 2. p. pl. m. עִרְכוּ *præparate* scutum.... *instructi state contra*....

Fut. 3. p. f. m. Psal. 88. Heb. 89. v. 7. *nam quis in cælis* יַעֲרֹךְ לַיהוָה יִדְמֶה לַיהוָה *æquiparabit Dominum* (*Jehovam*) *assimilabitur Domino* (*Jehovæ*)...? Cum præfix. הֲיַעֲרֹךְ שׁוּעֲךָ, Job. 36. v. 19. *an æquipolleant nobilitas*, *dignitas*, *opes*.... *tua*? וַיַּעֲרֹךְ *& disposuit*, vel *instructus stetit*..... Cum affix. יַעַרְכֶנּוּ *disponet illum*, יַעַרְכֶהָ *æquiparabit eam*, æquat. Cum præf. & affix. Isai. 44. v. 7. *quod si quis mihi par est*, *clamet*, *& annuntiet illud*, וְיַעַרְכֶהָ לִי *idemque ordine enuntiet* (retegat (*mihi*) nempe τὸ Futurum).... indicium futuri, numinis argumentum. 3. p. f. f. cum præf. וַתַּעֲרֹךְ *& instructa stetit*.... acies contra aciem. 2. p. f. m. תַּעֲרֹךְ *apparabis*. 1. p. f. c. τῷ hhólem ob maqqáph in (ֳ hhatoúph) correpto, אֶעֱרָךְ־לְךָ, Psal. 5. v. 4. *paratus* (meditatus) *adstabo tibi*. Cum ה parag. אֶעֶרְכָה (caussam apud eum) *instruerem*. Cum præf. & ה parag. וְאֶעֶרְכָה *ordine* (ea) *proponam* ob oculos.... 3. p. pl. m. cum præf. וַיַּעַרְכוּ *disposuere*, *instruxere*. Cum aff. בִּעוּתֵי אֱלוֹהַּ יַעַרְכוּנִי, Job. 6. v. 4. *terrores Dei in acie stant contra me*. Quidam, *terrores Dei ordine invadunt me*. Ellipsis gemina; integra oratio esset יַעַרְכוּ מִלְחָמָה עָלַי. 2. p. plur. m. תַּעַרְכוּ *comparabitis*. 1. p. plur. c. לֹא נַעֲרֹךְ, Job. 37. v. 19. *neque in ordinem* quicquam *digeremus* præ tenebris, aut caligine.

HIPHIL הֶעֱרִיךְ, Lxx. τιμάομαι, Samaritanus, διατιμάομαι, Lxx. τιμογραφέω, Vulg. & alii, *æstimo*, (*honoro*,) *pretium statuo*, *taxo*, *milites*, *pecuniam*, *tributum impero*, *indico*....

Praet. 3. p. f. m. הֶעֱרִיךְ אֶת־הָאָרֶץ לָתֵת אֶת־הַכֶּסֶף, 4. Reg. 23. v. 35. *taxavit* (vox Gallica) *terram*, (h. e. populum omnem) *ad dandum argentum*. Cocc. Cum præfix. וְהֶעֱרִיךְ אֹתוֹ הַכֹּהֵן, Levit. 27. v. 8. *qui æstimabit eum* (nempe, quanti sit, quantumve habeat, aut reddere queat) *sacerdos*. Cum præf. & affix. וְהֶעֱרִיכוֹ, Levit. 27. v. 14. *& æstimabit eam*, m. (domum) quanti scilicet venundetur.

Fut. 3. p. f. m. יַעֲרִיךְ *æstimabit*. Cum aff. יַעֲרִיכֶנּוּ, Levit. 27. v. 8. (pro re ipsius) *æstimabit eum*, reddituram pronuntiabit....

עֵרֶךְ vel עֶרֶךְ, m. Aq. τάξις, Lxx. τιμή, τίμησις, τίμημα, Vulg. & alii, *ordo*, *ordinatio*, *dispositio*, *prætium*, *æstimatio*.... Lxx. item Verbal. τιμάω *honoro*.... עֵרֶךְ לֶחֶם, Exod. 40. v. 23. Lxx. ἄρτους τῆς προθέσεως *panes propositionis*, (ante-vel appositionis), Vulg. v. 21. *ordinatis coram propositionis panibus*. Alii, *struem panum*, vel *apparatum panis*. Cum præf. וְעֵרֶךְ בְּגָדִים, Jud. 17. v. 10. Lxx. ζεῦγος ἱματίων *par vestimentorum*. Al. στολὴν ἱματίων *stolam vestimentorum*, vestis genus ad talos usque demissæ. Vulg. *ac duplicem vestem*. Alii, *& apparatum vestium*. Cum affix. Job. 41. v. 4. *non silebo*.... וְחִין עֶרְכּוֹ, Lxx. ἐλεήσει τὸν αὐτῷ, Alex. αὐτοῦ, *miserebitur* (à חן Arab. *misereor*,

Digitized by Google

Gig.) *æqualis sibi*, vel *ipsius*, m. Vulg. in plurali, pronomine neglecto, *verbis .... ad deprecandum compositis*. Alii, *& gratiam*, (h. e. *pulchritudinem*, *elegantiam*, *concinnitatem*, Gr. συμμετρίαν, Vitruv.) *dispositionis*, *commensus ejus* crocodili. אִישׁ כְּעֶרְכּוֹ, 4. Reg. 23. v. 35. Ab unoquoque *secundùm æstimationem suam*, m. (vires suas) exigebat. Job. 28. v. 13. *non novit homo* עֶרְכָּהּ, Lxx. ὁδὸν αὐτῆς *viam ejus*, f. Aq. τάξιν *ordinem*, vel *ordinationem*, vel *gradum* .... Theod. σύνεσιν *coitionem*. Sym. τίμημα, Vulg. & alii, *æstimationem*, *pretium* .... *ejus* sapientiæ, עֶרְכָּהּ, & in pausa, unde τὸ (:) ante affixum in (ָ) mutatur, עֶרְכְּךָ *æstimatio tua*, m. Cum præf. & affix. וְנָתַן אֶת־הָעֶרְכְּךָ, Levit. 27. v. 23. *& dabit æstimationem tuam*, m. h. e. æstimationis tuæ (vel summæ imperatæ, aut promissæ) *numerum supputatum*, בְּעֶרְכְּךָ *cum*, *ex æstimatione tua*, m. כְּעֶרְכְּךָ *secundùm æstimationem tuam*, m. in pausa, unde (ָ) loco τοῦ (:) ante affixum ךָ, מֵעֶרְכֶּךָ *ex terminatione tua*, m. וְאַתָּה אֱנוֹשׁ כְּעֶרְכִּי, Psal. 54. Heb. 55. v. 14. Lxx. σὺ δὲ ἄνθρωπε ἰσόψυχε, (ἴσος ἐμῇ ψυχῇ, in Homero, ἴσος ἐμῇ κεφαλῇ), Vulg. *tu verò homo unanimis* .... Alii, *sed tu homo secundùm dispositionem meam*, sive *cordis mei* .... Aben-Esra. נֶחְשַׁבְתָּ בְּעֵינַי כְּמוֹתִי *qui tanti eras oculis meis quanti ego mihi*. Loquitur Psaltes vel de Absalom, vel de Achitophel .... Apostrophe emphatica. R. עָרַךְ *ordinavit*, *disposuit*, *struxit* ...

ערל QAL, unde 2. p. plur. m. PRAET. cum præf. (ו) convertenti, non copulanti, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 611. c. 2. Levit. 19. v. 23. *& plantaveritis omne lignum cibi*, sive *pomiferum*, וַעֲרַלְתֶּם עָרְלָתוֹ אֶת־פִּרְיוֹ, Lxx. καὶ περικαθαριεῖτε τὴν ἀκαθαρσίαν αὐτοῦ *& circummundabitis immunditiam ejus*, οἱ λοιποὶ, καὶ ἀκροβυστεῖτε (Nobilius legendum conjicit, ἀκροβυστιεῖτε) ἀκροβυστίαν αὐτῶν *& præputiate præputium eorum*. Vulg. *& auferetis præputia eorum*. Alii, *præputiabitis præputio suo fructum suum*, h. e. à fructu ejus, quasi præputiato prorsus adhorrebitis, tribus annis, quibus scilicet fructus habetur nimius, ac noxius.

NIPHAL נֶעֱרַל, unde 2. p. f. m. IMPER. cum præfix. הֵעָרֵל, Habac. 2. v. 16. Lxx. paraphrasticωs, καρδία σαλεύθητι, καὶ σείσθητι *cor commovere*, *& concutere*. Aq. καρώθητι, Vulg. *& consopire*. Alii, *& denudare*, *præputiatus appare*, h. e. abominabilis, quale præputium erat.

עָרֵל m. Lxx. Aq. Samarit. Theod. ἀκρόβυστος, Lxx. Theod. incert. ἀπερίτμητος, Lxx. ἀπερικάθαρτος, Sym. οὐ καθαρός .... Vulg. & alii, *præputiatus*, *præputium habens*, *incircumcisus*, *non circummundatus*, *non purus*, sive *impurus* .... Lxx. item, τραυματίας *vulneratus*; ex usu Arabico. Cum præf. וְעָרֵל *& præputiatus*. Cum ה articulo τοῦ (ַ) notato, loco τοῦ (ַ) ob guttural. ע, τοῦ (ָ) affectam, הֶעָרֵל *præputiatus*. Construct. עֲרַל שְׂפָתַיִם, Exod. 6. v. 12. Lxx. ἄλογός εἰμι *elinguis* (balbus) *sum*. Vulg. *cùm incircumcisus sim labiis*. Alii, *præputiatus labiis*, h. e. *tardi sermonis*, utpotè crassioribus labiis *impediti* .... v. 30. Lxx. ἰσχνόφωνός εἰμι *gracili voce sum*, *balbus*, cui vox inter loquendum supprimitur. Plur. יִהְיֶה לָכֶם עֲרֵלִים, Levit. 19. v. 23. *tres annos erunt vobis* singulæ arbores *præputiatæ*, h. e. fructus earum habebitur nimius & noxius, Cocc. Cum præf. הָעֲרֵלִים *præputiati*, *incircumcisi*, מֵעֲרֵלִים *ex præputiatis*. Constr. עַרְלֵי־לֵב, Jerem. 9. v. 26. *incircumcisi sunt corde*, h. e. cor habent peccato gravatum, coopertum .... Cum præf. וְעַרְלֵי *& præputiati*. R. עָרַל *præputiavit*, sive pro *præputavit*, (quòd pellis, quæ summam colis partem tegit, à Judæis præscinderetur), sive pro *obthuravit*, *obthuratum habuit*, vel *censuit* .... secundùm Hebræos, qui per אָטַם reddunt.

עֶרֶל m. Lxx. ἀπερίτμητος, Vulg. & alii, *præputiatus*, *incircumcisus*, עֶרֶל לֵב וְעֶרֶל בָּשָׂר, Ezech. 44. v. 9. *præputiatus corde*, *& præputiatus carne*, h. e. (Chald.) *impius corde*, *& incircumcisus carne*. R. ead. ac vocis præced.

עֲרֵלָה f. Lxx. ἀπερίτμητα, Vulg. & alii, *incircumcisæ*, (aures eorum), Jerem. 6. v. 10. Rad. eadem ac vocis præced.

עָרְלָה f. Lxx. Aq. ἀκροβυστία, Lxx. ἀκαθαρσία, Vulg. & alii, *præputium*, (per metonymiam adjuncti) *immunditia*, supervacuum

Digitized by Google

notat. Cum præfix. מוּל בְּעָרְלָה, Jerem. 9. v. 24. Syr. *circumciſum cum præputio* ..... cordis ſcilicet. Conſtruct. עָרְלַת לְבַבְכֶם, Deut. 10. v. 16. Lxx. *σκληροκαρδίαν ὑμῶν*, al. *ἀκροβυστίαν τῆς καρδίας ὑμῶν duritiem* (obdu-ctionem *cordis*, quam vocant alii *præpu-tium*) *cordis veſtri*, m. Cum affix. עָרְלָתוֹ *præputio ſuo*, m. עָרְלָתָם *præputium illorum*, עָרְלַתְכֶם *præputium veſtrum*, m. Plur. mu-tatis punctis, nempe τοῦ (· hhatoúph,) ex hhólem deducto (in (‥), & τοῦ (·) penultimæ ex (·) derivato) in (·) cum præf. הָעֲרָלוֹת *præputia*. Conſt. quare forma τοῦ ſingularis revocatur, עָרְלוֹת *præputia*. Cum affix. עָרְלוֹתֵיהֶם *præputia illorum*. Radix ead. ac vocis præced.

ערם QAL, unde INFIN. ex forma abſo-luta, עָרֹם, 1. Reg. 23. v. 22 apud edit. τῶν Lxx. Vatic. vacat, Ald. participiali-ter, *πανουργευσάμενος*, Complut. *πανουργευσάμενος οὗτος* (*ille*) *dolis inſtructus & arte* .... ſive *uſus* .... Vulg. adverbialiter, *cal-lidè*. Alii, *aſtu utendo, callidè agendo* ....

NIPHAL נֶעֱרַם, unde 3. p. plur. c. נֶעֶרְמוּ־מַיִם, Exod. 15. v. 8. Lxx. *διέστη τὸ ὕδωρ*, *diviſa ſunt aquæ*, ſive *diviſæ ſteterunt*. Aq. Sym. Theod. *ἐσωρεύθη τὸ ὕδωρ*, Vulg. & alii, (ex Syrorum uſu,) *congregatæ, coa-cervatæ, accumulatæ ſunt aquæ*.

HIPHIL הֶעֱרִים, Lxx. *καταπανουργεύομαι*, Sym. *πανοῦργος ὁμιλέω*, Lxx. *πανουργότερός εἰμι* .... Vulg. & alii, *aſtutè ago, verſor, calli-ditate utor, malignè decerno*. (Vulg. *maligno conſilium*,) *vafrè colloquor, prudentior, ſa-pientior, callidior* .... *ſum*, vel *fio* ....

FUT. 3. p. ſ. m. cum τοῦ (·) abſque (׳) comite, וְשֹׁמֵר תּוֹכַחַת יַעְרִם, Prov. 15. v. 5. *at qui obſervat correptionem prudenter agit*, vel *aget*. Cap. 19. v. 25. *ſi deriſorem* (h. e. qui Deum & homines, religionem omnem & honeſtatem deſpicit,) ellipſis τοῦ אִם, ut cap. 1. v. 5. *percuſſeris*, וּפֶתִי יַעְרִם *vel in-cautus cautior evaſit*. 3. p. plur. m. עַל־עַמְּךָ יַעֲרִימוּ סוֹד, Pſal. 82. Heb. 83. v. 4. *callidum*, ſive *malignum excogitavêre conſilium*. S. Hieron. *nequiter tractaverunt*.

ערם m. vide עֵרֹם, ſupra col. 1741.

ערמה f. Lxx. Sym. *σωρός*, Lxx. *θημωνία*, *στοιβή*, *δράγμα*, *κεφάλαιον* .... Vulg. & alii, *cumulus, acervus, herbarum congeries, ma-nipulus, menſura frumenti*. Lxx. item, *σπή-λαιον ſpelunca*. Cum præfix. הָעֲרֵמָה *acervus*. Conſt. עֲרֵמַת חִטִּים *acervus tritici*, Cant. 7. v. 3. ubi τὸ (-) ſub ר, remanet ob τὸ (-) præced. vide Gram. Heb. t. 1. p. 92. c. 2. Plur. abſol. & conſtr: וַיִּתְּנוּ עֲרֵמוֹת עֲרֵמוֹת, 2. Paral. 31. v. 7. (ubi τὸ (-) remanet, ut mox ſupra) *expoſuêre acervos acervorum*, h. e. *maximos*, vel per appoſitionem, *acer-vos acervos*, h. e. *plures*, vel *ſingulos*, vel *diverſos acervos*. Cum præf. הָעֲרֵמוֹת *acervi*, מֵעֲרֵמוֹת הֶעָפָר, Nehem. 3. v. 34. *ex acervis pulveris*. Lxx. *χῶμα agger*. Ex terminatio-ne maſc. plur. עֲרֵמִים *acervi*. R. ערם Syr. in Aphil, *coacervavit*.

ערמה f. Lxx. Sym. *πανουργία*, *φρόνησις*, *βουλή*, *δόλος*, Vulg. & alii, *aſtutia, calliditas, prudentia, conſilium, induſtria, ars, dolus* .... לָתֵת לִפְתָאיִם עָרְמָה, Proverb. 1. v. 4. *ad conciliandam incautis cautionem*. Syr. *ad im-buendum pueros ſagacitate*. אֲנִי חָכְמָה שָׁכַנְתִּי עָרְמָה, Proverb. 8. v. 12. Vulg. *ego ſapientia habito in conſilio* .... Cum præfix. בְּעָרְמָה *in dolo*, vel *aſtutia* .... Cum præf. & aff. Job. 5. v. 13. *capiens ſapientes* בְּעָרְמָם *in aſtutia ſua*, m. τὸ porrò עָרְמָם eſt (per contractio-nem, vel potiùs per ſyncopen τοῦ ה, in quod mutatum fuerat ת,) pro עָרְמָתָם, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 127. num. III. Rad. עָרַם *calliditate, aſtu uſus fuit* ....

ערמון m. Lxx. *πλάτανος*, Syr. Arab. Vulg. & alii, *platanus*, Alii, *populus* arbor. Lxx. alibi, *ἐλάτη*, Alii, *abies*, vel *palma*. Alii, *caſtanea*, Ferr. *caſtanno*. Hinc fortè Gal. *orme, ormeau*, & alternando, ut fit, ר, ſive (r) & (l), Latin. *ulmus*, aut Hiſpan. *alamo*. Cum præfix. וְעַרְמוֹן *& platanus* .... Plur. cum præfix. & hhólem deficienti, וְעַרְמֹנִים *& platani* ... R. ערם Syr. in Aphél, *coacervavit* .... unde עַרְמוֹן *platanus*, ſive *ulmus*, aut *alamo* .... *arbor*, ſic dicta ob ramorum congeriem, ſeu multitudinem.

ערמים plur. m. vide עֲרֵמָה, ſupra col. præ-ced. in fine.

ערן Maſſ. *Erán*, Vulg. *Heran*, nom. propr. filii Suthala, filii Ephraim, Num. 26. v.

Digitized by Google

36. Etym. *durus, fortis*, à עֲרַנָא, vel ערן Syr. idem.

עֵרָנִי Masſ. *E'raní*, Vulg. *Heranita*, nomen patronymicum, ſive commune virorum ab Heran oriundorum, Num. 26. v. 36. Etymon idem, ac vocis præced.

עַרְעָר m. Lxx. ταπεινός, Vulg. & alii, *humilis, pauper, nudatiſſimus*, à עָרָה *nudatus.... eſt.* Alii, *deſtructus, dirutus, deſolatus....* Geminatis ſcil. duabus primis radicalibus tertiâ amiſsâ. Vel à עָרַר Hebræis ſecundùm nonnullos, *deſtruxit;* Arabibus, *ſcabioſus, ulceroſus.... fuit.* Alii, *debilis, ſollicitus, excitans ſe....* à עוּר *excitavit.* Alii, *clamans, vociferans...* Ex Iſai. 15. v. 5. יְעֹעֵרוּ *clamabunt....* Alii denique, *myrice*, cujus duo ſunt genera, primum, *Tamarix*, ſecundum, *Erica;* Arabes, *juniperus, cupreſſus montanus;* Perſæ, *cupreſſus*, ſive *cypariſſus....* Cum præfix. הָעַרְעָר *myrice*, humilis planta, ac infelix dicta, primum tamen genus haud medicis contemnendum, וְהָיָה כְּעַרְעָר בָּעֲרָבָה, Jerem. 17. v. 6. Lxx. καὶ ἔσται ὡς ἡ ἀγριομυρίκη *& erit myrice veluti agreſtis.* Vulg. *erit enim quaſi myrica in deſerto.* Alii, *& erit tanquam myrice* (*juniperus, cupreſſus....*) *in ſolitudine....*

עֲרֹעֵר / עֲרֹעֵרִי } m. vide עֲרוֹעֵר, ſupra col. 1742.

עָרַף QAL. Aq. τενοντοκοπέω, τενοντόω, al. τενοντόω, al. τενοντοκοπέω, (pro τενοντοκοπέω,) Sym. τραχηλοκοπέω, Theod. νωτοκοπέω, Lxx. νευροκοπέω ἐν τῇ φάραγγι, Lxx. Sym. ἀποκτείνω, Lxx. κατασκάπτω, Vulg. & alii, *excerebro*, ſive *decervico*, ſeu *decollo*, *cervicibus caput abſcindo, cervicem*, vel *collum*, (*torqueo, frango*,) *cædo, nervos incido.... in faucibus, macto*, (*mulcto* morte,) *interficio, occido, ſuffodiendo everto, diruo, deſtruo....* Lxx. item, contrario ſenſu, λυτρόω *redimo*, τιμὴν δίδωμι *pretium do*, ὑπερέχω *ſupereminco*, προσδοκάω *exſpecto.* Paraphraſticωs ſcilicet pro σταλάζω, ἐνσταλάζω, *ſtillo, inſtillo....*

Praet. 2. p. ſ. m. cum præf. & affix. וַעֲרַפְתּוֹ, Exod. 13. v. 13. *cervicem*, vel *collum torqueas*, vel *frangas....* 3. p. plur. c. cum præf. וְעָרְפוּ־שָׁם, Deut. 21. v. 4. *cervicem auferant*, vel *frangant*, occidant à cervice, non à jugulo. Quo innuebatur, occiſum hominem per inſidias, non apertâ vi, commiſſiſque frontibus....

Ben. ſ. m. Iſai. 66. v. 3. *qui mactat agnum*, (Vulg.) *quaſi qui* עֹרֵף כֶּלֶב *excerebret canem.* Pythagoras, Θυηπόλει ἀφεζόμενος, πυρὸς ζῶντος.

Paoul ſ. f. cum præf. Deut. 21. v. 6. *& lavabunt manus ſuas ſuper vitulam* הָעֲרוּפָה *mactatam, percuſſam.*

Fut. 3. p. ſ. m. יַעֲרֹף מִזְבְּחוֹתָם, Hoſ. 10. v. 2. *evertet*, (vel *decutiet*, propriè, *decollabit*) *aras eorum.* In altera ſignificatione, יַעֲרֹף כַּמָּטָר לִקְחִי, Deut. 32. v. 2. *Stillabit*, *ſtillet* (eſt promiſſio, vel votum,) *ut pluvia, doctrina mea*, Sub. *in corda Iſraëlitarum.* 3. p. plur. m. אַף־שָׁמָיו יַעַרְפוּ־טָל, Deut. 33. v. 28. Lxx. καὶ ὁ οὐρανὸς σοι συννεφὴς δρόσῳ *& cælum tibi caligans rore.* Alex. ὁ οὐρανὸς συννεφὴς αὐτῷ δρόσῳ *cælum caligans ipſi rore.* Ald. Compl. ὁ οὐρανὸς αὐτῷ συννεφὴς δρόσῳ *cælum ipſi caligans rore.* Vulg. *cælique caligabunt*, (ex uſu Syriaco) *rore.* Alii, *cæli quoque ejus* (ſynecdoche totius pro parte, cælorum ſcil. ſub quâ ſtabit), *ſtillabunt rore.*

עֹרֶף m. Lxx. Incert. αὐχήν, Aq. τένων, Hebræus interpres, μετάφρενα, Lxx. κοιλία, αὐτόμολος, ſive σφόνδυλος, νῶτος, Lxx. Incert. τράχηλος.... Vulg. & alii, *cervix, tendo, pars dorſi, quæ ad ſeptum tranſverſum ſita eſt*, (quaſi τὸ μετὰ τὰς φρένας, poſt præcordia, Antiquis, mentis ſedem) per metonymiam adjuncti, *coma, vertebræ*, ſive *verticula, dorſum, tergum.....* Hinc per metatheſin. Gr. φάρυγξ *Pharynx*, guttur, fauces. Exod. 23. v. 27. *& dabo* (ſeu *ponam*) *omnes* אֹיְבֶיךָ אֵלֶיךָ עֹרֶף, Lxx. τοὺς ὑπεναντίους σου φυγάδας *adverſarios tuos fugitivos.* Alii, *inimicos tuos cervice obverſâ*, h. e. fugientes, terga, non facies videbis, עַם־קְשֵׁה־עֹרֶף, Exod. 34. v. 9. Lxx. ὁ λαὸς σκληροτράχηλος, Vulg. & alii, *populus duræ cervicis*, durus, מַקְשֶׁה־עֹרֶף, Prov. 29. v. 1. Lxx. ἀνδρὸς σκληροτραχήλου *hominis duræ cervicis.* Vulg..... *durâ cervice contemnit.* Alii, (*vir increpationum*, h. e. paſſivè, *increpatus*, activè, *increpans*,) *obdurans cervicem*

.... כִּי־פָנוּ אֵלַי עֹרֶף וְלֹא פָנִים, Jerem. 2. v. 27. *versi sunt ad me cervice, non facie.* In Hebræo elegans antanaclasis. Cum præf. בְּעֹרֶף *in cervice*, כְּעֹרֶף, 4. Reg. 17. v. 14. *secundùm cervicem* (duritiem cervicis) patrum ipsorum. Cum affix. mutato τῷ hhól in (ּ hhatoúph), עָרְפּוֹ *cervicis ejus, cervicem suam*, m. עָרְפְּךָ *cervicem tuam*, m. In pausa, unde (ֵ) pro (ְ) ante affixum, עָרְפֶּךָ *cervix tua*, m. Cum præf. & affix. בְּעָרְפִּי *cervicem meam*, c. עָרְפָּם *cervicem ipsorum, suam*, m. וְעָרְפָּם *& cervicem suam, ipsorum*, m. עָרְפְּכֶם *cervicem vestram*, m. וְעָרְפְּכֶם *& cervicem vestram*, m. R. עָרַף *decollavit.*

עָרְפָּה Mass. *Orpháh*, Vulg. *Orpha*, nomen propr. uxoris Chelionis, filii Elimelech, Bethlehemitæ, Ruth. 1. v. 4. Etym. *cervicosa*, à עֹרֶף *cervix.*

עֲרָפֶל m. Lxx. Incert. γνόφος, Lxx. Sym. ὁμίχλη, Lxx. σκότος, θύελλα, Aq. Theod. Hebraicâ voce retentâ, ac Massorethicè lectâ, Ἀραφὲλ *Araphel.* Vulg. & alii, *caligo, nebula, tenebræ, procella, turbo*..... הַבְעַד עֲרָפֶל יִשְׁפּוֹט, Job. 22. v. 13. *an per caliginem densam judicaret?* Cum præf. חֹשֶׁךְ עָנָן וַעֲרָפֶל, Deut. 4. v. 11. *tenebræ nubis ac caliginis*, h. e. *tenebræ opacissimæ*, הָעֲרָפֶל *spississimam nubem, caliginem*, וַעֲרָפֶל *& caligo*, יְהוָה אָמַר לִשְׁכֹּן בָּעֲרָפֶל, 3. Reg. 8. v. 12. *Dominus dixit* (statuit, decrevit,) *habitaturum se in nube spississima*, q. d. immissâ nube domum suam se occupaturum, vel præsentiam declaraturum.... לָעֲרָפֶל *in caliginem.* R. ערפל Syr. in Ettaphal, *nubilatus est, caligavit.* Ex עָרַף Hebræo, *stillavit*, addito ad auxesin in fine τῷ ל, uti ex עֲרַק Chald. *fugit*, factum est עַרְקֵל *præceps fuit*....

עָרַץ QAL. Lxx. Incert. ἰσχύω, Lxx. μεγαλαυχέω, Sym. καταδυναστεύω, Lxx. θραύω, δειλιάω, ἀλαζονεύομαι, διατρέπομαι, πτήσσομαι, πτήσσω, πτοέομαι, ἐκκλίνω..... Vulg. *possum, polleo, potens, fortis, (fortior) sum, (roboro,) ipse me magnifico*, sive *magnificè me jacto, atque ostento, potentiâ*, seu *vi opprimo, violentiâ utor, violenter exagito, tyrannidem exerceo, frango, (confringo, contero, concutio,) timido sum animo*,

pericula detrecto, expavesco, timeo, vereor, cautè, religiosè fugio, perturbor, perterreor, (& activè, *perterreo*) *nullius sum consilii, ad stuporem usque perculsus sum, metu contrahor, animo consternor, vulneror, frangor* .... *declino*..... Hinc Gr. ἀρράσσω, & per aphæresin, ῥάσσω, ῥίσσω, ῥιζόω, Gal. *je rosse*.... τὸ enim צ valet, aut sonat (maximè apud Orientales), ss. Vide Gram. Heb. tom. 1. p. 3.

INFIN. cum præf. בְּקוּמוֹ לַעֲרֹץ הָאָרֶץ, Isai. 2. v. 19. *cum surrexerit* (qui dormire visus est....) *ad commovendam* (*terendam*, sive *terrendam*) *terram.* Longè pulchrior in Hebræo paronomasia.

FUT. 2. p. s. m. תַּעֲרֹץ *expavescas, conteres*, & cum hhólem deficienti, אַל־תַּעֲרֹץ וְאַל־תֵּחָת, Jos. 1. v. 9. *ne consterneris, frangaris animo.* 2. p. s. f. in pausa, unde revocatur τὸ (ִ) primariæ vocis loco τοῦ (ְ), Isai. 47. v. 12. vel 14. *sta cum incantoribus* ..... אוּלַי תַּעֲרוֹצִי *fortasse roborabis te*, fortem, formidabilem.... præbebis te, ironica permissio. 1. p. s. c. אֶעֱרוֹץ *timebam, verebar*.... 2. p. plur. m. Deut. 20. v. 3. *ne mollescant pectora vestra, ne timeatis; neque præcipites abripiamini* metu periculi *perculsi; neque* תַּעַרְצוּ מִפְּנֵיהֶם *animo frangamini*, (*metuve contrahamini*) *coram illis*; gradatio. Cum ן parag. תַּעַרְצוּן *formidabitis.*

NIPHAL נַעֲרָץ, unde BEN. s. m. τοῦ (ּ) sub ע in (ֲ) dilatato ob (ָ) præced. quo נ characteristica loco τοῦ (ִ) notatur, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 170. c. 1. אֵל נַעֲרָץ בְּסוֹד־קְדֹשִׁים רַבָּה, Psal. 88. Heb. 89. v. 8. Lxx. ὁ Θεὸς ἐνδοξαζόμενος ἐν βουλῇ ἁγίων, μέγας.... Vulg. *Deus, qui glorificatur in consilio sanctorum: magnus*.... Aq. ἰσχυρὸς καταισχυνόμενος ἐν ἀπορρήτῳ ἁγίων, πλῆθος.... *fortis roboratus in secreto sanctorum, multitudo*..... Sym. Θεὸς ἀήττητος ἐν ὁμιλίᾳ ἁγίων πολλῇ.... *ô Deus, invicte in colloquio sanctorum multo*... Alii, *Deus terribilis in consilio sanctorum multitudinis*, h. e. *multorum.* Alii aliter. Quidam, *Deus summè reverendus in cœtu sanctorum, vel formidandus*.... (Cum accentu in ultima anomalus posito, vide Gram. Heb. tom. 2. p. 307.)

Digitized by Google

HIPHIL הֶעֱרִיץ, Lxx. φοβέομαι, πτοέομαι, Vulg. & alii, *metuo, timeo, formido, in fugam convertor, commoveor, perturbor, perterreor, metu consternor* ..... & activè, *perterreo, in fugam verto* ....

Ben. f. m. הוּא מַעֲרִצְכֶם, Isai. 8. v. 13. *& ipse perterret vos*, vel contra, *firmat vos*, m. Alii substant. (ob præcedens τὸ מוֹרַאֲכֶם,) *& ipse pavor vester*, Chald. commodiùs, וְהוּא תּוּקְפְכוֹן *& ipse fortitudo vestra, munimen vestrum* ....

Fut. 3. p. plur. m. יַעֲרִיצוּ *formidabunt*. 2. p. plur. m. תַעֲרִיצוּ, וְלֹא, Isai. 8. v. 12. *neque pavete*, q. d. ne vos expavefacite.

ערק QAL, *fugio* .... unde Ben. plur. m. cum præf. הַעֹרְקִים צִיָּה, Job. 30. v. 3. Lxx. οἱ φεύγοντες ἄνυδρον *qui fugiebant inaquosam heri pressuram*. Vulg. *qui rodebant* (ex lingua Arabica) *in solitudine*. Alii, *qui fugiebant (ad) siccitatem*, h. e. ad locum arentem, desertum .... ut obtegerent inopiam suam. Quidam, *rodentes siccitatem*, sive *locum aridum*, h. e. comedentes terræ aridæ aridos, ingratosve fructus. Metonymia subjecti.

עַרְקִי Mass. *Arqí*, Vulg. *Aracæus*, nom. propr. filii Chanaan, Gen. 10. v. 16. qui Ἄρκας Phœnices (urbem sitam inter Tripolim, & Antaradon, uti liquet ex itinerario Antonini) condidit. Etym. *arcula mea*, à עֲרַק (Chald.) Lat. *arca, arcula* .... & (י) affix. 1. p. f. c.

עֹרְקִים plur. m. unde cum præfix. & affix. וְעֹרְקַי לֹא יִשְׁכָּבוּן, Job. 30. v. 17. Lxx. τὰ δὲ νεῦρά μου διαλέλυται *& nervi mei dissoluti sunt*. Vulg. *&, qui me comedunt, non dormiunt*, ex usu Syriaco. Alii, *& venæ*, vel *arteriæ*, vel *nervi* (significationes hæ omnes ex Arabica lingua) *non quiescunt*; propriè, *non recumbunt*, unde, Quidam, *rodentes me non decumbunt*, ne nocte quidem desistunt, vermes scilicet: sic τὸ עֹרְקִים foret Benoni plur. m. τοῦ Qal Verbi עָרַק Arabibus, *rosit os, edendo denudavit carne* ....

ערר QAL, unde secundùm nonnullos, geminatis duabus primis radicalibus Infinitivus τοῦ PIEL, עַרְעֵר *dirnendo, denudando* ... & 3. p. f. f. Fut. τοῦ HITHPAEL, תִּתְעַרְעַר, Jerem. 51. v. 58. *diruetur, denudabitur* .... vide עָרָה, supra col. 1736.

עֶרֶשׂ, & in pausa עָרֶשׂ, f. Lxx. κλίνη, στρωμνή .... Vulg. & alii, *lectus*, (per *sponda*) *stratum, grabatus* .... Lxx. Verbaliter, κλίνω *inclino, recumbere facio* .... Ex usu Arabico. Cum affix. עַרְשׂוֹ עֶרֶשׂ בַּרְזֶל, Deut. 3. v. 11. *lectus ejus*, m. *lectus ferri*, h. e. *ferreus*, Job. 7. v. 13. *si dixero:* תְּנַחֲמֵנִי עַרְשִׂי *consolabitur me lectulus meus* .... *tunc terruisti per somnia* .... עַרְשֵׂנוּ *lectus noster*, c. Plur. ex terminatione fem. cum affix. עַרְשׂוֹתָם, Amos 6. v. 4. *in stratis suis*, m. Vulg. *vestris*. Personarum enallage, nullius hic momenti; nisi fortè fiat ex parte prophetæ, ex consilio liberiùs increpantis. Rad. ערש Arab. *struxit, disposuit, ordine collocavit* ....

עָשׁ m. unde עֹשֶׂה עָשׁ, Job. 9. v. 9. Lxx. ὁ ποιῶν πλειάδα *qui facit pleiada*, vel *pleiadas*. Vulg. & alii, *qui facit arcturum*. Alii, *Booten* .... Est τὸ עָשׁ *congregatio stellarum*, vel *constellatio*; propriè ἄρκτος vel ἀρκτοῦρος, *ursa*, vel *ursæ cauda*, vel *plaustrum*, cujus formam hæ septem stellæ (*septemtriones*, sive *boves* dictæ) repræsentant, à עוּשׁ *congregatus* .... *fuit*. Vel per aphæresin τοῦ נ, (quod sæpiùs excidit) ex Arab. נעש Sydus *Ursæ* ....

עָשׁ m. Lxx. σής, Aq. βρῶσις, ἀράχνη, Sym. δηξις .... Vulg. & alii, *tinea, vermiculus vestibus noxius, lignum corrodens, vermis*, (*rosio*) *caries, situs, putredo, mucor, rubigo, aranea* .... Lxx. item, metaphoricè, χρόνος *tempus*, multò magis, quàm vermes, aut insecta, rerum edax, ταραχή *turbatio, tumultus, discordia, sollicitudo, infestatio* .... à עוש Arab. *obivit noctu, quæsivit, captavit* lupus *devorandum quid* ..... unde Gall. *je bouffe*. Job. 13. v. 28. *ut vestis*, אֲכָלוֹ עָשׁ *quam comedit tinea*. Lxx. σητόβρωτον. Cum præf. בָּנָה כָעָשׁ בֵּיתוֹ, Job. 27. v. 18. *ædificavit ut tinea* (in veste scilicet, unde facilè excutitur .... Alii, *ut eruca*, sub finem videlicet vitæ ....) *domum suam*. R. עָשַׁשׁ *corrosus* .... *fuit, contabuit* .... Quidam, *domum, sicut nidum* avis, *struit*; R. עָשַׁשׁ Arabibus, *nidificavit, nidum struxit*

Digitized by Google

avis.... unde עָשׁ *asch, nidus*.... aut *ſicut tugurium, quod facit ſibi ὀπωρεσφύλαξ.* Neutrum perenne. Nidus vere, autumno tugurium ſtruitur.

עֲשַׂב m. Chald. Lxx. χόρτος, Vulg. & alii, *herba, gramen, fœnum, pabulum.* Cum præfix. כְּעִשְׂבָּ *in herba.* Cum ה״ל א in fine emphatico, ſive artic. עִשְׂבָּא *herba illa*, & cum præf. וְעִשְׂבָּא *& herbam.* R. עשב Arab. in II. *herbam, pabulum produxit, herboſa fuit* terra.

עֵשֶׂב m. Lxx. βοτάνη, Aq. πόα, Lxx. παμβότανον, Lxx. Aq. χλόη, Lxx. χλωρός, ἄγρωστις, Lxx. Aq. Sym. Theod. χόρτος, Lxx. χόρτασμα, Sym. σπέρμα.... Vulg. & alii, *herba*, propriè, *ſativa*, ſed & *omnis herba, herba viridis*, (unde per metonymiam adjuncti, *viridis, ſubviridis, color, gramen* ....) Dioſc. lib. 4. v. 30. ἄμπελ☉ λευκή) *fenum, pabulum, cibus, ſeminale*, (*ſatus, cultus*), *ſeges*... דֶּשֶׁא עֵשֶׂב מַזְרִיעַ זֶרַע, Gen. 1. v. 11. *herbam pabuli*; Quidam, *herbam herbam*, vel *herbam herbæ*, h. e. *omnis generis herbam*, vide Gram. Heb. t. 1. p. 458. c. 2. num. IV. (Gal. *herbage*) cujus *ſemen ſemetipſum ſeminet, ſementaturam*, ut loquitur Plinius. אֶת־כָּל־יֶרֶק עֵשֶׂב, Gen. 1. v. 30. *omne olus herbaceum*; nonnulli, *cum omni olere herbaceo*, concludunt non herbas tantùm, ſed & carnes etiam ante diluvium ad veſcendum conceſſas. Verùm refragantur patres ferè omnes; nec ipſa quidem diſtinctio animalium in munda & immunda (ante diluvium facta) dilucidè docet alia permiſſa fuiſſe, alia prohibita; quippe quæ unius ſacrificii ratione fieri potuerit. Cum præfix. וְעֵשֶׂב *& herba*, וּבְעֵשֶׂב *& in herba*, כְּעֵשֶׂב, כָּעֵשֶׂב *ſicut herba.* Cum affix. עֶשְׂבָּם *herbam ipſorum.* Plur. terminatione fem. conſtr. cum daghéſch ornatûs ſecundùm Qimhhi, in ה״ל ש, עִשְּׂבוֹת *herbæ.* R. עשב Arab. in 2. conjug. *herbam, pabulum viride produxit, herboſa fuit* terra.

עָשָׂה QAL. Lxx. Aq. Sym. Theod. ποιέω, Lxx. διαποιέω, κατεργάζομαι, τελέω, ἐπιτελέω, συντελέω, ἀντιποιέω, πράττω, ἄγω, ἐπὶ τέλ☉ ἄγω, πονέω, ἐργάζομαι, κτίζω, πλάττω, στερέω, ἑτοιμάζειν, κατασκευάζω, τίθημι, ἐπιτίθημι, οἰκοδομέω, γλύφω, διαγλύφω, κόπτω, περιποιέομαι, φέρω, περιφέρω, πλίθω, κτάομαι, φυλάττω, χέομαι, χέω, ἐλεέω, ἀναφέρω, βοηθέω, (Sym. συμπράττω,) δίδωμι, ἐξαιρέω, προσλαμβάνω, συμβαίνει, ἀποδεκατόω, μεριμνάω, θεραπεύω, νοέω, περιβλέπω, παραζηλόω, λαλέω, ἐπικαλέω, ἀναστρέφομαι, πλατάω, ἀγαπάω, ἁμαρτάνω, ὁρμάω, ἀπόλλυμι, πορνεύω, μεταμέλει.... Vulg. & alii, *facio*, (*ſacra-facio, ſacrifico, magni-facio, magnifico*,) *efficio, conficio, effectum reddo, perficio, abſolvo, conſummo, contra, ſive viciſſim facio, par pari reddo, beneficium rependo, ago*, (*frango*,) *duco, ad finem uſque perduco, laboro*, (*doleo*), *operor, opus facio, colo terram, artes*.... *condo, creo, fabricor, fingo, formo, ſolido, firmo, paro, expedio, inſtruo, apparo*, (*orno, exorno*,) *pono, colloco, impono, ſuperimpono, ædifico* domum, *cavo, excavo, ſculpo, perſculpo, cælo, cædo, acquiro mihi vindico, aſſero, fero, affero, impleo, repleo, comparo*, ſive *poſſideo, cuſtodio, ſervo, utor, commodo, miſereor, commiſeror, offero*, (*confero ad cultum divinum, religioſè inſtruo*) *ad clamorem, ad auxilium venio, accurro, auxilior, conſiliorum*, ſive *laborum ſocius ſum, opem fero, operam navo, do, trado, porrigo, eripio, eruo, adſumo, adſciſco*, impersonaliter, vel potiùs in 3. p. ſ. præteriti (apud Latinos) *contigit, accidit, decimas do*, vel *accipio, curo, curis impedior*, vel *curæ habeo, medeor, ſano, mente, animo, ſecretis imaginationibus agito*, (vias, aut artes ſimulandi, lactandive omnes *meditor*, aſtutiam corde *machinor*,) *circumſpicio, affecto, æmulatione afficio, excito, loquor, præcipio, inverto, in contrariam partem verto, à recto itinere abduco, in errorem impello, diligo, amo, aberro, pecco, delinquo, impetu feror, irruo, prorumpo, perdo, perimo, occido*, (*ſubigo, comprimo*,) *ſcortor*, (impersonaliter, ſive 3. p. ſ. præſentis,) *pœnitet*... Hinc Hiſpan. *hacer.* Lxx. item, in hiſce phraſibus: אֹזֶן עָשָׂה ὑπακούω *obaudio*, חֲנִיכָה עָשָׂה ἄφεσιν ποιέω *dimiſſionem facio*, יִתְרָה עָשָׂה, σώζω *ſervo*, יִתְרָה עָשָׂה

יְתֵרוֹת עָשָׂה περιποιέομαι *acquiro, conservo*, עָשָׂה כַף רְמִיָּה, ταπεινόω ἄνδρα *humilem reddo virum*, עָשָׂה מְלָאכָה, ἐργάζομαι *operor*, עָשָׂה יְקָר, δοξάζω *honoro*, עָשָׂה מְלֶאכֶת הַשָּׂדֶה, γεωργέω *agrum colo*, עָשָׂה מִשְׁפָּט, ἀληθεύω *verum dico, vera loquor*, עָשָׂה נְבָלָה, ἀπόλλυμι *perdo*, עָשָׂה בְּעֶבְרָה, μνησικακέω *memor sum malorum*, וְעָשְׂתָה אֶת־צִפָּרְנֶיהָ, Deut. 21. v. 12. περιονυχιεῖς αὐτήν .... *circumcides.* (Vulg. & alii, *circumcidet*) *ungues suos* ..... עָשָׂה רָע, κακοποιέω *malefacio*; adjective, κακός *malus*, עָשָׂה חֶבֶל, ἀσεβέω *impie ago*, עָשָׂה תוֹעֵבָה, ἀνομέω *inique ago*, ἐκλείπω *deficio* ....

Velocem, rapidum, validis ungulis, cursu expeditissimum. Bochart. lib. 1. cap. IX. de nom. Animal. p. 63. Hinc, *ferus, a, um*.

פִּרְאָם Mass. *Pirám*, Vulg. *Pharam*, nom. proprium regis Jerimoth, Jos. 10. v. 3. Etym. *onager eorum*, à פרא *onager*, & ם affix. 3. p. plur. m.

פַּרְבָּר, unde cum præf. לַפַּרְבָּר לַמְּסִלָּה אַרְבָּעָה לַמְּסִלָּה שְׁנַיִם לַפַּרְבָּר, 1. Paral. 26. v. 18. O.... εἰς διαδεχομένους, καὶ πρὸς δυμαῖς,

Digitized by Google

(Alex. *διμῶς*) τέσσαρες, καὶ εἰς τὸ τεῖχος δύο (εἰς) διαδεχομένους. Lxx. *in excipientes, & ad Occidentem quatuor, & ad semitam duo (in) excipientes*.... Vulg. *in cellulis quoque janitorum ad Occidentem quatuor in via, binique per cellulas*. Alii, *ad cellam*, sive *cellulam* (*ad armarium, ad Occidentem*, seu *Occidentale*) *quatuor; ad semitam* (*aggerem*) *duo ad cellam*.... Alii, quibus est nomen proprium, *ad versus, contra Parbar*... Quidam, *de Parbar* (civitate, aut familia) *ad plagam Occidentalem quatuor, juxtam viam duo de Parbar*...Etym. *bos sylvestris*, à פַּר *bos, juvencus*...& בַּר Chald. *ager, sylva*... unde תּוֹר בַּר...Psal. 50. v.10. *bos sylvestris*...

פרד QAL, Angl. *to part*, Lat. *partior*, vel *partio*...

Paoul plur. fem. τῷ (ו) in (ֻ) mutato, וְכַנְפֵיהֶם פְּרֻדוֹת, Ezech. 1. v. 11. O. καὶ πτέρυγες αὐτῶν ἐκτεταμέναι... Lxx. & alii, *& alæ* (Vulg. *pennæ*) *eorum extensæ, dispansæ, disjunctæ*...

NIPHAL נִפְרַד, Lxx. ἀποσπάομαι, Lxx. Aq. Sym. Theod. χωρίζομαι, Lxx. ἀφορίζομαι, σκορπίζομαι, διασκορπίζομαι, διαχωρίζομαι... Vulg. & alii, *abstrahor, distrahor, separor, dispescor, disjungor, disgregor, discernor, distribuor, dissipor, spargor, dispergor, disseminor, dispalor*...

Praet. 3. p. plur. c. מֵאֵלֶּה נִפְרְדוּ אִיֵּי הַגּוֹיִם, Gen. 10. v. 5. O. ἐκ τούτων ἀφωρίσθησαν νῆσοι τῶν ἐθνῶν.... *ab his distributæ*, sive *partitæ sunt* (ad sedes locandas) *insulæ gentium*, puta, *Græcia, Italia*.... (illis insulæ dictæ propter mare interpositum) *secundùm linguam suam*...totum אִי ἀσέλληψιν dictum. In pausa, unde τό (ֶ) primariæ vocis motio reducta, in (ֵ) mutatur sub ר, נִפְרָדוּ *separati sunt*...

Ben. f. m. לְתַאֲוָה יְבַקֵּשׁ נִפְרָד בְּכָל־תּוּשִׁיָּה יִתְגַּלָּע, Prov. 18. v. 1. *ad desiderium* (nempè, grata ac jucunda) *quærit, qui sese à* cæteris *segregat*, (ἰδιογνώμων) *de omni existentia male loquitur*, ex usu Arabico, vel *ridebit*... Convenit enim τό גלע per metath. cum τοῖς לעג, עלג *subsannavit*. Plur. נִפְרָדִים *separati*...

Infin. τῷ (ֶ) ob maqqáph in (ְ) correpto, הִפָּרֶד־ *separari, discedere*...

Imper. 2. p. f. m. τῷ (ֶ) quoque ut mox supra mutato, הִפָּרֶד־נָא, Gen. 13. v. 9. *age dum, fac disjungaris, discedas*... *à me*.

Fut. 3. p. f. m. יִפָּרֵד *dividit se, dividitur*. 3. p. plur. m. in pausa, unde (ֵ) sub ר, יִפָּרֵדוּ *dividentur*... Cum præf. וַיִּפָּרְדוּ *& separaverunt se*...

PIEL פֵּרֵד, unde 3. p. plur. m. Fut. in pausa, quare (ֵ) loco τῷ (ְ) sub ר, עִם־הַזֹּנוֹת יְפָרֵדוּ, Hos. 4. v. 14. O. μετὰ τῶν πορνῶν συνεφύροντο, A. ἐχωρίζοντο, Σ. ἠκολούθησαν, Θ. κατεμετρήθησαν, Lxx. *cum meretricibus commiscebantur*, Aq. *separabantur*, Sym. *sequuti sunt*, Theod. *connumerati sunt*, Vulg. *conversabantur*, Alii...*separant se* à Deo, sive ab uxoribus, seu à consortio hominum, aut communi usu...

PUAL פֹּרַד, unde Paoul f. m. cum præf. וּמְפֹרָד בֵּין הָעַמִּים, Esth. 3. v. 8. apud Lxx. vacat. Vulg. *& à se mutuò separatus*, Alii, *ab aliis separatus; inter populos* populus ἄμικτος.... Tacitus de Judæis, *separati epulis, discreti cubilibus*...

HIPHIL הִפְרִיד, Lxx. Sym. διαχωρίζω, Lxx. δίστημι, Aq. διορίζω, Lxx. Sym. Theod. διαστέλλω... Vulg. & alii, *separo, disgrego, discerno, disjungo, dissocio, ad dissidium impello, dissipo, dirimo, divido, distermino, discrimino, distinguo, definio, decerno, destino, distendo, dimitto*...

Praet. 3. p. f. m. וְהַכְּשָׂבִים הִפְרִיד יַעֲקֹב, Gen. 30. v. 40. *& agnos secrevit Jacob*....

Ben. f. m. וְנִרְגָּן מַפְרִיד אַלּוּף, Proverb. 16. v. 28. *& susurro separat* nobis *consuetudine conjunctum*... Est τό אַלּוּף à אלף Chaldæis, Samaritanis, Arabibus, *assuevit, consuevit, sociavit, consuetudine conjunxit*... unde Paoúl f. m. אַלּוּף, & τῷ (ָ) in (ַ) sequente daghésch per legem æquivalentiæ mutato, אַלּוּף *consuetudine conjunctus, familiaris socius, amicus*... *effectus*.

Infin. cum præf. & aff. בְּהַפְרִידוֹ, Deut. 32. v. 8. Vulg. *quando dividebat filios Adam* ... distinguebat in familias, & populos, & linguas...

Fut.

Digitized by Google

Fut. 3. p. f. m. Prov. 18. v. 18. *contentiones cessare faciet sors*, (Dei, mundi judicis, quasi vicarius, Cartwrightus.) וּבֵין עֲצוּמִים יַפְרִיד, O. ἐν δὲ δυνάσταις (Alex. Ald. Complut. δυνάσταις) ὁρίζει, A. διαλείψει, Σ. Θ. διαστελεῖ, Lxx. *& in potentatibus*, (Alex. Ald. Complut. *& inter magnates*) *definit*, Aq. *intermittet*.... Sym. Theod. *decernet*, Vulg. *& inter potentes quoque dijudicabit*, Alii, *vel inter roborantes se* in lite (R. Dav.) *dirimit*. 3. p. plur. m. cum præfix. deficiente in penult. יוּד (י), וַיִּפְרְדוּ, *& separationem fecerunt*...

HITHPAEL הִתְפָּרֵד, O. διασκορπίζεσθαι, λείπειν ἀλλήλους... Lxx. Vulg. & alii *dissipari*, *dispergi*, *sese invicem relinquere*, aut *sese mutuò separare*, *dividi*...

Præt. 3. p. plur. c. cum præf. וְהִתְפָּרְדוּ כָּל־עַצְמוֹתָי, Psal. 21. Hebr. 22. v. 15. *& separant se omnia ossa mea*.

Fut. 3. p. plur. m. יִתְפָּרְדוּ *dissipabuntur*. In pausa unde צֵרֵי (..) primariæ vocis revocatum in (..) sub ר mutatur, יִתְלַכְּדוּ וְלֹא יִתְפָּרָדוּ, Job. 41. v. 9. O. Θ. συνέχονται καὶ οὐ διασπῶνται. Lxx. Theod. & alii, *comprehendunt se*, *nec divellerentur*, aut *separarentur*.... Vulg. *& tenentes se nequaquàm separabuntur*.

פֶּרֶד m. Lxx. Incert. ἡμίονος (i. *semi-asinus*) *mulus*. Hinc fortè, *pardus*, *leopardus*, ut & Germ. *Pferd*, (Robertson) Lat. *Burdo*, Hispan. *Burdégano*... Cum præf. וּפֶרֶד *& mulus*, הַפֶּרֶד *mulus*, וְהַפֶּרֶד *& mulus*, כְּפֶרֶד *sicut mulus*. Cum aff. פִּרְדּוֹ *mulo suo* m. Plur. פְּרָדִים *muli*. Cum præfix. וּפְרָדִים *& muli*, וּבַפְּרָדִים, Isai. 66. v. 20. O. ἐν λαμπήναις ἡμιόνων, A. Θ. ἐν ἡμιόνοις, Σ. ἐν κατόχαις, Lxx. *in lampenis* (à Gr. λαμπήνη, vel ἀπήνη, olim ἀπήνη *mulare vehiculum*, Lat. *Rheda*...) *mulorum*, Aq. Theod. Vulg. & alii, *& in mulis*, Sym. *in carrucis*.... Cum affix. פִּרְדֵיהֶם *muli eorum*. R. פָּרַד *separavit*.... unde פֶּרֶד *mulus*, sic dictus, הוא נפרד בעבור שלא תוליד *quia non generat*, *& separatus est*, i. cælebs. *Mihi*, inquit, Bochart. lib. II. cap. XIX. de mulorum usu... פרד *pered*, *est animal ex iis parentibus natum*, *qui à naturali consorte separantur*, *ut cum alienis copulentur*. *Id enim propriè est* נפרד. Mihi verò פֶּרֶד *péredh*, *mulus*, sic dictus videtur, quòd susceptum ipsius semen, ad capiendam facturam, non coaguletur, sed disperdatur... à פָּרַד *disperdidit*.... Quomodo dicitur Græcis, ἡμίονος, διὰ τὸ ἀτελὲς γονὴν ἔχειν ὅθεν ἐν τοῖς συνεστιν οὐ συλλαμβάνουσιν, διὰ τὸ ἀγονον *quia semen habet irritum* (utpote ἄγονος) *unde est*, *quòd in coitu* (muli) *non concipiunt neque generant*...

פִּרְדָּה f. Lxx. ἡμίονος, Vulg. & alii, *mula*. Cum præf. הַפִּרְדָּה *mula*. Const. פִּרְדַּת *mula*; à sing. masc. פרד *mulus*.

פְּרֻדוֹת pl. f. unde עָבְשׁוּ פְרֻדוֹת תַּחַת מֶגְרְפֹתֵיהֶם, Joël. 1. v. 17. O. ἐσκίρτησαν δαμάλεις ἐπὶ ταῖς φάτναις αὐτῶν, Lxx. *subsultaverunt juvencæ in præsepibus suis*.... Vulg. *computruerunt jumenta in stercore suo*... Accepto scil. נוּן מֶגְרָפָה in significatione נוּן גָּלַל, quòd גרף idem ferè ac גלל significet... Alii, *fracuerunt* (*macida facta sunt*) *grana* (*semina*, *sata*) *sub glebis*, vel *pulveribus*... R. פָּרַד *separavit*... unde פְּרֻדוֹת, Paoûl plur. f. *separatæ*... Substantivè, *grana*, sic dicta, quasi hinc inde separata & dissita, Buxt. Lexic.

פַּרְדֵּס m. Lxx. παράδεισος, Vulg. & alii, *paradisus*, *hortus*, *sylva*, *saltus*, *pomarium*.... Cum præf. הַפַּרְדֵּס *hortus*... Plur. cum præf. וּפַרְדֵּסִים *& horti*... R. פרדס Arab. *stravit humi*... Gol. unde Arab. פרדוס / *birdouson*. Plur. פראדים *pharadiso*, *horti*, *paradisus*, *beatorum sedes*. Gig. (pec. nomen horti infra Jemamam Arabiæ, & plur. Locus in Syria prope Damascum, Gig.) sic dictus, quasi *humus floribus strata*, aut *locus planitie extensus*, *arboribus consitus*, *amœnitate jucundissimus*... unde metaphoricè, *paradisus*, sive *beatorum sedes*... פרדס, R. Salomoni est tota regio à Libano ad Antilibanum in cujus extremitate oppidum fuit nomine *paradisi*, cujus meminit Ptolomæus, & Plin. lib. 5. cap. 23.

פָּרָה QAL. Lxx. αὐξάνομαι, αὐξάνω, ἐπαίνω, ἀναβαίνω, Vulg. & alii, *augeor*, *cresco*, *incrementum accipio*, *bonâ habitudine*, *prosperâ fortunâ*... *utor*,

abundo, germino, fructificor, vel *fructifico, produco, germen sursùm emitto, exorior, nascor, emergo, exurgo, ascendo*... Hinc Gr. φέρω, Lat. *pario*...

PRAET. 3. p. plur. c. וּבְנֵי יִשְׂרָאֵל פָּרוּ, Exod. 1. v. 7. *& filii Israël creverunt*.... Cum præf. וּפָרוּ *& crescant, fœtificent*.... 2. p. plur. m. cum præf. וּפְרִיתֶם *& crescetis*.... 1. p. plur. c. cum præf. וּפָרִינוּ *& crescimus*...

BEN. s. m. שֹׁרֶשׁ פֹּרֶה רֹאשׁ וְלַעֲנָה, Deut. 29. v. 18. *radix producens caput* (colocynthidis, vel papaveris nigri, aut aliud toxicum) *& absinthium*... Sic est natura impiæ doctrinæ vitæque... s. f. mutato ה in (י) præcedente (·), unde τῷ (י) imprimitur daghésch fortè, quod venit semper post motiones parvas, quas non sequitur immediatè τὸ (·), vel accentus, vide Gram. Hebr. t. 1. p. 29. c. 2. & 286. c. 1. פֹּרִיָּה, Lxx. substantivè, γέννημα, καρπός, *germen, fructus*... (legebant פְּרִי), Alii, *fructifera*.... Isai. 17. v. 6. O. καταλειφθῇ *sunt* (*sit*) *relicta*. Vulg. & alii, *fructûs*, (legendo scil. פְּרִי) Alii, *fructiferæ*, sub. *arboris*... τοῦ ה in ת, secundùm Qimhhium, converso, בֵּן פֹּרָת יוֹסֵף בֵּן פֹּרָת עֲלֵי־עָיִן בָּנוֹת צָעֲדָה עֲלֵי־שׁוּר, Gen. 49. v. 22. O. ὑὸς ηὐξημένος Ἰωσὴφ, ὑὸς ηὐξημένος μου ζηλωτὸς, ὑὸς μου νεώτατος· πρὸς με ἀνάστρεψον. Lxx. *filius auctus Joseph, filius auctus meus, æmulatione dignus, filius meus adolescentior: ad me convertere*. Vulg. *filius accrescens Joseph, filius accrescens & decorus aspectu: filiæ discurrerunt super murum*. Alii, *filius accrescens Joseph, filius accrescens juxta fontem; filiæ* (sive *unaquæque filiarum*) *incessit super murum*. Quidam, *filius exenterans* gravidas scilicet tribus, quibus terræ Israëliticæ, optimam quamque partem abstulit... *Joseph, filius*, inquam, *exenterans ad fontem*, (ducitur metaphora à piscibus, qui ad aquas apparantur,) *cujus filiarum*, seu tribuum, nempe, Manasse, & Ephraim, *unaquæque progredietur ultra murum*, i. extendetur absque termino, præter Mare magnum, sive Mediterraneum, & Jordanem; τὸ porrò פֹּרָת, & cum accentu regio פֹּרָת est Benoni s. m. Verbi פְּרַת Syris, *exenteravit*... Vide Gram. Hebr. t. 1. p. 164. c. 1. & t. 2. p. 311. c. 1.

IMPER. 2. p. s. m. פְּרֵה *cresce*, non mole, sed numero. 2. p. pl. m. פְּרוּ *crescite, procreate, propagate*...

FUT. 3. p. s. m. יִפְרֶה *fructuosè crescet*.... 2. p. s. m. תִּפְרֶה *accreveris, auctus fueris*.... 3. p. plur. m. cum præf. Isai. 45. v. 8. *rorate cœli desuper, & nubes pluant justitiam* (*justum*) תִּפְתַּח־אֶרֶץ וְיִפְרוּ־יֶשַׁע וּצְדָקָה תַצְמִיחַ יַחַד אֲנִי יְהוָה בְּרָאתִיו *aperiat terra* sinum suum, *ut scilicet* irrigata rore cœlesti, cum cœlis, nempè, altissimis, qui *justum*, i. *salvatorem emittunt, simul germinet: Ego Dominus eum procreavi, genui*... τὸ enim ברא non solùm, *creare*, sed & *procreare, gignere*.... significat, uti ex τῷ Niphal liquet, בִּמְקוֹם אֲשֶׁר־נִבְרֵאת בְּאֶרֶץ מְכֻרוֹתַיִךְ אֶשְׁפֹּט אֹתָךְ, Ezech. 21. v. 30. *in loco, in quo* (versio Junii, Tremellii...) *procreata fuisti, in terra negotiationum*, sive *mansionum tuarum* (Vulg. *nativitatis tuæ*) *judicabo te*. O. ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ ᾧ γεγέννησαι, ἐν τῇ γῇ ἰδίᾳ σου κρινῶ σε, Lxx. *in loco, in quo genita es, in terra propria tua judicabo te*, &c.... וַיִּפְרוּ, Gen. 47. v. 27. *creverunt, aucti sunt*...

HIPHIL הִפְרָה, Lxx. αὐξάνω, Vulg. & alii, *augeo, crescere facio, provebo, promoveo*...

PRAET. 3. p. s. m. cum affix. הִפְרַנִי, Gen. 41. v. 52. *auxit me* Dominus... atque novâ fecit me prole parentem; unde nomen אֶפְרַיִם *Ephraïm*, i. *proles duæ*, sive *secunda*.... 1. p. s. c. cum præf. וְהִפְרֵיתִי, & absque τῷ (י) in penultima, וְהִפְרִתִי *crescere faciam, multiplicabo, augebo*...

BEN. s. m. cum affix. מַפְרְךָ, Gen. 48. v. 4. Ecce ego *te crescere facturus, aucturus sum*....

FUT. 3. p. s. m. cum א in fine præced. (ִי), unde alii aliter interpretantur, כִּי הוּא בֵּין אַחִים יַפְרִיא, Hos. 13. v. 15. O. διότι οὗτος ἀναμέσον ἀδελφῶν διαστελεῖ, Lxx. *quia hic* (Vulg. *ipse*) *inter fratres dividet*; legebant יַפְלִיא, Alii, *crescet, florebit, fructum faciet, multiplicabit*... Quidam, (*abscondita est consolatio ab oculis meis*, Christus loqui-

Digitized by Google

tur,) *dum ipsa pullulârit inter fratres*.... Cum præf. & apocopa, vide Gram. Heb. t. 1. p. 302. c. 1. וַיֶּפֶר *& crescere fecit*... Cum præf. & aff. וְיַפְרְךָ *& crescere te faciat*... m.

פָּרָה f. Lxx. Aq. Theod. *δάμαλις*, Lxx. *βοῦς*... Vulg. & alii, *vitula, juvenca, bos*, sive *vacca*... פָּרָה אֲדֻמָּה תְּמִימָה, Num. 19. v. 2. *juvencam rufam integram*, Vulg. *integræ ætatis*, Judæi, *coloris*, unde Maimonides in tractatu *De vacca rufa*, cap. 1. §. 2. אם היה בה שתי שערות לבנות או שחורות בתוך גומא אחת או בתוך שתי גומות והם מוטות זו על זו פסולה *si fuerint in ea* vacca *duo pili albi*, vel *nigri in medio pori unius*, vel *inter duos poros, hic in illum, incumbentes, profana* videbatur. Quâ ipsâ superstitione imbuti *Ægyptii τῶν βοῶν τὰς πυῤῥὰς καθιερεύοντες, οὕτως ἀκριβῶς ποιούμενοι τὴν ἐπιτήρησιν, ὥστε κἂν μίαν ἔχῃ τρίχα μέλαιναν, ἢ λευκὴν, ἄθυτον ἡγεῖσθαι boves rufos immolant, hoc tamen accuratè observantes, ut si bos vel unum pilum nigrum, aut album habeat, putent esse profanum*, Plutarchus in Iside. Quorsùm porrò pili color rufus? An significabat Christi naturam, ejusque passiones, uti τὸ אָדֹם, Isai. 63. v. 2. vel mactandam esse juvencam *rufam* pro *rufo*, אֲדֻמָּה *Adhummáh* pro אָדָם *Adhám*, pecudem pro homine? Aut אֲדֻמָּה *Adhummáh*, i. *terrestre* animal sacrificandum pro tota, ad quam fortè alludebat, אֲדָמָה *Adhamáh terra*...? Num requirendus color Antiquis optimus? unde וְהוּא אַדְמוֹנִי, 1. Reg. 16. v. 12. Ο. *ϰ̀ αὐτὸς πυῤῥάκης*.... Lxx. *& ipse rufus*. Cum præf. הַפָּרָה *vacca*... כְּפָרָה *ficut vacca*... Cum affix. פָּרָתוֹ *vacca ejus*, m. Plur. פָּרוֹת *vaccæ*. Cum præf. הַפָּרוֹת *vaccæ*... à singulari masc. פַּר *juvencus*...

פְּרָה Maſſ. *Paráh*, Vulg. *Phara*, nomen proprium 1°. famuli Gedeonis, Jud. 7. v. 10. 2°. urbis, 1. Machab. 9. v. 50. Etym. *muscipula*, à פּוּרָה, & mutato ad euphoniam τοῦ (ו) in (ְ), פְּרָה Rabbinis, *muscipula*, ex Arab. scil. פאר *mus, musculus*...

פְּרוּדָא Maſſ. *Peroudháh*, Vulg. *Pharuda*, nom. propr. viri, Esd. 2. v. 55. Etym. *granum*, à פְּרוּדָה, idem.

פָּרוּחַ Maſſ. *Parúahh*, Vulg. *Pharue*, nom. propr. viri, 3. Reg. 4. v. 17. Etym. *hilaris, lætus, gaudens*... à פרוח Arab. idem. Rad. פרח *hilaresco, gaudeo*... Gi. unde Gr. per aphæresin, ac metath. *χαίρω*...

פַּרְוָיִם פַּרְוָיִם duale, unde in pausa, פַּרְוָיִם Maſſ. *Parváim*, Lxx. *φαρουΐμ Pharouím*, nom. proprium loci, unde auri optimi copia deportabatur, (undeque classis Salomonis tertio anno revertebatur), 2. Paral. 3. v. 6. ubi Vulg. appellativè, *aurum probatissimum*.... Ubinam terrarum vel quisnam hic locus? Alius aliis videtur, mihi verò utraque terra, אוֹפִיר *ophír*, de qua 3. Reg. 9. v. 28. & vicinior scilicet Judææ, sive ἡ in India Orientali; & remotior, seu ἡ in India Occidentali τῶν פַּרְוָיִם designari videtur. 1°. ἡ אוֹפִיר *Ophír*, à τῷ אופר *Ophir*, vel *Auphir*, Arab. deducitur. 2°. τὸ פַּרְוָיִם est nomen duale à singulari τῷ פרו *Parvon*, Arab. deductum. 3°. & τὸ אופר *Auphir*, Arab. & τὸ פרו *Phárwon*, Arab. idem ferè sonant. Ambo *divitias*, copiam *opum* significant. Hoc à פרו; illud à ופר *multus ac copiosus fuit, abundavit*... Gi. Ca.... 4°. ex tempore, nempe toto triennio, quod in hocce iter, nimirùm τῆς אוֹפִיר *Ophír*, insumebatur, non אוֹפִיר *Ophír*, ἡ Judææ vicinior, sed ἡ remotior intelligatur necesse est... τῷ porrò פרו *Pharvon*, vel *Pharw*, Arab. *Peron* nostri *copia*... si non nomen exprimitur.

פַּרְוָר m. Gr. *φρουρὸς, φρουρὰ*... *custos, custodia, carcer, præsidium*.... Plur. cum præfix. 4. Reg. 23. v. 11. *& cessare fecit equos*, sive *cursus equorum*, (*quos soli consecraverant reges Juda*) *ab introitu templi ad gazophylacium*, seu *cubiculum usque τῷ Nathan-melech* (i. *donum regis*) *eunuchi, quod erat* בַּפַּרְוָרִים, O. *ἐν φαρουρὶμ*, Lxx. & Vulg. *in Pharurim*, Alii, *in Parvarim*, addit Coislinianus Codex *φαρουρεὶμ παρὰ πᾶσι Pharureim apud omnes*, scilicet interpretes... Recentiorum tamen alii, (appellativè) *in Suburbiis*... Alii aliter. Quidam, *in præsidiis*, sive *in præsidiariis locis*, vel *in carceribus*, aut *stabulis equilibus*, Gal. *Haràs*. R. פָּרַר Arabibus, *fugio, confugio*... unde מפרר *maphirron* Arab. & Gr. *φρουρὸς, φρουρὸν*....

Digitized by Google

locus, quò fugitur, refugium, præsidium, propugnaculum....

פָּרוּר m. Lxx. χύτρα, Vulg. & alii, *olla, cacabus*... Cum τῷ א post פ, לרק, i. secundùm R. D. Qimhhi, τῷ (-) sive (a) indice, קִבְּצוּ פָארוּר, Joël. 2. v. 6. omnes vultus *contrahunt ollam* (metaphoricè, pro *pallorem liventem*, & quasi *ollarem*) *nigrorem*, metu nigrescunt vultus. Cum præf. בַּפָּרוּר *in olla*. R. פְּרַר Chald. *confregit, comminuit*...unde Paoûl f. m. τῷ Qal, פָּרוּר *confractus, comminutus*... Subst. *fragmentum*, edule scilicet, seu *edulium* ex rebus minutis...& per metonymiam subjecti, *olla, cacabus*...

פְּרָז m. unde plur. cum affix. absque (י) plur. num. indice, Habac. 3. v. 14. *maledixisti cum* (*in*) *tribubus*, רֹאשׁ פְּרָזָו, O. κεφαλὰς δυναστῶν, Incert. ἀρχόντων Lxx. *capita potentium*, Incert. *principum*, Vulg. *capiti bellatorum ejus*, Alii, *capiti pagorum ejus*... De quibus *pagis*, sic Qimhhi: עָרֵי הַמִּישׁוֹר שֶׁאֵין לָהֶם לֹא מִבְצָר וְלֹא חוֹמָה *oppida in planitie* (sine monte, quæ Arabibus dicitur פרז *Pharzon*, cujus radix, sicut & τῷ פרז Hebr. est פרז Arab. *segregavit*...vide mox infra) *absque munitione, aut muro*.

פְּרָזוֹן m. *pagus*...חָדְלוּ פְרָזוֹן בְּיִשְׂרָאֵל, Jud. 5. v. 7. O. ἐξέλιπον δυνατοὶ (Ald. Complut. οἱ κατοικοῦντες) ἐν Ἰσραὴλ... Lxx. *defecerunt potentes* (Ald. Complut. *habitantes*) *in Israël*... Vulg. *cessaverunt fortes* (S. Hieronymus, *bellatores*) *in Israël*... Alii, *defiêre* (collectivè) *pagani*, pro *paganus*, vel potiùs per metonymiam adjuncti, pro *pagus*.... Cum affix. שָׁם יְתַנּוּ צִדְקוֹת יְהוָה צִדְקֹת פִּרְזוֹנוֹ בְּיִשְׂרָאֵל, Jud. 5. v. 11. O. ἐκεῖ δώσουσι δικαιοσύνας. κύριε δικαιοσύνας αὔξησον. O. ἄλλος, A. φράζων... Σ. ἀτειχίστοις,... Θ. ἐνίσχυσαν (ἐν Ἰσραὴλ... Lxx. *ibi dabunt*), legebant יִתְּנוּ (*justitias*, *Domine*, *justitias auge*) Lxx. aliter, Aq. *indicans*... ex usu Arabico, Sym. *non muris cincti pagi*, (Theod. *robora*) *in Israël*... Vulg. *ibi narrentur justitiæ Domini & clementia in fortes Israël*... Alii, *ibi disserent de justitiis Domini*, de *justitiis* inquam, Domini; *pagus* quisque, *villa* quæque *ejus* (Domini) *in Israël*... Verbum enim pluralis numeri cum nomine singulari constructum partitionem denotat, vide Gram. Hebr. t. 1. p. 551. c. 1. Alii aliter. R. פָּרַז Arabibus, *segregavit, separavit*... unde פִּרְזוֹן *pagus, vicus, villa*... Sic dicta quòd aliquot ædificia sibi conjuncta, ab aliis verò disjuncta, sive dissita habeant.

פְּרָזוֹת pl. f. unde פְּרָזוֹת תֵּשֵׁב יְרוּשָׁלַםִ, Zach. 2. v. 8. O. κατακάρπως κατοικηθήσεται Ἱερουσαλήμ... Lxx. *fructiferè* (legebant פּוֹרִיּוֹת Chald.) *habitabitur Hierusalem*... Σ. ἀτειχίστως... Sym. Vulg. *absque muro*... Θ. εἰς πλάτος, Theod. *in latitudinem*... Alii, *tanquam urbes muris carentes*... Vel *per vicos, vicatim habitabitur Jerusalem*... extra mœnia, in suburbiis. Cum præf. הַפְּרָזוֹת *pagi*... à sing. masc. פְּרָז, quod vide col. praeced.

פְּרָזִי m. unde cum præfix. כֹּפֶר הַפְּרָזִי, 1. Reg. 6. v. 18. O. κώμης τοῦ Φερεζαίου, Lxx. *pagum Pherezæi*, legebant פְּרִזִּי, quod vide mox infra. Vulg. *villam, quæ erat absque muro*, Alii, *vicum pagani*, i. urbem apertam... Plur. cum præf. & (ו) in medio redundante, הַיְּהוּדִים הַפְּרָזוֹזִים, Esth. 9. v. 19. O. οἱ Ἰουδαῖοι οἱ διεσπαρμένοι, Lxx. *Judæi dispersi*, Alii, *hi verò Judæi villici*.... apud Vulg. vacat. R. eadem ac vocis præced.

פְּרִזִּי Mass. *Prizzi*, Vulg. *Pherezæus*, nomen propr. *gentis*, *quæ scilicet in urbibus apertis morabatur*, à פְּרָז *urbs aperta in planitie sine monte*, cum (ִי) parag. nominibus gentilibus proprio.

פַּרְזְלָא Chald. m. Lxx. σίδηρος, σιδήρεος, ἔν, Vulg. & alii, *ferrum*, (& cum articulo Genitivi casûs, דִּי, *ferreus*. Cum τῷ א emphat. seu nota articuli, פַּרְזְלָא τὸ *ferrum*. Cum præf. כְּפַרְזְלָא *sicut ferrum*, וּכְפַרְזְלָא & *sicut ferrum*. R. פרזל Arab. *compedibus ferreis constrinxit, secuit, incidit*... unde פרזל *fezazlon*, Arab. *compes captivi*, & *forfex*, *quâ ferrum incidit faber ferrarius*, Ca. Hinc Chaldæis, פַּרְזֶל *ferrum*, sive *ferreus*...Gal. per apoc. *fer*...

פרח QAL (propriè Gal. *je bourgeonne*...) Lxx. θάλλω, Lxx. Aq. Sym. V^a. edit. βλαστάνω, Lxx. ἐκβλαστάνω, ἀνατέλλω, ἐξανθέω, Aq. ἀνοίγω, πετάζομαι, Lxx. Aq. Sym. ἀνθέω, Lxx. Sym. ἐξάνθησα, Lxx. πετ-

Digitized by Google

προφορία, *μεγαλύνω τὸν καρπὸν*, Incert. *ζέουσα*, Lxx. *ἀναζέω*... Vulg. & alii, (alternando ב & V. *labiales*) *vireo*, *germinasco*, *pullulo*, *germino*, *egermino*, *orior*, *exorior*, *apparere incipio*, *surgo*, *prodeo*, sive *depromo*, *explicor*, *pandor*, *floreo*, *effloresco*, *erumpo*, *fructum affero*, *reddo*.... Item, *ferveo*, *efferveo*, *effervesco*, *scateo*...

Praet. 3. p. ſ. m. פָּרַח מַטֵּה־אַהֲרֹן, Num. 17. v. 8. *floruerat virga τῶ Aaron.* Metaphoricè, Levit. 13. v. 39. *pustula lucida*, aut *vitiligo*.... eſt; פָּרַח בָּעוֹר טָהוֹר הוּא *germinavit in cute, purus eſt.* Cum præfix. וּפָרַח *& efflorescet*... 3. p. ſ. f. Cant. 7. v. 12. *an* פָּרְחָה הַגֶּפֶן פִּתַּח הַסְּמָדַר *germinaverit vitis, & ipsa denudaverit primordium uvæ*, Munſterus. In pauſa, unde τό (-) primariæ vocis revocatum in (-) mutatur loco τῶ (-) ſub ר, פָּרָחָה *effloruit*.... Cum præfix. הֲפָרְחָה *an floresceret*...?

Ben. ſ. m. שְׁחִין אֲבַעְבֻּעֹת פֹּרֵחַ, Exod. 9. v. 10. *ulcus vomicarum pullulans*, q. d. *ἕλκος φλυκτίδων* ..., Cocc. Fem. ex terminatione ת præced. duplici (-) ob ultimam radicalem ח pro duplici (-), vide Gram. Heb. t. 1. p. 164. c. 2. פֹּרַחַת *efflorescens*.... Cum præf. כְּפֹרַחַת *tanquam germinans*.... Plur. f. Ezech. 13. v. 20. *& dimittam animas* (ſub. *liberas*,) *quas vos venamini*, נְפָשִׁים לְפֹרְחוֹת, O. *τὰς ψυχὰς αὐτῶν εἰς διασκορπισμόν*, Lxx. *animas eorum in dispersionem.* Vulg. *animas ad volandum.* Alii, *ut avolent*, *ut ſint avolantes*, ſub. *è manibus veſtris*... Ex uſu Syriaco. Quidam, *animas*, inquam, *ætatum* (ſub. דּוֹרוֹת, vel עִתּוֹת) *efflorescentium*, ſive *ætatis florentis*... Cum (ו) in fine, לְפֹרְחוֹת *volantium*, ſeu *florescentium.*

Infin. ex forma abſoluta, פָּרוֹחַ *efflorescendo*... Cum præf. בִּפְרֹחַ רְשָׁעִים, Pſal. 91. Heb. 92. v. 8. *dum florent improbi*...

Fut. 3. p. ſ. m. ex forma (-), יִפְרַח, & in pauſa, יִפְרָח *florebit*.... 3. p. ſ. f. תִּפְרַח, & in pauſa, תִּפְרָח *florebit*... Cum præf. וְתִפְרַח *& florebit*... 3. p. plur. m. in pauſa, unde (-) ſub ר loco τῶ (-), יִפְרָחוּ *florebunt.* Cum præf. וְיִפְרְחוּ *& florebunt*.... 3. p. plur. f. תִּפְרַחְנָה *florescent*...

HIPHIL הִפְרִיחַ, Lxx. *ἀναθάλλω*, *ἴσχω*, *ἐξανθέω*.... Vulg. & alii, *germinare facio*, *excito*, *eminere*, *erumpere*, *pullulare facio*; & intranſitivè, *emineo*, *erumpo*, *pullulo*, *effloresco*...

Praet. 1. p. ſ. c. cum præf. Ezech. 17. v. 24. *ſiccare feci lignum viride*, (confer Luc. 23. v. 31. ubi Chriſtus ipſe ſeſe ligno viridi comparat), וְהִפְרַחְתִּי עֵץ יָבֵשׁ *& reflorescere*, *regerminare*... *faciam.*

Fut. 3. p. ſ. m. וְאֹהֶל יְשָׁרִים יַפְרִיחַ, Prov. 14. v. 11. *tentorium verò rectorum florebit*, *virebit.* τῶ (י) in ultima deficiente, מֵרֵיחַ מַיִם יַפְרִחַ, Job. 14. v. 9. *ad odorem aquæ reflorescit*, *regerminat*... Eſt catachreſis, & enallage ſenſuum, Tirin. i. ex tantillo humore.... 2. p. ſ. f. תַּפְרִיחִי *facies ut efflorescet*... 3. p. plur. m. יַפְרִיחוּ *florebunt.*

פֶּרַח m. Lxx. Aq. *βλαστός*, Lxx. *βόλις*, Lxx. Sym. *ἄνθος*, Lxx. *κρίνον*... Vulg. & alii, *germen*, *gemma*, *oculus*, *ramusculus*, (*jaculum*,) *flos*, *folium*, *petalon*, ſive *petalum*, *lilium*... Lxx. item, *ἐξανθέω*, Vulg. *effloresco*; legebant פֹּרֵחַ loco τῶ פֶּרַח. Cum præfixo (ו) cum (-) & extruſo τῶ ה articulo, וּפֶרַח, in pauſa, unde τό (-) penultimæ in (-) mutatur, וָפָרַח, & cum (ו) loco τῶ (-) ob ב ſeq. labialem, vide Gram. Heb. t. 1. p. 384. וּפֶרַח *& flos*... הַפֶּרַח *& florem*... Cum aff. פִּרְחָהּ *florem ejus*, m. candelabri, וּפְרָחֶיהָ *& flores ejus*, m. candelabri, וּפִרְחָם *& flos eorum*... R. פָּרַח *floruit*...

פִּרְחָח m. unde Job. 30. v. 12. *ad dexteram* פִּרְחַח יָקוּמוּ, O. (Alex. τῶ) *βλαστοῦ ἐπανέστησαν*, Lxx. *τῶ germinis inſurrexerunt*, Vulg. *orientis calamitates meæ illicò ſurrexerunt*, Alii, *pubertas*, ſive *puberes*, *adoleſcentes*, *juvenes florentes*.... Alii adverbialiter, *fortiter*, *gnaviter*, *inſtanter*, *fervidè inſurgunt.* Targum, *cum impudentia filii eorum ſurrexerunt.* Quidam, *ſtant ad dextram*, *disjungendo calces in inceſſu*, *pedes meos* (me) *ſubvertunt*... Eſt enim τό פרחח Actio, ſive Infinitivus Verbi פרחח, idem ſignificans ac τό פחג, Actio Verbi פחג Arabibus, *propè junxit anteriores pedum extremitates, disjunxitque calces in inceſſu*... vel τῶ תפחג Act. τῆς V. Conjug. *eo modo divaricavit pedes*, etiam in conceſſu...

Digitized by Google

פֹּרְחוֹת Benoni plur. fem. τῦ Qal Verbi פָּרַח, vide supra, col. 1913.

פֶּרֶט, unde cum præf. וּפֶרֶט כַּרְמְךָ לֹא תְלַקֵּט, Levit. 19. v. 10. O. ἐδὲ τὰς ῥῶγας τῦ ἀμπελῶνός σε συλλέξεις· Lxx. alii, *neque grana (singularia) vineæ tuæ colliges:* Vulg. *neque grana decidentia congregabis:* Alii, *acinos deciduos, acinorum reliquias*... à פְּרַט Chald. *particulatim, singulatim* aliquid *egit*... Quidam, *nec fœtum immaturum*, (sive *uvas*, aut *acinos immaturos*) *vineæ tuæ colliges*... à פרט Arabibus idem. R. פָּרַט Arabibus, *distulit*.... *Tardiùs fœcundum maris florem (insitum surculum) accepit, eove tacta fuit palma*, scil. cùm jam ferè erumperent ex involucro flores, vide לקח... Arab.

פֹּרְטִים plur. m. unde cum præf. הַפֹּרְטִים עַל־פִּי הַנָּבֶל, Amos 6. v. 5. O. οἱ ἐπικρατῦντες πρὸς τὴν φωνὴν τῶν ὀργάνων.... *prævalentes ad vocem organorum*... Alex. Ald. Compl. οἱ ἐπικροτῦντες... *plaudentes*.... Vulg. *qui canitis ad vocem psalterii*... Alii, *qui cantillant*, sive, quod idem, *qui minuriunt in ore nablii*... delicatè, fractis tonis & celeri rythmo canentes. Cocc. Gal. *qui fredonnez*... Diod. Hinc *Bardi*, vide Boch. Geo. Sa. 740. Hinc per metathesin, Gr. τέρπω *delecto, demulceo*... R. פְּרַט Chald. *particulatim* aliquid *egit*... unde Ben. plur. m. cum præf. הַפֹּרְטִים, Gallicè, *qui sçavent joüer leur partie*... Vatabl.

פְּרִי m. Lxx. Aq. Sym. Theod.... καρπός, Lxx. ἐκφόριον, γέννημα, ἔκγονος, καρποφόρος, Lxx. Aq. κάρπωμα, Lxx. κλῆμα.... Vulg. & alii, *fructus*, *omnis* scil. *quemcunque producit terra, fœtus terræ*, imò *quidquid natum*, seu *procreatum est*, unde *ortus, oriundus*, sive (*soboles, proles*,) *nepos, posterus*... Adjectivè, *frugifer, ad fructus edendos aptus, palmes*... Lxx. item, εὐλογία *benedictio*; Verbaliter, καρπίζω *fructum colligo*, seu *decerpo*.... Legebant פרה vel פרי, more Chaldæorum, ac Syrorum. עֵץ פְּרִי עֹשֶׂה פְּרִי לְמִינוֹ, Gen. 1. v. 11. *arborem frugiferam, facientem fructum secundùm speciem suam.* בָּרוּךְ פְּרִי־בִטְנְךָ וּפְרִי אַדְמָתְךָ וּפְרִי בְהֶמְתֶּךָ, Deut. 28. v. 4. *Benedictus fructus ventris tui & fructus terræ tuæ, & fructus pecudis tuæ*... אַךְ־פְּרִי לַצַּדִּיק, Psal. 57. Hebr. 58. v. 12. *certè fructus est justo.* פְּרִי מַעַלְלֵיהֶם יֹאכֵלוּ, Isai. 3. v. 10. *fructum studiorum*... *suorum comedent.* Isai. 27. v. 9. *& hic omnis* פְּרִי הָסִר חַטָּאתוֹ *fructus*, nempe, *amovere peccatum* (sive caussam, aut effectum peccati, nimirùm, *lucos, delubra*... εἰδωλολατρείαν) *ejus*, Jacobi. In pausa, unde τό (:) in (·) mutatur, פֶּרִי *fructus*. Cum præf. וּפְרִי *& fructus*, בִּפְרִי *in fructu*, וּבִפְרִי *& in fructu*, כִּפְרִי *juxta fructum*.... וְכִפְרִי *& juxta fructum*.... מִפְּרִי מַעֲשֶׂיךָ תִּשְׂבַּע הָאָרֶץ, Psal. 103. Hebr. 104. v. 13. *à fructu operum tuorum satiabitur terra.* Humore fœcundo, qui est fructus operum Dei, nempe, cæli, terræ, maris. Cocc. וּמִפְּרִי *& de fructu.* Cum affix. פִּרְיוֹ *fructus ejus, suus*, m. וּפִרְיוֹ *& fructus ejus*, m. בְּפִרְיוֹ *in fructu ejus*, m. לְפִרְיוֹ *fructùs ejus*, m. מִפִּרְיוֹ *de fructu ejus*, m. פִּרְיָהּ *fructus ejus, suus*, f. פֶּרְיְךָ *fructus tuus*, m. Hos. 14. v. 9. ubi (·) loco τῦ (:) sub פ, פִּרְיֵךְ *fructus tuus*, f. פִּרְיִי *fructus meus*, c. פִּרְיָם, פִּרְיָמוֹ, פִּרְיָהֶם, & cum affixo poëtico מוֹ, *fructum eorum*, פִּרְיָהֶן, פִּרְיָן, Jerem. 29. vv. 5. 28 *fructum eorum*, hortorum... Cum præf. aff. & (·) loco τῦ (:) sub פ, פִּרְיְכֶם *& fructum vestrum*, m. Rad. פָּרָה *fructum fero*, sive *produco*.... unde Gr. φέρω, φέρει... Lat. *fero, fruor*...

פָּרִיץ m. Sym. παραβάτης, Aquilæ secunda editio, ἀμβλωθρὸς, Lxx. σκληρός, πονηρός, λοιμὸς, λῃστὴς, ἀφυλάκτως... Vulg. & alii, *transgressor, violator legis, peccator, peccatis deditus, durus, asper, sævus, improbus, scelestus, pravus, malus, petulans, pestis*, i. (metaphoricè) homo *pestilens, effractor, prædo, latro*... Adverbialiter, *incustoditè*, sine *custodiâ*, vel *incautè, improvidè*... בֶּן־פָּרִיץ, Ezech. 18. v. 10. *filium violentum, effractorem*.... τῦ (ׅ) in fine deficiente, פָּרִץ *effractor.* Cum præf. וּפָרִיץ *& præfracta, fera*, fera. Plur. פָּרִיצִים, & τῦ (ׅ) in penultima defic. פָּרִצִים *effractores, grassatores*... Constr. פָּרִיצֵי *grassatorum*.... Remanet porrò τῦ (·) sub פ; utpote compensativum τῦ daghêsch ex ר excidentis, vide Gram. Hebr. t. 1. p. 58. c. 1.

Digitized by Google

R. פָּרַץ *rupit, erupit, disrupit, irrupit, effregit*...

פרך Lat. *frico, frango*... Gr. φειμάω, φείχω... unde

פֶּרֶךְ m. Lxx. βία, μόχθος, Vulg. & alii, *potentia*, vel *impetus violentus, violentia*, (Lat. *ferocia*) *molestia*... Aq. ἐμπαιγμα, Sym. Theod. ἐμπαιγμα, Incert. ἐμπαιγμός *illusio, derisio*. Cum præfix. בְּפֶרֶךְ *per duritiam, sævitiam*; τῷ (·) penultimæ ob pausam in (·) mutato, בְּפָרֶךְ, Exod. 1. vv. 13. 14... Vulg. ex Aq. ac paraphrasticos, *illudentes*, Alii, *cum sævitiâ, rigore, tyrannide, violentia, ferocia, supercilio, duritia*, sive *durè*... וּבְפָרֶךְ *& durè*... R. פְּרַךְ Chaldæis, *fregit, rupit, disrupit*, (unde Angl. *to break*, & Gal. *brèche*...) *diruit*... Persis, פרכנדן *perdere, cum damno rei evellere, vellere, extrahere* pilos... (unde fortè interpretatio Aquilæ, Symmachi...) molestiam inopinanti *in-af-ferre, periculum*, sive *malum aliquod ex improviso adducere*...

פָּרֹכֶת f. Lxx. καταπέτασμα, Aq. παραπέτασμα, Incert. βῆλον, Lxx. Incert. κάλυμμα, Alius, διάφραγμα, Vulg. & alii, *velum*, (disterminans) *operculum, tentorium*.... Cum præf. וְהִבְדִּילָה הַפָּרֹכֶת לָכֶם בֵּין הַקֹּדֶשׁ וּבֵין קֹדֶשׁ הַקֳּדָשִׁים, Exod. 26. v. 33. *ut velum vobis dividat, & inter Sanctum, & inter Sanctum Sanctorum*, Vulg. *quo Sanctuarium, & Sanctuarii Sanctuaria dividentur*. Respectu igitur primæ divisionis, sive τῷ מָסָךְ *masách, veli*, scil. oppansi primæ parti Tabernaculi, qui Sanctum dicebatur.... Paulus vocavit פרכת *paréchet* τὸ δεύτερον καταπέτασμα *velum secundum*, Epist. ad Hebr. 9. v. 3. Nec erat cur Forsterus impiè lapsum in Epistola ad Hebræos coargueret, quod facit in radice כָּפַר, p. 393. Malvenda. וְאֵת פָּרֹכֶת הַמָּסָךְ, Exod. 35. v. 12. Quidam, *& velum veli*, i. latissimum, seu dentissimum, quippe quod densum fuerit 4. digitis, ut nemini esset perspicuum... לְפָרֹכֶת, & cum motione τῷ ה artic. extrusi, לַפָּרֹכֶת *ad velum*. R. פְּרַךְ Chald. *abrupit, objecit, opposuit, alligavit*... unde פָּרֹכֶת *velum*, sic dictum, quod opponeretur, oppanderetur ve... Hinc vox nautica Gallis, *Perroquet*, i. magni mali appendix altera, sive hujusce appendicis velum...

פרם QAL. Gr. βρέμω, βρεμόομαι.... Lat. *fremo præ indignatione, irâ, excandesco*... unde Lxx. διαρρήγνυμι, διαλύω.... Vulg. & alii, *scindo, discindo*, suturas vestis, *dissolvo*, seu *dissuo* vestem...

PAOUL plur. m. τῷ (ו) in (·) correpto, בְּגָדָיו יִהְיוּ פְרֻמִים, Levit. 13. v. 45. *vestes ejus* (leprosi) *erunt dissuta*.

FUT. 3. p. f. m. יִפְרֹם *discindat, dissuat*... 2. p. plur. m. in pausa, quare τὸ (ו) primariæ vocis, loco τῶ (·) in penultima, תִּפְרֹמוּ *dissuetis*...

פַּרְמַשְׁתָּא Mass. *Parmaschtá*, Vulg. Pers. *Phermesta*, nomen propr. filii Aman, Esth. 9. v. 9. Etym. *mærore dejectus est*, à פרם *pharm*, Persis, *mærore dejectus*, אשת *est*, & τῷ א parag... Nominum propriorum in propria lingua origo quærenda; τὸ Ω'βλίας, quo (Euseb. hist. Eccles. l. II. c. XXIII. p. 66...) Jacobus Apost. minor, dictus fuit; vox est Arabica Syris usitata... Non ergo ex Hebræis אֶבֶל *ophél*, עַם *ám*, deducenda, uti omnes... sed ex Arab. אבלי *oblíon*, *tristis, mæstus*.... *Monachus Christianus*, Mu. Gi. quasi peccata sua & sæculum lugens... *juxta canonem & austere vivens*.... *Caput & antistes Christianorum*... Ca.

פַּרְנָךְ Mass. *Parnách*, Vulg. *Pharnach*, nom. propr. patris Elisaphan principis Tribûs Zabulon, Num. 34. v. 25. Etym. *dotavit te*... à פרן Chald. *dotavit*... (unde Gr. φερνή) & affix. 2. p. f. m. ךָ *te*, m.

פרס QAL. (Gal. *je froisse, je brise*, per metath. *je separe*, Gr. σπαράσσω....) Lxx. κλάω (ἄρτον) διαθρύπτω, διχηλέω, διχηλέω... Vulg. & alii, *frango* (*panem*,) *diffringo, disrumpo*, divido, partior, *in chelas* (Hisp. braços de scorpion) *diffindo*, *bisulcum reddo*, vel *ungulam habeo bisulcam*... τῷ ש & ס quandoque alternat, unde,

PRAET. 3. p. plur. c. cum præf. וּפָרְשׂוּ *& dividant, concidant, frustatim comminuant*...

BEN. s. m. פֹּרֵשׂ *frangens, qui frangat*.

INFIN. ex forma absoluta, פָּרֹס לָרֶעֶב

לַחְמֶךָ, Isai. 58. v. 7. *frangendo* frangere *esurienti panem tuum*, m.

Fut. 3. p. plur. m. וְלֹא־יִפְרְסוּ לָהֶם עַל־אֵבֶל לְנַחֲמוֹ עַל־מֵת, Jerem. 16. v. 7. *nec frangent eis* (Vulg.) *panem ad luctum sublevandum de mortuo*, in funere...

HIPHIL הִפְרִיס, Lxx. ὁπλὰς ἐκφέρω, Vulg. & alii, *ungulas habeo, emitto, ungulam findo, divido, bisulcam habeo*...

Praet. 3. p. f. f. הִפְרִיסָה *findit*.... 3. p. plur. m. הִפְרִיסוּ *findunt*...

Ben. f. m. מִשּׁוֹר פָּר מַקְרִן מַפְרִיס, Psal. 68. Hebr. 69. v. 32. *præ boveo juvenco cornua & ungulas emittente*, habente, qui cornu petit & pedibus, qui spargit arenam. Cum præf. וּמַפְרִיס *& findens*... Fem. sing. cum ה in fine, præcedente duplici (ֶ), מַפְרֶסֶת *findens*... Plur. constr. cum præfix. מִ (ִ) in penultima deficiente, וּמִמַּפְרִסֵי *& de findentibus*...

Fut. 3. p. f. m. יַפְרִיס *findit*...

פָּרַס Mass. *Parás*, Vulg. & alii, *Persa, Persis*, nomen propr. gentis & regionis, ad Orientem Judææ sitæ, altæ, montibus cinctæ, quæ à Septentrione Mediam, ab occasu Susianum, ab Oriente duas Carmanias, ab Austro partem Persici sinus habet, authore Volaterrano, libro 11. Ezech. 27. v. 10. & cap. 38. v. 5. Etym. *eques, artis equestris peritus*... à פרס Arab. *gnarus fuit rei equestris*.... *Cum* enim *ante* Cyrum *in* Perside *rari essent equi, quia montosa est regio, is* Persas *equis sic assueferit, ut post illius ætatem paulo honestioris sortis sine equo nemo sit visus. Quin legem sanxit, ut turpe esset, si quis illorum, quos equis instruxerat, usquam iret pedes. Hæc habentur* in Xenophonte lib. I°. Cyropediæ. *Unde est, quod qui ante* Cyrum Cuthæi, *&* Elymdi *dicebantur, post* Cyrum פרשים, Persæ, seu equites *dici cœperunt. Proinde, cum neque* Moses, *nec libri* Regum, *nec* Isaias, *nec* Jeremias, *nec quisquam eorum, qui Cyri ætatem præcesserunt*, Persarum *usquam meminerint: in* Daniele, Ezechiele, Cyro *coævis, & libris* Paralipomenon, Esdræ, Nehemiæ, Esther, *qui post* Cyrum *scripti sunt, frequens illorum est mentio. Sed &* Persem, *vel* Perseum, equitem *interpretor, quo nomine dici potuit, postquam equitandi artem didicisset à* Phœnicibus, *quos secum adduxerat* Cadmus. *Eodem talaria pertinent, quorum ope per aërem volâsse fertur. Talaria enim sunt calcaria, quibus equum impellens, & ad cursum concitans, avium* volatum æmulabatur. *Et* Pegasus, *cujus originem ad* Perseum *referunt, equus fuit fræno assuetus.* Hebræis *enim &* Syris פג pag, *vel* פגא pega, frænum *est, &* סוס sus, equus; *inde compositum* פגא־סוס, Pegasus *fuit ἵππος χαλιναγωγούμενος*... Bochart. de Animal. col. 99.

פְּרַס PEAL, Chald. Lxx. διαιρέω... Vulg. & alii, *divido*...

Praet. 3. p. f. m. ex forma (ְ), פְּרַס, Dan. 5. v. 28. Mass. *PRES*, Vulg. *PHARES, DIVISUM EST*, Gal. *ON A DIVISE', ON A PARTAGE'*....

Ben. plur. m. cum præf. וּפָרְסִין *& dividunt*....

Peil. f. f. constr. פְּרִיסַת מַלְכוּתָךְ, Dan. 5. vv. 25. 28. *divisum est regnum tuum*, m.

פֶּרֶס m. unde cum præf. אֶת־הַנֶּשֶׁר וְאֶת־הַפֶּרֶס, Levit. 11. v. 13. O. τὸν ἀετὸν, καὶ τὸν γρύπα, Lxx. Vulg. & alii, *Aquilam, & gryphem*, sive *gryphum*, unde *Perusia* civitas Italiæ, cujus animalis effigiem à primis sui jactis fundamentis pro insignibus habet. Castel. Alii, *ossifragum*, Aquilæ genus... Sic Bochart. de nom. Animal. l. 1. c. 9. pag. 63. וְהַפֶּרֶס *& avis rapax, frangens, & lacerans prædam, accipiter*... R. פָּרַס *fregit*...

פַּרְסָה f. Lxx. Aq. ὁπλὴ, Lxx. Incert. χηλή, Lxx. πούς, ἀστράγαλος, ἴχνος, ὅπλα... Vulg. & alii, *ungula*, (propriè, *fissa*) per synecdochen totius pro parte, *pes*, per synecdoch. partis pro toto, *talus*, per metonymiam effectûs, *vestigium, arma*.... Exod. 10. v. 26. *etiam pecus nostrum ibit nobiscum*, לֹא תִשָּׁאֵר פַּרְסָה *nec remanebit* (Vulg. *ex eis*) *ungula*... Cum præf. וּפַרְסָה *& ungulam*.... הַפַּרְסָה *ungulam*.... Plur. פְּרָסוֹת, & constr. פַּרְסוֹת *ungulæ*. Cum præf. וּפְרָסוֹת *& ungulas*... בְּפַרְסוֹת *ungulis*... Cum præf. & affix. וּפַרְסֹתֶיךָ *& ungulas tuas*. f. Masc. plur. cum præf. & affix. וּפַרְסֵיהֶן *& ungulas*

Digitized by Google

ungulas eorum, vel *earum* ovium, f.... R. פרס *ungulam habuit bisulcam*...

פרע QAL (Latin. *parco*, *privo*, *ipse me*, vel *alium*, per metathesin, *orbo*.... unde Lxx. ἀποκιδαρόω, Incert. ἀπομιμόω, ἀποπετάω, Lxx. ἀποκαλύπτω, Sym. γυμνόω, Lxx. ἀφαιρέομαι, ἀπωθέω, ἀποσκεδάζω, Lxx. Theod. διασκεδάζω, Lxx. ἄκυρον ποιέω, διαλλάσσω, Sym. διαλύω, Lxx. ἀποστρέφω, στρατοπεδεύω, ἄρχω... Vulg. & alii (*cidari*, *mitrâ nudo*,) *discooperio*, *detego*, *nudo*, *spolio*, *aufero*, *abjicio*, *disjicio*, *dissipo*, *dispergo*, *irritum facio*, *divido*, *dissolvo*, *intersepio*, *castra figo*, *metor*, seu *colloco*, *priores partes occupo*, *impero*... Item, *desero*, *abstraho*, *averto ipse me*, *discedo*, *recedo*, *retrocedo*, *ulciscor*, ex usu Chaldaïco, *liberum reddo*, *libero*... Hinc Germ. *freiben*, Angl. *to free*.

Praet. 3. p. s. m. cum praef. ופרע את־ראש האשה, Num. 5. v. 18. *& deteget caput mulieris*... Cum affix. פרעה *nudaverat eum*... Exod. 32. v. 25. ubi τὸ ה ex Arabismo, loco τοῦ (ו).

Ben. s. m. פורע מוסר, Proverb. 13. v. 18. (*paupertatem*, *& ignominiam*) *aufert disciplina*, *qui enim custodit*...

Paoul s. m. פרוע *caput detectum*, ἀνακεκαλυμμένος, τὸ (ו) in (ֻ) correpto, Exod. 32. v. 25. *& vidit Moses populum* כי פרע הוא כי־פרעה אהרן לשמצה בקמיהם *nudatum scilicet armis*, (*vestimentis*, *ornamentisve*) *spoliaverat enim eum Aaron in stimulationem* (ex usu Arabico) *insurrecturis contra ipsos*...

Infin. cum praef. בפרע *in ulciscendo*...

Imper. 2. p. s. m. ex forma (ַ) quod in (ָ) ob affixum mutatur, vide Gram. Hebr. t. 1. p. 356. c. 1. פרעהו *desere illud*, m. iter improborum...

Fut. 3. p. s. m. ex forma (ַ) quod ob accentum in (ָ) mutatur, Levit. 21. v. 10. *sed Sacerdos magnus*, pontifex... ראשו לא יפרע ...*caput suum non nudabit*, *& vestes suas non scidet*... 1. p. s. c. אפרע *rejiciam*.... 2. p. plur. m. in pausa, quare (ָ) sub ר, אל־תפרעו, Levit. 10. v. 6. *ne nuderis capita vestra*... Proverb. 8. v. 33. *ne rejiciatis*.... *sapientiam*. Cum praefix. ותפרעו *& rejiciatis*...

NIPHAL נפרע, unde 3. p. s. m. Fut. ex forma (ַ), באין חזון יפרע עם, Prov. 29. v. 18. Ο. οὐ μὴ ὑπάρξῃ ἐξηγητὴς ἔθνει παρανόμῳ. Α. ἐν ὄντος ὁράματος ἀποσκεδασθήσεται λαός. Lxx. *non erit praeceptor genti iniquae*. Aq. & alii, *non existente visione* (prophetia) *dissipabitur populus*. Vulg. *cum prophetia defecerit*, *dissipabitur populus*. Vide Machab. l. 1. c. 1. v. 12....

HIPHIL הפריע, Lxx. διασπείρω, Sym. ἀποσπείρω, Theod. διασκεδάζω, Aq. ἀποσκεδάζω... Vulg. & alii, *sollicito*, sive *solicito*, i. *solo cito*, *loco moveo*, *distraho*, *averto*, *dissipo*, *laxo*, *remitto*, seu *cessare facio*...

Praet. 3. p. s. m. הפריע ביהודה, 2. Paral. 28. v. 19. *quia cessare fecerat in Juda* à cultu Dei... vel *absistere*, *deficere*...

Fut. 2. p. plur. m..... תפריעו, Exod. 5. v. 4. *facitis ut cesset populus in* (aut *desistat ab*) *operibus suis*...

פרע m. Lxx. κόμη, Vulg. & alii, *coma*, *compta caesaries*, *& curiosius culta*, Alii, *nuditas*... גדל פרע שער ראשו, Num. 6. v. 5. *promittendo caesariem suam*, q. d. *nuditatem capilli capitis sui*, Cocc. Cum praef. Ezech. 44. v. 20. *caput non radent* ופרע לא ישלחו *nec comam promittent*... Videtur Sacerdotibus edici, ne vel raso, vel nimiùm capillato, capite incedant, sanctius. Rad. פרע *nudavit*... unde פרע *caesaries*.... propriè, Qimhhi, השער המגלה תחת המצנפת *pilus*, *qui nudatur infra pileum*, vel *tiaram*... aut *capillus pileo assutus*, (unde) Gal. *Perruque*...

פרערה f. Alii, *nudatio*, Alii, ex usu Chald. *ultio*. Plur. בפרע פרעות בישראל, Jud. 5. v. 2. Ο. Θ. ἐν τῷ ἄρξασθαι ἀρχηγοὺς ἐν Ισραὴλ ...Ο. ἄλλως, ἀπεκαλύφθη ἀποκάλυμμα..., Σ. ἐν τῷ ἀποκαλύπτεσθαι κεφαλάς... Lxx. Theod. *dum imperarent duces in Israël*... Lxx. aliter, *revelata est revelatio*.... Sym. *in detegendo capita*... Vulg. vacat. Alii, *in ulciscendo ultiones*, sive *poenas de Israële* (ab hostibus) *sumptas*, aut *injurias Israëli illatas*... Constr. Deut. 32. v. 42. *ob sanguinem confossi*, *& multitudinis captivorum*, פרעות

פרעות אויב, O. ἀπὸ κεφαλῆς ἀρχόντων ἐχ-θρῶν *à capite principum inimicorum*. Vulg. *nudati inimicorum capitis*. Alii aliter, Quidam, *propter caput* (sive *principium*) *denudationum*, i. *propter primum denudatorum ab inimico*, nempe Christum, conf. v. 39.

פרעה Mass. *Paróh*, Copt. Πιελω *Pirio*, Vulg. *Pharao*, nomen commune regum Ægyptiorum, quo illi, ad tempora usque Ezechiëlis prophetæ (32. v. 31.) vocabantur, Gen. 12. v. 15. Exod. 5. & seqq. passim... Huicce nomini communi proprium, aut appellativum nonnunquam additur, uti נכה, Mass. *Nechóh*, Vulg. *Nechao*, 4. Reg. 23. v. 29... (i. *claudus*, vel potiùs, *victor*, *superior*... à נכה *percussit*... Græcis, νικάω *vinco*, *superior*... *sum*)... חפרע Mass. *Hhophrá*, Vulg. *Ephreé*, Jerem. 44. v. 30. (i. ὁ *animo fractus*.... à פרח Arabibus, *animo fractus*... *fuit*, & ס, Coptis *articulus*, hîc ἐπιθετικός). Etym. ὁ *pastor*, metaphoricè, ὁ *rex*, (*reges* olim *pastores* dicebantur, nec mirum, quippe cum utraque nom. ab eadem radice Hebraïca, deducantur...) à רעה *raghàh*, *pasco*, Latinè, *rego*... oves, seu populos, unde Ben. f. m. רעה *reghéh*, & per punctorum metathesin, רעה *reghéh*, *pascens*, sive *pastor*, metaphoricè, *rex*.... & ס, Copticus, vel Ægyptiacus, *articulus*...

פרעש m. Lxx. ψύλλος, Vulg. & alii, *pulex*... Lxx. item paraphrasticos, ψυχή... *fallor*, inquit, Bochartus lib. 1. de nom. Animal. cap. 1. p. 71. *an* פרעש *pareos contractum ex Verbis* פרע רעש *paratraos: quorum illud retrorsum, hoc motum sonat; quia saliens* (sive saliendo) *retrorsum movetur?* Commodiùs τὸ פרעש à פרע *retrocessit*... unde Turcicum פיר *pire*, idem ac, cum ש Æthiopicè paragogico, Hebraïcum פרעש... Mihi tamen videtur vox composita ex τῶ פר *vitulus*, & τῶ אשו Arabibus, *scarabæus pillulas portans*... (Gol.) ex illo, à *saltu*; ex hoc, à *figura*... Chaldæi pro פרעש, Hebræo scribunt פרטש.... Hinc fortè per metathesin & ipsum nomen Gr. σκάραβος, σκαράβειος, Lat. *scarabeius*...

פרעש Mass. *Paròsch*, Vulg. *Pharos*, nomen propr. viri, Esdr. 2. v. 3. & cap. 8. v. 3. Etym. *pulex*, à פרעש idem.

פרעתון Mass. *Pirathón*, Vulg. *Pharathon*, nomen proprium urbis in Ephraim (in monte Amalec, Leusd.) Jud. 12. v. 15. Φαραθών in libris apocryphis, Φαραθώ Josepho & Φάραθος. Reland. Etym. *præsidis*... à פרעת *Pharathou* Arab. idem. R. פרע Arab. *in summo fuit, summumque cepit*, vel *tenuit*, *superavit*...

פרעתוני Mass. *Pirathoni*, Vulg. *Pharathonites*, Græcis ὁ Φαραθωνίτης, quod in Lexico Origenis malè ἐν στοιχείῳ O legitur junctum ὁ Φαραθωνίτης, Reland. nom. comm. virorum ex Pharathone oriundorum, Jud. 12. v. 13. Etymon idem, quod mox suprà.

פרפר Mass. *Parpár*, Vulg. *Pharphar*, nomen proprium fluvii Damasci, 4. Reg. 5. v. 12. Etym. *gargarizatio oris, ejus emundatio gargarizatione*... à פרפר *Pharphor*, Syr. idem, ob puritatem aquæ fortè sic dictus.

פרץ QAL (propriè Gal. *je presse*, i. *urgeo*, *usso*... Gr. πιέζω, *vi quadam transeo*... πιέζω *stringo*, *constringo*... *seco*, *disseco*,) Lxx. διαστέλλω, Lxx. Aq. Sym. διακόπτω, Lxx. αὐξάνομαι, ἐκβιάζομαι, χέομαι, Alius, (fortè Sym.) διαλύω, Lxx. ἐμπλατύνω, πλατύνομαι, πληθύνομαι, πλουτέω, διαδύομαι, λίαν σφόδρα σφόδρα, πολὺ πολύ, περισσῶς, βιάζομαι, καταβιάζομαι, διαβιάζομαι, ἀπόλλυμι, καταβάλλω, καταπατέω, καθαιρέω... Vulg. & alii, *divido*, *discindo*, *diffindo*, *effringo*, *rumpo*, *erumpo*, *disrumpo*, *irrumpo*, *perrumpo*, & specialiter, *aciem perrumpo*, *impressionem*, *rupturam*, *impetum facio*... *cresco*, *abundo*, *redundo*, *effluo*, *effundo*, *expando*... Passivè, *expandor*, *explicor*, *extendor*.... *dilator*, i. *libero animo sum*, vel *latior fio*, *augeor numero*, *multiplicor*, *dives*, seu *opulentus sum*, *felici rerum successu utor*, *potentiâ maximâ præditus sum*, *polleo*.... *multum comparo*, *confero*, *prosum*... *impero*... *conor*, *nitor*, *urgeo*, *cogo*, *vi compello*, *detorqueo*, *opprimo*... *perdo*, *amitto*, *perniciem infero*, *perimo*, *occido*.... *dejicio*, *deturbo*, *prosterno*, *everto*, *detraho*, *extraho*, *deduco*, *diruo*, *subverto*,

Google

pessando, abrogo, rescindo... Construitur ferè cum præpositionibus... מִן, בְּ, אֶל־.

Præt. 3. p. s. m. פָּרַץ יְהוָה אֶת־אֹיְבַי לְפָנַי כְּפֶרֶץ מָיִם, 2. Reg. 5. v. 20. *dissipavit Dominus hostes meos coram me, tanquam effusæ dissipantur aquæ.... unde vocavit* quisque nomen loci בַּעַל־פְּרָצִים *Báal Pheratsím*, i. *Deum* (Palæsthinorum scil.) *dissipationum*, sive *fracturarum*, i. *maximè dissipatum*, aut *fractum*... וּמִקְנֵהוּ פָּרַץ בָּאָרֶץ, Job. 1. v. 10. *ut pecus ejus eruperit* (*sese effuderit*) *in terra*... פָּרַץ יְהוָה אֱלֹהֵינוּ בָּנוּ, 1. Paral. 15. v. 13. *erupit Dominus Deus noster in nos*... Vulg. *percussit nos*... Cum præf. וַיִּפְרֹץ *& perrumpit*... 2. p. s. m. פָּרַצְתָּ *perrupisti, diffregisti*... Cum præf. וּפָרַצְתָּ *& perrumpes*... Gen. 28. v. 14. ubi accentus ob τὸ (ו) convertens à penultima ad ultimam descendit, vide Gram. Hebr. t. 2. p. 310. c. 1. Cum affix. פְּרַצְתָּנוּ *disruperas nos*, c.... 3. p. plur. c. פָּרְצוּ, & in pausa, quare τὸ (-) primariæ vocis revocatum in (·) sub ר mutatur, פָּרָצוּ *erupère, perrumpunt*...

Ben. s. m. cum præf. וּפֹרֵץ גָּדֵר יִשְּׁכֶנּוּ נָחָשׁ, Eccles. 10. v. 8. *& qui perfringit maceriem*, (ut scilicet ingressus hortum alterius aliquid inde furetur, Piscator,) *mordebit eum serpens*. עָלָה הַפֹּרֵץ לִפְנֵיהֶם, Mich. 2. v. 13. O. substantivè, διὰ τῆς διακοπῆς πρὸ προσώπου αὐτῶν. *per divisionem ante faciem eorum*. Vulg. *ascendet enim pandens iter ante eos*. Alii, *ascendet, qui dissipaturus est* tenebras, aut velum *discissurus ante oculos eorum*; nempe, vel Joannes Baptista, vel Elias, vel ipse Christus...

Paoul s. f. עִיר פְּרוּצָה אֵין חוֹמָה, Prov. 25. v. 28. *urbs dissipata*, Syr. *aperta, absque muro*... Cum præfix. הַפְּרוּצָה *perrupta*.... Plur. m. פְּרוּצִים *perrupti*.... Cum præf. τὸ (ו) in (ֻ) ad euphoniam correpto, הַפְּרֻצִים *interrupta*.... O. substantivè, αἱ διακοπαί.

Infin. ex forma absoluta, פְּרֹץ *disrumpendo*... Cum præf. וְכִפְרֹץ הַדָּבָר, 2. Paral. 31. v. 5. *quumque erupisset verbum*... Vulg. *quod cùm percrebuisset in auribus multitudinis*... עֵת לִפְרוֹץ וְעֵת לִבְנוֹת, Eccles. 3. v. 3. *tempus demoliendi, & tempus ædificandi*...

וּלְשׁוֹנְךָ תַּצְמִיד מִרְמָה, Psal. 49. Hebr. 50. v. 19. O. ϗ, ἡ γλῶσσά σου περιέπλεκε δολιότητα. Lxx. Vulg. Lat. & alii, *& lingua tua concinnabat dolos.* Alii, *concinnat, nectit....* Fraudem fraudi, annulum veluti annulo, innectit.

צֶמֶד m. Lxx. Sym. ζεῦγος, Lxx. δύο, Vulg. & alii, (alternando z & j) *jugum*, per metonymiam effectûs, *jugerum, duo*, i. e. *bina, par, duplex*... צֶמֶד בָּקָר, 1. Reg. 11. v. 7. *jugum*, sive *par boum*, צֶמֶד חֲמוֹרִים, Jud. 19. v. 10. *par asinorum*, וְרָאָה רֶכֶב צֶמֶד פָּרָשִׁים, Isai. 21. v. 7. *& vidit equitatum paris*, sive *duplicis ordinis equitum*, nempè, *equitatum asinorum, & camelorum*... וְהִנֵּה־זֶה בָא רֶכֶב אִישׁ צֶמֶד פָּרָשִׁים, Isai. 21. v. 9. *& ecce venit equitatus viri*, (Cyri...) *duplicis* scil. *ordinis equitum*.... Alii sic utrobique: *& vidit currus paris equitum*, seu *aurigarum*, (bigas) currus, inquam, duobus *asinis*, vel duobus *camelis* tractos ... *& ecce veniunt currus viri* (Darii, vel Cyri...) *paris equitum*, vel *equorum*, bigas... Alii aliter. מַשָּׂא צֶמֶד־פְּרָדִים אֲדָמָה, 4. Reg. 5. v. 17. *onus paris mulorum*, i. bigæ mularis, *de terra* Israëlitica sancta, ut inde altare exstrueret, quod ex terra faciendum erat, Exod. 20. v. 24. Munst. Lyra, Estius.. כְּבַחֲצִי מַעֲנָה צֶמֶד שָׂדֶה, 1. Reg. 14. v. 14. O. ϗ ἐν πετροβόλοις ϗ ἐν κόχλαξι τοῦ πεδίου *& in lapidum jactu & in silicibus campi.* Vulg. *in media parte jugeri, quam par boum in die arare consuevit.* Alii, *quasi in medio sulci* (*itineris boum*) *jugeri agri.* Ferrar. (*en*) *mitad de sulco de par* (*de bueyes*) *de campo.* Cum præf. וְצֶמֶד *& par*.... Cum præf. & affix. וְנִפַּצְתִּי בְךָ אִכָּר וְצִמְדּוֹ, Jerem. 51. v. 23. O. ϗ διασκορπιῶ ἐν σοὶ γεωργὸν ϗ τὸ γεώργιον αὐτοῦ, *& dispergam in te agricolam, & arvum*, seu *segetem*... Vulg. & alii, *& collidam in te agricolam & jugales ejus*, Alii, *jugum*, vel *par* boum, qui trahebant jugum, vel *par* equorum, jumentorum *ejus*, i. cum jumentis suis conjugatis... Cocc. *rusticum & jugum ejus*, m. Plur. צְמָדִים *juga, jugera, pares, juncti*... כִּי־זְכֹר אֲנִי וָאַתָּה אֵת רֹכְבִים צְמָדִים, 4. Reg. 9. v. 25. *memento enim quod ego & tu inter equitantes binos post Achabum aderamus, quando Dominus hanc adversus eum proferebat sententiam.* Constr. צִמְדֵּי *jugera*... R. צָמַד *ligavit, conjugavit*...

צַמָּה f. Lxx. σιώπησις, Sym. κάλυμμα, Alii, *silentium*, Alii, *operimentum*, Vulg. *occulta*, Alii, *cæsaries, coma, crines*... Cum affix גַּלִּי צַמָּתֵךְ, Isai. 47. v. 2. O. ἀποκάλυψαι τὸ κατακάλυμμά σου, Α. σεμμαθέχ. Σ. ἀνακάλυψαι τὰ ὦτα... σιωπήν σου. al. τὴν σιώπησίν σου. Θ. σεμμαθέχ, Lxx. & alii, *depone velamen tuum*, vel *fasciam*, i. e. ornamentum capitis... Aq. retentâ voce Hebraicâ, *semmathéch*, Sym. *obtege aures*... *silentium tuum*, sive *taciturnitatem tuam*, Theod. corruptâ voce Hebraïcâ, *samthéch*, Vulg. *denuda turpitudinem tuam*, i. capitis & comæ tuæ, præscindendo capillitium, ut appareat *turpitudo*, i. calvitium tuum. Tirin. ex Sanctio, Alii, *detege* (i. rade) *capillos*, more lugentium, Vatabl. Job. 1. v. 20. Isai. 22. v. 12.. vel captivorum. Quidam in Angl. annot. ad Isai. 3. v. 24.. Alii, *denuda, dissolve*... *crines tuos*, Alii, *cincinnos tuos*... f. Cum præf. & affix. מִבַּעַד לְצַמָּתֵךְ, Cant. 4. vv. 1. 3. cap. 6. v. 6. O. ἐκτὸς τῆς σιωπήσεώς σου... E. ἀπὸ πλήθους τοῦ κάλλους σου... v. 3. Σ. ὑποκάτωθεν καλύμματι.. Lxx. *extra taciturnitatem tuam*... Vª. edit. *à multitudine pulchritudinis tuæ*..., Sym. in plur. *tectæ operimento*... Vulg. *absque eo, quod intrinsecus latet.* Alii, *intra*, Alii, *extra comam, vittam*, sive *fasciam*... *tuam.* Quidam, *à remotione* (à צָמַת Arabibus, *removere*, seu *remotio*,) *veli tui*, i. amoto velo tuo, f. Rad. צְמַם Chaldæis, *operuit, texit, velavit*... Æthiopibus, *obligavit, tacuit, siluit*, Arabibus, *obduxit, obmutuit, se surdum simulavit*...

צִמּוּקִים plur. m. Lxx. σταφίδες, Sym. ἔνδεσμοι σταφίδων, Vulg. & alii, *uvæ passæ*, Venetis *simmuki, ligaturæ*, seu *massæ uvarum passarum.* Correpto ad euphon. τῷ (ו) in (ֻ), מֵאָה צִמֻּקִים, 1. Reg. 25. v. 18. *& centum massas uvarum passarum.* Cum præf. וְצִמֻּקִים *& uvæ passæ.* R. צָמַק *aruit, flaccidus fuit*...

צָמַח QAL, Lxx. ἐκβλαστάνω, ἀναβλαστάνω, Incertus, ἀνατέλλω, Lxx. φύομαι,

γίνομαι, Lxx. Aq. *ἀναφύομαι* .... Vulg. & alii, *germino*, (Vulg. *germinor*) *pullulo*, *egermino*, *regermino*, *repullulo* ... Transitivè, *oriri*, & generaliter, *existere facio*, *produco*, *emitto* ... Intransitivè, *orior*, *exorior*, *nascor*, *fio* ... *renascor*, *rursum exorior*, *oborior* ...

Praet. 3. p. s. m. Levit. 13. v. 37. *& pilus niger* צָמַח־בּוֹ *ortus fuerit in ea* macula, lepra ... 3. p. plur. c. cum praef. וְצָמְחוּ בְּבֵין חָצִיר, Isai. 44. v. 4. Cocc. *& germinabunt in filio*, h. e. loco *graminis*. בֵּין τό *inter*, pro בֵּן *filio*, accepto, at τό (-) τοῦ בֵּן in (·) in regimine corriperetur. Noldius verò, cui τό בְּ, significat & *quasi*, *sicut* .... sic interpretatur, *& efflorescent quasi inter gramen; uti salices*, &c. Quidam, *quasi*, *de inter gramen*, *salices juxta rivulos aquarum*. Aliis, מִבֵּין pro בְּבֵין legendum.

Ben. s. m. יַעַר צוֹמֵחַ עֵצִים, Eccles. 2. v. 6. *sylvam germinantem arborum*, i. in, ex, arboribus. Nomen enim rectum in genitivo casu denotat & causam efficientem, vide Gram. Hebr. t. 1. p. 486. c. 1. & 2. Cum praef. הַצֹּמֵחַ *germinans* ... Plur. fom. צֹמְחוֹת *germinantes*, *nascentes* ...

Fut. 3. p. s. m. יִצְמָח *efflorescet* .... in pausa, quare τό (-) in (·) mutatur, הִנֵּה־אִישׁ צֶמַח שְׁמוֹ וּמִתַּחְתָּיו יִצְמָח, Zach. 6. v. 12. *ecce vir, cujus nomen* est *GERMEN*, *quia* scilicet, O. *ὑποκάτωθεν αὐτοῦ de subter seipso*, nempe, virtute Altissimi Virgini obumbrante, sine virili semine ... *Verbum caro factum* ... *nascetur*. Cum praef. וַיִּצְמַח *& germinavit*. 3. p. s. f. in pausa, unde τό (-) in (·) mutatur, תִּצְמָח *germinabit* ... 3. p. plur. m. in pausa, quare (·) loco τοῦ (·) sub מ, יִצְמָחוּ *germinabunt* ... 3. p. pl. f. תִּצְמַחְנָה *germinent* ...

PIEL צִמַּח, Lxx. *βλαστάνω*, *ἀνατέλλω* ... Vulg. & alii, *germino*, *cresco*, *nascor*, *renascor* ... Activè, *oriri*, *existere facio*, *produco*, *emitto* ... Intransitivè, *orior*, *exorior*, *enascor*, *existo*, *apparere incipio* ...

Praet. 3. p. s. m. צִמַּח *crescebat* ...

Infin. cum praef. Jud. 16. v. 22. *& incipiebat capillus capitis ejus* לְצַמֵּחַ *crescere*.

Fut. 3. p. s. m. ex terminatione (-), vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 177. עַד־יְצַמַּח זְקַנְכֶם, 2. Reg. 10. v. 5. Vulg. *donec crescat barba vestra* ... sic 1. Paral. 19. v. 5.

HIPHIL הִצְמִיחַ, Lxx. *βλαστάνω*, Sym. *ἐκβλαστάνω*, Lxx. *βλαστῆσαι ποιέω*, *ἀνατέλλω*, *ἐξανατέλλω* ... Vulg. & alii, *germen profero*, *egermino*, *germinare*, vel *nasci*, vel *oriri facio*, *produco*, *emitto*, *exoriri*, *existere facio*, *excito* ...

Praet. 3. p. s. m. cum praef. & affix. וְהוֹלִידָהּ וְהִצְמִיחָהּ, Isai. 55. v. 10. *& eam terram parere*, sive *producere facit*.

Ben. s. m. מַצְמִיחַ, & cum praef. הַמַּצְמִיחַ *qui germinare*, seu *producere facit* ...

Infin. cum praef. וּלְהַצְמִיחַ *ad germinare faciendum*.

Fut. 3. p. s. m. יַצְמִיחַ *germen feret*, *producet*, *excitabit* ... Cum praef. & ex forma (-), וַיַּצְמַח *& germinare fecit* ... 3. p. s. f. תַּצְמִיחַ *germinare faciet*. 1. p. s. c. אַצְמִיחַ, Psal. 131. Hebr. 132. v. 17. *oriri* (vel *germinare*, vel *florere*, vel *propagare* ...) *faciam cornu Davidis* ... *κατὰ τεχνικῶς*, quomodo legitur: *foetere in oculis*, Exod. 5. v. 21. *videre voces*, Exod. 20. v. 18. *viam devolvere*, Psal. 36. Hebr. 37. v. 5. *ex via saturari*, Proverb. 14. v. 14. Gejerus. אַצְמִיחַ לְדָוִד צֶמַח צְדָקָה, Jerem. 33. v. 15. *faciam germinare Davidi germen justitiae*, i. Jonath. מְשִׁיחַ דְּצִדְקָא *Christum justitiae*, Zach. 3. v. 8. אֶת־עַבְדִּי צֶמַח *servum meum germen*, Jonath. מְשִׁיחָא *Christum*, Isai. 4. v. 2. צֶמַח יְהוָה *germen Jehovae*, Jonath. מְשִׁיחָא דַיְיָ *Christum Domini*, Isai. 11. v. 1. חֹטֶר מִגֵּזַע יִשָׁי *virgam de stirpe Jesse*, Jonath. מַלְכָּא *regem* .... וּמְשִׁיחָא *& Christum*, Zach. 9. v. 9. מַלְכֵּךְ *regem tuum*, filia Sion ... צַדִּיק *justum* ... Confer & Jerem. 23. v. 5.

צֶמַח m. Lxx. *βλαστός*, Sym. *βλάστημα*, Aq. *ἀναφυή*, Lxx. *ἄνθος*, *ἀνατολή* ... Vulg. & alii, *germen*, *propago*, *surculus*, *flos*, *ortus*, *oriens* ... Lxx. item, *ἰσχὺς fortitudo*; Verbaliter, *ἀνατέλλω orior* ... צֶמַח יְהוָה, Isai. 4. v. 2. O. *ἐπιλάμψει ὁ θεὸς* ... *illucescet Deus* ... Vulg. & alii, *germen Domini* ... Luc. 1. v. 78. *ἀνατολὴ ἐξ ὕψους*. Cum praef. וְצֶמַח *& germen* ... כְּצֶמַח *sicut germen* ... Cum affix

צמחה חברך, Psal. 64. Hebr. 65. v. 11. *germini ejus* (terræ) *benedicis*, i. germen ejus feliciter provenire facis, Vatabl.... R. צמח *germinavit, egerminavit, floruit, effloruit*... unde צמח *germen*... Gr. σῶμα ξ *granen*...

צמיד m. Lxx. Δεσμὸς, (pro quo malè legit Trommius verbum seq. nempe, καταδέδεται, Num. 19. v. 15.) ψέλλιον, Vulg. & alii, *vinculum, ligatura, armilla*... צמיד פתיל, Num. 19. v. 15. *operculum, adjunctum, affixum, alligatum*... Quidam, *omne quoque vas apertum, super quo neque* est (ex Samaritano) צמיד ופתיל *operculum, neque obturamentum, immundum est.* Prohibetur ne vas ullum relinquatur apertum, פתל Chaldæis, *duplicavit torquendo, complicavit*... unde פתיל *obturamentum* ex panniculo scil. contorto, vel linteolo complicato.... unde & פתילה *Balanus, suppositorium*... Cum præf. אצעדה וצמיד, Num. 31. v. 50. Vulg. *periscelides* (ornamenti genus circa crura, quo mulierum gressus componi solebant...) *& armillas* brachialia.... Plur. ויתנו צמידים אל־ידיהן, Ezech. 23. v. 42. *&* (*qui*, conjunctio enim loco pronominis relativi quandoque usurpatur, vide Gram. Hebr. t. 1. pp. 507. col. 1. in can. IV. & 614. col. 1.) *posuerant armillas in manus suas.* Affixum femininum pro masculino per irrisionem : ut; *ô verè Phrygiæ, neque enim Phryges.* Virg. Ἀχαιΐδες οὐκ ἔτ' Ἀχαιοί, Hom. Cocc. Cum præf. הצמידים *armillæ*, והצמידים *& armillæ.* R. צמד Hebræis, *conjungavit, copulavit se, conjunctus est*... Chaldæis, Syris, *ligavit, alligavit, obligavit*... Arabibus, *operuit, obturavit, stipavit*... unde צמיד *operculum, armilla*...

צמים m. Lxx. Aq. in plur. διψῶντες, Sym. in sing. διψῶν, Vulg. & alii, *sitientes*, Ferrar. *sequiosos*, i. *sicci, aridi*... Alii, *sitiens, aridus*... Alii, *coma, crines* ; Adjectivè, ac in singul. *comatus, hirsutus, intonsus*, (*durus, horridus*,) λῃστὴν hoc, Cocc. unde alii, *prædo, latro*.... ושאף צמים חילם, Job. 5. v. 5. *denique exhaurit* eam messem *sitibundus*, al. *prædo*, Merc. *horridus*, Vatabl. *comatus*... Cocc. Quidam, vir *magnus*... יחזק עליו צמים, Job. 18. v. 9. Vulg. *& exardescet contra eum sitis*, Alii, *& prævalebit adversus eum prædo*, vel *horridus*, vel *comatus*.... Chald. *confodiens*... Quidam, *& capiet eum* vir *munitus*... à sing. mascul. צמים Arab. vir *magnus, fortibus membris præditus*... vir *munitus*... Lex. Heptagl. R. צמם Arab. *obtudit, confudit, percussit, exitio dedit*...

צמיתת f. unde cum præfix. absque (׳) יוד (·) indice, Levit. 25. v. 23. *& terra non vendetur* לצמתת, O. εἰς βεβαίωσιν, *in confirmationem* mancipii scil. i. Vulg. *in perpetuum*, Alii, *mancupium*... Ad verbum, *in absolutam* ab omni jure, aut spe possessionis *excisionem*, sive *abalienationem*... sic v. 30. לצמיתת, ubi cum (׳) יוד (·) comite, & Lxx. βεβαίως *firmiter.* R. צמת *exscidit, succidit*... Æthiopibus, *à stirpe interiit*...

צמק QAL. Gr. σμύχω *altero, uro*... Lat. per aphæresin, *maceo, macio, macero.*

Ben. plur. m. ושדים צמקים, Hos. 9. v. 14. O. καὶ μαστοὺς ξηρούς, Vulg. & alii, *& ubera arentia, sicca, flaccida*...

צמר m. Lxx. Incert. ἔριον, Lxx. ἐρέϊνος, ἱμάτιον, πόκος... Vulg. & alii, *lana, lanugo, laneus*, lanea *vestis, lana vellendo ab ove dempta, & in floccum conglobata ; vellus*, Deut. 22. v. 11. *non indues te* שעטנז צמר ופשתים יחדו *veste intertexta* (*Ægyptiaca*, vel *Phrygiana*...) ex *lana* scilicet *linoque simul.* In pausa, unde (·) in (·) mutatur, אילים צמר, 4. Reg. 3. v. 4. Vulg. *millia arietum, cum velleribus suis*, Alii, *cum lana*, Alii, *lanigerorum, lanatorum*... Cum præf. גזת הצמר, Jud. 6. v. 37. *vellus lanæ*, והצמר *& lana*, בצמר *in lana*, כצמר *sicut lana.* In pausa, quare (·) in (·) mutatur, כצמר *sicut lanam*, וכצמר *& sicut lanam*, וצמר *& lana.* Cum affix. צמרי *lanam meam*, c. R. צמר Chaldæis, *coluit*... Æthiopibus, *fovit, vestibus operuit*... Hinc ex usu scil. צמר *lana.*

צמרי Mass. *Tsmarí*, Vulg. *Samaræus*, nom. propr. filii Chanaan, Gen. 10. v. 18. vel nomen patronymicum virorum oriundorum ex צמר *Tsamár*, filio Chanaan, à

quo צְמָרַיִם *Tſmaráim*, & urbs & mons, de quibus mox infrà, dicta videntur. Etym. *ardor*.. à צֶמֶר, ex quo cum emphaſi, צמרא Chald. *ardor*, *calor*, *febris ardens*. R. צמר Chald. *caluit*, *arſit*...

צְמָרַיִם Maſſ. *Tſmaráim*, nom. propr. 1°. urbis Tribûs Benjamin, Joſ. 18. v. 22. ubi Vulg. *Samaraim*. 2°. Montis, 2. Paral. 13. v. 4. ubi Vulg. *Semeron*... *Is erat in montanis Ephraim, ad quem locum exercitus Jerobaami Abia occurrit.* Σαμαρῶν ὄρος, *Joſephe* Antiq. VIII. 5. *ac ſi eſſet idem atque mons* שמרון Schomron, Σαμαρέων, *cui inædificata fuit urbs eodem nomine, poſteà* Samaria *nuncupata, at omnino ab illo diſtinguendus.* Had. Reland. Palæſt. p. 344. Etymon idem ac vocis præced.

צַמֶּרֶת f. O. ἀρχή, ἐπίλεκτος... Aq. τὸ ἄκρον... Σ. αἱ καρδίαι... Lxx. *principium*, ſive *imperium*, *electus*... Aq. *cacumen*. Sym. *corda*... Vulg. *medulla*, *cacumen*, *ſummitas*, *ſublimitas*... Senſum, non verbum, reddentes. Θ. καυλὸς... Theod. & alii, *caulis*, *calamus*, *ramus*, *ſurculus*.... וַיִּקַּח אֶת־צַמֶּרֶת הָאָרֶז, Ezech. 17. v. 3. *& abſtulit propaginem cedri*... tenerum ramum, Jechoniam ſcil. qui annum 18. agebat... Cum præf. מִצַּמֶּרֶת *de ramo* ſummo... Cum affix. וּבֵין עֲבֹתִים הָיְתָה צַמַּרְתּוֹ, Ezech. 31. v. 3. *& inter condenſos ramus* ſummus... rex... צַמַּרְתָּם ſummum *calamum ſuum*, *eorum*... R. צמר Æthiopibus, *fixit*, *affixit*, *infixit*...unde צַמֶּרֶת *ramus* ſummus ... ſic dictus, quòd infixus veluti arbori videatur. Eſt quibuſdam τὸ צַמֶּרֶת, à τῷ צמרת Æthiop. *compages*, unde pro, *& abſtulit propaginem cedri*, i. regis... vertunt: *& abſtulit compaginem cedri*, i. regii ſanguinis, quo ferè ſenſu Pacuvius, *ſalvete gemini mei compages ſanguinis*... R. צמר Æthiopibus, *arctè conjunxit*, *copulavit*...

צָמַת QAL. Gr. per aphæreſin ac metath. τέμνω *ſcindo*, *exſcindo*... Hinc etiam σμάττω *verbero*, σμύδω, σμυδόω *turbo*, *diſturbo*, *conſtringo*... Item, *incarcero*, *ſilentio involvo*...

Præt. 3. p. plur. c. צָמְתוּ בַבּוֹר חַיָּי, Thren. 3. v. 53. O. ἐθανάτωσαν ἐν λάκκῳ ζωήν μου *morti adjudicârunt in foſſa vitam meam*... Vulg. *lapſa eſt in lacum vita mea*... Alii, *ſtrinxerunt in fovea vitam meam; conjeceruntque ſuper me lapidem*... Confer Matth. 27. v. 60.

NIPHAL נִצְמַת, Lxx. paraphraſticas, ἐπέρχομαι *ſupervenio*, Vulg. & alii, *pereo*, *excidor*...

Præt. 1. p. ſ. c. כִּי־לֹא נִצְמַתִּי מִפְּנֵי־חֹשֶׁךְ, Job. 23. v. 17. (ubi tertia radicalis deperdita per daghéſch forte in ת incrementi compenſatur, vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 170. c. 2.) *ſed non fui funditus everſus*, ex uſu Æthiop. *à facie tenebrarum*... i. ob præſentes calamitates... 3. p. plur. c. in pauſa, quare (ָ) ſub מ, בְּעֵת יְזֹרְבוּ נִצְמָתוּ, Job. 6. v. 17. *tempore*, quo (à calore) *diffluunt*, *diſſipantur*... evaneſcunt...

PIEL צִמֵּת, Lxx. ἐκτήκω, ἐκτήκω, Sym. κατασιωπάω... Vulg. & alii, *conturbo*, *perturbo*... *macero*, *conſumo*, *emacero*, *tabeſcere facio*, ſive *tabefacio*, *extabefacio*.. Ex Syr. tranſitivè, *ſilentium indico*, *impero ut faveatur linguis*...

Præt. 3. p. ſ. f. cum affix. צִמְּתַתְנִי קִנְאָתִי, Pſal. 118. Hebr. 119. v. 139. O. ἐξέτηξέ με ὁ ζῆλός σου... Aq. ἐξάλεσεν με ὁ ζῆλός σου... Σ. ἀπεσιώπησεν με ὁ ζῆλος σου... Lxx. *tabefecit me zelus tuus*... Aq. *penitùs extinxit me zelus tuus*... Sym. ex uſu Syriaco, *conticere me fecit zelus tuus*...ζῆλός σου, pro μου, *zelus tui*, pro *meus*; nempe, vel *ſtudium*, *amor tui*, pro *amor meus in te*, vel *æmulatio tui*, pro *æmulatio mea*, pro *te*... Vulg. *tabeſcere me fecit*... Alii, *conſumit*, (*conficit*, *tabefacit*... Syr. שנקני *cruciat*, *vexat*...*me zelus meus*.. 3 p. plur. c. cum affix. geminatâ tertiâ radicali, unde τὸ (ֻ) ad euphoniam ſub prima repetitarum, vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 175. בִּעוּתֶיךָ צִמְּתוּתֻנִי, Pſal. 87. Hebr. 88. v. 17. *terrores tui* (ex uſu Æthiopico) *funditus everterunt me*...c. Syr. in ſingul. הרלחך שתקני *conturbatio tua obmuteſcere me fecit*... ex proprio ſcil. radicis uſu.

HIPHIL הִצְמִית, Lxx. πατάσσω, ἀπωθέω, ...

Digitized by Google

τίνω, *ἀφανίζω*, *ἐκδιώκω*, *ἐξολοθρεύω*.... Vulg. & alii, *morte afficio*, (vel *capite damno*,) *interficio*, *occido*, *ab aspectu removeo*, *è conspectu aufero*, *expello*, *abigo*, *funditus perdo & everto*, *penitus extinguo*...

PRAET. 2. p. f. m. *τῷ* ח tertiâ radicali excidenti, ac per daghésch forte in ח, incrementi compensato, expressoque *τῷ* ח, quod in fine subintelligebatur, vide Gram. Hebr. t. 1. p. 183. c. 1. הִצְמַתָּה כָּל־ זוֹנֶה מִמֶּךָּ, Psal. 72. Hebr. 73. v. 27. (ubi *τό* מִמֶּךָּ pro *τῷ* מִמְּךָ, vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 81. c. 2.) *funditus perdes omnes qui præ*, *vel pro te idola colunt*... Ex usu Chaldaico.

BEN. plur. m. cum affix. מַצְמִיתַי *qui me funditus perdunt* falso testimonio...

IMPER. 2. p. f. m. cum aff. בַּאֲמִתְּךָ הַצְמִיתֵם, Psal. 53. Hebr. 54. v. 7.... *per veritatem tuam silentium impone illis*, m. Syr. שתק אנון.

FUT. 3. p. f. m. cum affix. וּבְרָעָתָם יַצְמִיתֵם יַצְמִיתֵם יְהוָה אֱלֹהֵינוּ, Psal. 93. Hebr. 94. v. 23. *ἐν πονηρίᾳ αὐτῶν ἀφανιεῖ αὐτοὺς κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν*. omnes, *& per*, vel *propter militiam*, Al. *in malitia ipsorum ab aspectu removebit eos Dominus noster*. Vulg. *& in malitia eorum disperdet eos*... S. Hieron. *in malitia sua perdet eos*... Alii, *ob ipsorum malitiam expellet*, *expellet*, inquam, *eos Dominus Deus noster*. 2. p. f. m. וּבְחַסְדְּךָ תַּצְמִית אֹיְבָי וְהַאֲבַדְתָּ כָּל־צֹרְרֵי נַפְשִׁי, Psal. 142. Heb. 143. v. 12. *per tuam igitur benignitatem evanescere facias osores meos; hoc est*, *perire facias*... Quidam, *facias desinere omnes esse infestos animæ meæ (mibi); quia ego servus tuus sum*. 1. p. f. c. אַצְמִית אַצְמִית *exscindam*.. Cum affix. אַצְמִיתֵם *exscindam eos*... Cum præf. & aff. וְאַצְמִיתֵם *& exscindam eos*...

צִן Mass. *Tsín*, Vulg. *Sin*, nom. propr. deserti, בְּמִדְבַּר־צִן הִוא קָדֵשׁ, Num. 33. v. 36. *in deserto Sin*, *id est*, *Qadésch*, *sed ultimus hic locus meretur accuratius examen*, quod lectori apud autorem, nempe, Had. Reland. Palæst. p. 116. faciendum relinquitur. Etym. *spinetum*. R. צָנַן Arab. *mordicus adhæsit* rei... unde Hebr. צִנִּים *spinæ*...quæ accedenti tenaciter adhærent.

צִנָּה f. Lxx. Incert. *θυρεός*, Lxx. *ἀσπίς*, Incert. *πέλτη*, *θώραξ*, Lxx. *ὅπλον*, Lxx. Theod. *δόρυ*, Lxx *κοντός*... Vulg. & alii, *scutum* majus, forium similitudinem referens, *clypeus*, *pelta*, scutum exiguum, lunæ semiplenæ imaginem referens, quo genere Amazones præcipuè in præliis uti solebant... *lorica*... *arma*, *telum*, *hasta*, *hastile*, sive *lignum teres*, *oblongum*, *aculeatum*, *ad hastæ*, seu *conti formam factum*, sed *absque ferro præfixo*... *contus*... Hinc נֹשֵׂא צִנָּה, O. *θυρεοφόρος scutifer*. Lxx. item, *βλαστὸς germen*, secundùm Trommium, qui per metathesin, Gen. 40. v. 10. legit צִנָּה pro נִצָּה, quæ vox est per contractionem, vel potiùs syncopen *τῷ* תְּ, pro נִצְּתָה, vide Gram. Hebr. tom. 1. pp. 127. & 128. c. 1. צִנָּה וְסֹחֵרָה אֲמִתּוֹ, Psal. 90. Heb. 91. v. 4. *scutum & parma* (hoc scutum Græci, autore Plin. vocant *πέλτην*) *veritas ejus*... הַחֲזֵק מָגֵן וְצִנָּה, Psal. 34. Hebr. 35. v. 2. *apprehende clypeum & scutum*. Quidam, *imo scutum*... ut scil. majus... Sic Jerem. 46. v. 3. Ezech. 38. v. 4... 39. v. 9... Cum præf. וְצִנָּה *& scutum*... הַצִּנָּה *scutum*... בַּצִּנָּה *cum scuto*... כַּצִּנָּה *sicut scuto*.... Constr. cum præf. כְּצִנַּת־שֶׁלֶג בְּיוֹם קָצִיר, Prov. 25. v. 13. O. *ὥσπερ ἔξοδος χιόνος ἐν ἀμήτῳ*... Lxx. *sicut exitus* (quasi à צנא Arab. *abiit*...) *nivis in messe*... Vulg. & alii, ex usu Chald. *ut frigus nivis* (asservatæ...) *in die messis*, ita *legatus fidelis*... Plur. צִנּוֹת *scuta*... Cum præf. בְּצִנּוֹת, Amos 4. v. 2. O. Σ. *ἐν ὅπλοις*... A. *ἐν θυρεοῖς*... Θ. *ἐν δόρασι*... Lxx. Sym. & alii, *armis*... Aq. & alii, *scutis*... Theod. & alii, *hastis aculeatis*, *aculeis*... Vulg. & alii, *contis*, quasi *venabulis*, sicut vulneratæ feræ auferri solent... Grot. Alii, *lanceis*, Alii, *spinis*, i. hamis, qui ex spinis fiunt, quibus transfiguntur capita piscium... Alii, *naviculis*... R. צָנַן Chaldæis, *frixit*, *refrixit*, *frigidus factus est*... Arabibus, *mordicus adhæsit* rei ...unde *τῷ* צִנָּה variæ significationes, nempe, & *frigus*, & à *frigore scutum majus*, sic dictum, quòd possit esse *refrigerio*; *minus* verò *scutum*, sive *clypeus*, Hebræis dicitur מָגֵן à גָּנַן, *protexit*... uti *clypeus*,

per ſyncopen, pro *calypeus*, à *καλύπτω tego*…& *ſpina, aculeus*…quòd ſcil. *mordicus adhæreat, pungat*…

צֹנֶה, uti צֹאן, c. vel f. Lxx. *πρόβατα*, Vulg. & alii, *oves, pecus*…. vide ſupra צאן, cum ipſius radice, col. 1963.

צְנֻמָה f. unde plur. cum (י) in (ֻ) correpto, שִׁבֳּלִים צְנֻמוֹת, Gen. 41. v. 23. O. *στάχυες λεπτοί*… Vulg. & alii, *ſpicæ tenues, graciles*… R. צָנַם, unde צנמר Arab. *extenuavit*…

צְנוּעִים plur. m. unde וְאֶת־צְנוּעִים חָכְמָה, Prov. 11. v. 2. O. *στόμα δὲ ταπεινῶν μελετᾷ σοφίαν*… Σ. *παρὰ δὲ τοῖς ἐπιμελέσι σοφία*… Θ. *καὶ μετὰ ἐπιεικῶν σοφία*…. Lxx. *os autem humilium meditatur ſapientiam*… Sym. *apud ſtudioſos (diligentes) autem eſt ſapientia.* Theod. & alii, *cum humilibus, modeſtis, verecundis, æquis*…*eſt ſapientia.* Vulg. *ubi autem eſt humilitas, ibi & ſapientia.* Rad. צָנַע *humiliter, modeſtè*… *egit*, unde צנועים Paoúl plur. m. i. Participium paſſivum præteritum, ſed hîc pro activo præſenti uſurpatum, q. d. *modeſtè ſeſe gerentes*… Hæc enim participia mediorum apud Græcos, deponentium apud Latinos nonnunquam imitantur naturam, vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 146. c. 2.

צִנּוֹר m. Lxx. *καταῤῥάκτης*, Vulg. & alii, *cataracta*; item, *emiſſarium, aquæductus, canalis, tubus, fiſtula*… וְיִגַּע בַּצִּנּוֹר, 2. Reg. 5. v. 8. O. *ἁπτέσθω ἐν παραξιφίδι*. A. *καὶ ἅψεται ἐν κρουνισμῷ*. Σ. *καὶ κατακρατήσῃ ἐπάλξεως*. Lxx. *tangat cum pugione*… Aq. *& attinget (in, vel ad) ſcatebram ſalientem*, i. *fontem aquæ ſalientem*… Sym. *& occupaverit pinnam*, ſive *propugnaculum muri*… Vulg. *& tetigiſſet domatum fiſtulas.* Alii, *& attigerit canales*, ſive *ad imbrices acceſſerit*… Plur. cum affix. לְקוֹל צִנּוֹרֶיךָ, Pſal. 41. Hebr. 42. v. 8. O. *εἰς φωνὴν τῶν καταῤῥακτῶν σου*. Σ. *ἀπὸ ἤχου κρουνῶν σου*. Lxx. Vulg. & S. Hieronymus, *in voce cataractarum tuarum*, m. Sym. *à ſonitu fontium tuorum.* Alii, *ad ſonitum tuborum tuorum*, nempe ſuperiorum, qui *feneſtræ* (ex Chald.) *cæli* dicuntur Gen. 8. v. 2. i. e. imbris vehementiſſimi, tanquam per canales

defluentis… Gejerus, Piſcator. R. צְנַר Chald. *foro*… unde צִנּוֹר, & cum emphaſi, צִנּוֹרָא *foramen, tubus, canalis*…

צָנַח QAL, Incert. *ἐλαύνω*, Lxx. *διελαύνω*… Vulg. & alii, *fixit, transfixit*…

Fut. 3. p. ſ. f. cum præf. וַתִּצְנַח בָּאָרֶץ, Jud. 4. v. 21. O. *καὶ διεξῆλθεν ἐν τῇ γῇ ita ut* (ex uſu linguæ Arabicæ, unde Græca) *permearet*, ſeu *tranſiret* clavus… Vulg. *defixit*… Alii, *infixit, transfixit ad terram uſque.* Lxx. paraphraſticωs, Joſ. 15. v. 18. *καὶ ἐβόησεν*… *& exclamavit*… Vulg. *ſuſpiravitque*… Alii, *ac defixit ſe* (Alii, *demiſit ſe*, Alii, *dejecit ſe*, Alii, *deſcendit*, Alii, *deſiliit*, Alii, *delapſa eſt*…) *deſuper aſino*… Sic Jud. 1. v. 14. Lxx. *καὶ ἐγόγγυζεν*… *& murmurabat, gemebatve*…

צִנִּים plur. m. Lxx. *τρίβολοι*… Alii, *tribuli*, ſive *cardui ſtellati*, quod cardui genus dicitur Gal. *chauſſe-trape*, Hebraicè, דַּרְדַּר *dardár*, i. Gallicè, *dard, dard*, de quelque maniere que l'on le prenne. Telum enim erectum, quoquo modo poſitus ſit, oſtendit… R. דָּרַר *darár*, Arabibus (Latinis per metatheſin,) *radiavit*… *aculei, ſpinæ*… unde Vulg. & alii, *arma*… Cum præf. וְאֶל־מִצִּנִּים יִקָּחֵהוּ, Job. 5. v. 5. O. *αὐτοὶ δὲ ἐκ κακῶν οὐκ ἐξαίρετοι ἔσονται*. A. *αὐτὸς δὲ πρὸς ἐνόπλων ἀρθήσεται*. Σ. *αὐτοὶ δὲ πρὸς ἐνόπλων ἀρθήσονται*. Lxx. *ipſi verò de malis non liberabuntur.* Aq. in ſing. *ipſe verò ab armatis capietur.* Sym. *ipſi autem ab armatis auferentur.* Vulg. *& ipſum rapiet armatus.* Cocc. *& inde à vepribus*… Alii, *& ad è ſpinis*, pro *inde ad*, Noldius *extra, ſpinas*, quæ in extremo agro ſunt, *abſtrahet, auferet*… Conf. Levit. 4. v. 12. Deut. 23. v. 11. Proverb. 22. v. 5. R. D. Qimhhi, *frigora*… vide ſupra צִנָּה cum ſua radice, pag. præced.

צְנִינִים plur. m. Lxx. *βολίδες*, Vulg. & alii, *jacula, tela, ſudes*… *aculei, ſpinæ*.. Cum præfix. cum (י) vel in penultima, vel in ultima deficiente, וְלִצְנִנִים, וְלִצְנִינִם, Joſ. 23. v. 13. Num. 33. v. 55. *& in ſpinas*… vide ſupra צִנָּה, cum ſua rad. pag. præced.

צָנִיף m. Lxx. *κίδαρις, μίτρα, διάδημα, στέφανος*, Vulg. & alii, *cidaris*, (*pileus regius*,

Digitized by Google

ac pontificius,) *tiara*, *mitra*, (*pileus incurvus*, quo primùm Ionii, deinde Ægyptii, Syri, Phryges, & Lydi usi sunt, Calep.) *diadêma*, (fascia quædam, regium capitis redimiculum, insigne regni ...) *corona* ... Cum præfix. הַצָּנִיף הַטָּהוֹר, Zach. 3. v. 5. *cidarim mundam*.... חָלְבָּשֵׁנִי כִּמְעִיל וְצָנִיף מִשְׁפָּטִי, Job. 29. v. 14. O. ἠμφιασάμην δὲ κρίμα ἴσα διπλοΐδι. Lxx. *& vestitus sum judicio, sicut diploïde*. Vulg. *& vestivi me sicut vestimento & diademate, judicio meo*. Alii, *ac vestiebat me, pallium veluti*, aut *cidaris, judicium meum*. Constr. cum præf. וּצְנִיף מְלוּכָה, Isai. 62. v. 3. *& diadêma regium, insigne regni* ... Plur. ex terminatione fem. cum præf. וְהַצְּנִיפוֹת *& diademata* ... R. צָנַף *circumvolvit, obvolvit, obtexit* ...

צְנָן Mass. *Tsnán*, Vulg. *Sanan*, nom. propr. urbis Tribûs Juda, Jos. 15. v. 37. fortè eadem ac צאנן, Had. Reland. Palæst. p. 1058. Etym. *fœtor axillarum*, à צאן Arab. idem, Ca.

צָנַע QAL, *ipse me præ modestia abscondo* ... *humiliter ago* ...

HIPHIL הִצְנִיעַ, unde Infinitivus cum præf. וְהַצְנֵעַ לֶכֶת עִם־אֱלֹהֶיךָ, Mich. 6. v. 8. O. καὶ ἕτοιμον εἶναι τοῦ πορεύεσθαι μετὰ κυρίου θεοῦ σου. Θ. καὶ ἀσφαλίζου τοῦ πορεύεσθαι μετὰ ἐλωαίχ. E. καὶ φροντίζειν. Lxx. *& paratus sis ambulare cum Domino Deo tuo*. Theod. *facque ut cautus ambules cum Eloaich*. Vª. edit. *& solicitum esse*. Vulg. *& solicitum ambulare cum Deo tuo*. Alii, *& humiliare se*, sive *te*, *verecundum*, *submissum esse* ... *ambulando cum Deo tuo*, i. submittere te ubi cum Deo res est, Grot. At quorsum retinuit Theodotion vocem Hebraicam אֱלֹהֶיךָ, ἐλωαίχ *Eloaích*? An de Christo dictam timuit? Confer vv. 3. 4. 5.... ejusd. capitis.

צָנַף QAL (Gr. per metath. στεφανόω ...) Lxx. περιτίθημι ... Vulg. & alii, *corono*, *coronâ cingo*, *redimio* .... *circumpono*, seu *circumvolvo*, *obvolvo* .... *voluto* ...

INFIN. formæ absolutæ, צָנוֹף *volutando* ...

FUT. 3. p. s. m. וּבְמִצְנֶפֶת בַּד יִצְנֹף, Levit. 16. v. 4. *& pileo, sive cidari linea tegitur* ... Cum affix. צָנוֹף יִצְנָפְךָ צְנֵפָה, Isai. 22. v. 18. O. καὶ τὸν στέφανόν σου τὸν ἔνδοξον, καὶ ῥίψει σε ... Lxx. *auferet* ... *& coronam tuam gloriosam; & projiciet te* .... Vulg. *coronans coronabit te tribulatione* ... Alii, *volutando volutabit te volutatione*, i. certâ, continuatâ ... *globi* (ex usu Arabico) *instar super terram* ... *ibi morieris*, i. eris pro mortuo, conf. Num. 2. v. 12.

צְנֵפָה f. Lxx. adjectivè, ἔνδοξος *gloriosa corona*. Vulg. *tribulatio*. Alii, *volutatio*, *rotatio*, *convolutio* ... Rad. צָנַף *volutavit* ... vide mox supra.

צִנְצֶנֶת f. *vas* ... קַח צִנְצֶנֶת אַחַת, Exod. 16. v. 33. O. λάβε στάμνον χρυσοῦν ἕνα. Lxx. & alii, *sume urnam* ... nempe, *auream unam*. Vulg. *sume vas unum*. Alii, *cadum*, *urceum*, *phialam*, *pateram*, *vasculum* ... τὸ צנצנת *urna* ... ab ore acuminato & angusto sic dicta, à צִנָּה *scutum* acumen prægrande habens, geminatis ad αὔξησιν duabus primis radicalibus, cum terminatione fem. ת...

צַנְתְּרוֹת plur. m. Zach. 4. v. 12. *quid sunt duæ spicæ olivarum, quæ sunt* בְּיַד שְׁנֵי צַנְתְּרוֹת הַזָּהָב ... O. ἐν ταῖς χερσὶ τῶν δύο μυξωτήρων τῶν χρυσῶν ... Σ. ἀνὰ χεῖρα τῶν δύο ἐπιχυτήρων (χρυσῶν) ... Lxx. *in manibus* ... Latini, *pro pedibus*, sive *prope emunctoria duo aurea* ... μυξωτῆρες, non κοιλώματα τῆς ῥινὸς (ut Pollux explicat) sed *emunctoria*, h. e. instrumenta comprimentia oleas, & oleum exprimentia ... Cocceius. An aurea illa instrumenta? Sym. *ad manum*, i. *juxta duas ampulas aureas* ... Vulg. *juxta duo rostra aurea* ... Alii, *tubos*, *canales*, *fistulas* ... Chald. אסקריטין idem, item, *Lecythos* ... Rad. צְנַר Chaldæis, *foravit* ... unde cum ת ex Arabismo epenthetico singularis fem. צַנְתְּרָה, ex quo plur. const. צַנְתְּרוֹת *tubi* ...

צָעַד QAL Σ. βαίνω, Lxx. ἐκπορεύω, Lxx. Aq. διαβαίνω, Lxx. ἐπιβαίνω ... Vulg. & alii, (Latinè per aphæresin,) *cedo*, *incedo*, cum pompa, *procedo*, *promoveo*, *gradior*, *ingredior*, *progredior*, *eo*, *transeo*, *invado* ... *imminuo* ...

Digitized by Google

Præt. 3. p. f. f. בָּנוֹת צָעֲדָה עֲלֵי־שׁוּר, Gen. 49. v. 22. O. ὕος μυ νεώτατος πρὸς με ἀνάστρεψον. Lxx. *filius meus adolescentior : ad me revertere.* Vulg. & alii, *filiæ discurrerunt super murum*, ut scilicet Josephi pulchritudinem contemplatentur. Alii, *ramusculi super murum discurret*, distributivè, vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 550. pro *quorum quisque procedet ultra murum*, i. utraque Josephi tribus sese longè latéque diffundet, Junius, Piscator... Quidam, cujus בָּנוֹת.... *oppidorum* unumquodque *ultra murum progredietur*, sive *extendetur* ... 3. p. plur. c. צָעֲדוּ *progressi essent*...

Infin. cum præf. בְּצַעְדְּךָ, contractè pro בְּצַעֲדְךָ, vide Gram. Hebr. t. 1. p. 352. c. 1. *quum gradereris, procederes... tu*, m.

Fut. 3. p. f. m. ex forma (-), quod ob pausam in (·) mutatur, Proverb. 7. v. 8. *& viâ domûs ejus* יִצְעָד *graditur.* 2. p. f. m. בְּזַעַם תִּצְעַד־אָרֶץ, Habac. 3. v. 12. O. ἐν ἀπειλῇ ὀλιγώσεις γῆν *in comminatione imminues terram*, Vulg. *in fremitu conculcabis terram*, Alii, *cum indignatione ingredieris terram*... 3. p. plur. m. in pausa, quare reductum τὸ (-) primariæ vocis mutatur in (·), יִצְעָדוּ *incedunt*...

HIPHIL הִצְעִיד, unde 3. p. f. f. Fut. cum præf. & affix. absque (ʼ) τῶ (·) indice, וְתַצְעִדֵהוּ לְמֶלֶךְ בַּלָּהוֹת, Job. 18. v. 14. O. σχοίη ἢ αὐτὸν ἀνάγκη αἰτίᾳ βασιλικῇ. A. ϗ ἐπιβήσεται αὐτῷ τε βασιλέως ἀνυπαρξία. Lxx. *& teneat eum necessitas causa regali.* Aq. *& invadet eum regis interitus.* Vulg. *& calcet super eum, quasi rex, interitus.* Alii, *& deducet eum cum pompa ad regem horrorum*, sive *terrorum*... i. ad sepulcrum. Est enim sepulcrum πάντων τῶν φοβερῶν φοβερώτατον. Hîc 3. p. f. f. pro 3. p. plur. m. ex Arabismo elegantiùs usurpatur, ut & v. seq... subintellecta scil. apud Arabes hacce voce, בְּמָעָה *gamâuvaton*, f. *turba, multitudo, agmen, concessus, consilium, copia*... vide Breves Arab. ling. institutiones Gadagnoli, pp. 238. & 239.

צַעַד m. Aq. Sym. βῆμα, Lxx. ἴχνος, Lxx. Aq. Sym. διάβημα, Lxx. πορεία, διάβημα, Vulg. & alii, *gressus, passus, vestigium, transitus*, seu *transitio, profectio, iter*, in sacris Scripturis, *studia, vita instituta, facta alicujus*, vel *recta*, vel *prava*... In pausa, unde τὸ (-) in (·) mutatur, מֵיטִיבֵי צָעַד, Proverb. 30. v. 29. ad Verb. *quæ bonificant*, vel *benefaciunt, incessum*, i. quæ optimè incessum componunt & aptant, & strenuè ac alacriter ad opus suum procedunt, Mercerus. Cum affix. Proverb. 16. v. 9. *cor hominis cogitat de via sua*, וַיהוָה יָכִין צַעֲדוֹ *sed Dominus aptat, parat gressum, iter... ejus*, m. צַעֲדֶךָ *gressus tuus*, m. Proverb. 4. v. 12. ubi (·) loco τῶ (:) ante affix. ךָ ob pausam... תַּרְחִיב צַעֲדִי, Psal. 17. Hebr. 18. v. 37. *dilatabas gradum meum subter me*, Chald. בְּאַתְרִי *in locis meis*, ubi eram, *nec debilita sunt crura mea*... Plur. שִׁשָּׁה צְעָדִים, 2. Reg. 6. v. 13. O. ἑπτὰ χοροὶ... Lxx. *septem chori*... Vulg. & alii, *sex passus*... Constr. יֵצְרוּ צַעֲדֵי אוֹנוֹ, Job. 18. v. 7. *arctabuntur gressus, progressus... potentia ejus*, m. Cum affix. צְעָדָיו *gressus ejus*, m. צְעָדֶיהָ *gressus ejus*, f. צְעָדַי *gressus mei*, c. צְעָדֵינוּ *gressus nostri*, c. R. צָעַד *gressus, progressus... fuit.*

צְעָדָה f. O. συνσεισμός, Αλ. συγκλεισμός, Lxx. *concussio, commotio*, Al. *constrictio*... Vulg. Participialiter, *gradiens*, Alii, *gressus, progressio*... Cum præf. הַצְּעָדָה *incessus*.. Plur. cum præf. וְהַצְּעָדוֹת, Isai. 3. v. 20. O. ϗ τὰς χλιδῶνας... *brachialia, monilia*... Vulg. *periscelidas*, Chald. & alii, *armillas pedum, ornamenta crurum*... R. צָעַד *gressus... est, cum pompa incessit*...

צָעָה QAL (Gr. σόω, σόω... *in fugam conjicio, citato gressu currere cogo*...) Lxx. ἐν βίᾳ πορεύομαι... Vulg. & alii, *violenter incedo, gradior, grandio gradum, proficiscor... peregro, peregrinor, peregre ago*...

Ben. f. m. Isai. 51. v. 12. *quod tu* factum es *brachium Domini*, Israël, *ut abhorreas ab homine*, qui pro te *moritur*; *à filio hominis*, *qui prole carens... traditur?* v. 13. *Ut obliviscaris Domini factoris tui...? ut* territes eum *jugiter totâ die à facie excandescentiæ opprimentis; quando parabat ad corrumpendum*, Vulg. *ad perdendum : at quorsùm evasit furor coarctantis*, munientis

Digitized by Google

sepulchrum, signantis lapidem, cum custodibus.. ? מִהַר צֹעֶה לְהִפָּתֵחַ וְלֹא־יָמוּת לַשַּׁחַת וְלֹא יֶחְסַר לַחְמוֹ, ℣. 14. (Christus resurgens) *solvi, consulens sibi, festinat; neque enim moriturus erat ad corruptionem* usque videndam. *Nam non erat defecturus*, aut *deficiendus*, numineve *destituendus, panis ejus*, i. e. caro ejus, in sepulchro scil. An in tabernaculo deserendus? Est porrò τό חצוי, Isai. 51. v. 12. Arabibus, *continens, abstemius illicitarum vanarumque rerum*: etiam *feminarum, calebs, prole carens*.... Est item τό צֹעֶה, ℣. 14. Benoni s. m. Verbi צָעָה, Arabibus صغى *consuluit sibi*... Fem. s. אַתְּ צֹעָה זֹנָה, Jerem. 2. v. 20. O. ἐκεῖ διαχυθήσομαι ἐν τῇ πορνείᾳ μου. Lxx. paraphrasticus, *ibi diffundar in fornicatione mea*. Vulg. & alii, ex usu Arabico, *tu prosternebaris meretrix*. Sternere se utrique convenit & idololatræ, & meretrici, Grotius. Alii, *tu pervagans (vagaris, discurris...) meretrix*. Plur. m. צֹעִים *peregrinantes*...

PIEL cum (-) pro (·) & dagh. צִעָה, unde 3. p. plur. c. PRAET. cum præf. & affix. mutato ad euphoniam τῷ (י) in (ֻ), וְשִׁלַּחְתִּי־לוֹ צֹעִים וְצֵעֻהוּ, Jerem. 48. v. 12. O. ἀποστελῶ κλίνοντας, καὶ κλινοῦσιν αὐτὸν... Σ. σκευάστας... Lxx. *& mittam sternentes, qui sternant eum*... Vulg. *& mittam ei ordinatores, & stratores lagunculaium, & sternent eum*... Alii, *& mittam ei errones*, h. e. Chaldæos... *abactores, qui abigant eum*...

צָעִיף m. Lxx. θέριστρον, Alius, ἀμφίασμα, Vulg. & alii, *theristrum*, i. velamen, vel vestis æstiva, tenuis, quâ utebantur mulieres Palæstinæ. Sic dictum, sive quòd eo οἱ θερισταὶ, *messores* uterentur: sive quòd ἐν θέρει *in æstate* maximè usui esset ... *peplus*, seu *peplum*, i. sindon, sive vestis pertenuis, propriè mulierum... *spatharifcus*... *pallium*... Cum præf. הַצָּעִיף, Gen. 24. v. 65. *peplum*... בַּצָּעִיף *peplo*.... Cum affix. צְעִיפָהּ *peplum suum*, f. R. צעף Arab. *duplicavit*... unde צעף Arab. *duplicata vestes*... Gi. Ca. Ex quo צָעִיף Hebr. *vestis tenuissima*, licet *duplicata*.. Quare & Chald. posuit עֲפִיפָא *duplicatum* pallium...

צָעִיר m. Aq. βραχύς, Lxx. ὁ ἥσσων, ἐλάσσων, μικρότερος, Sym. μικρότατος, Lxx. ἐλάχιστος, Lxx. Theod. νεώτερος.... Vulg. & alii, *brevis, exiguus, parvus, parvulus, pauxillus, brevissimus, paucus, unus è paucis, paucis comitatus, minor, inferior, deterior, minimus, junior, recentior*.. וְרַב יַעֲבֹד צָעִיר, Gen. 25. v. 23. *& major serviet minori*. Idumæi Judæis.... impletum hoc sub Davide, 2. Reg. 8.... צָעִיר אֲנִי לְיָמִים, Job. 32. v. 6. *parvus sum dierum*, vel *secundum dies*, i. ad vitæ meæ dies quod attinet. Cum præf. הַצָּעִיר *minor natu*... וְהַצָּעִיר *& minimus*... Cum affix. צְעִירִי *natu minimi fui*, m. Cum præf. & affix. וּבִצְעִירוֹ *& in minimo suo*, m. Fem. f. cum præf. הַצְּעִירָה *minima natu*... וְהַצְּעִירָה *& minor natu*... f. Cum præf. & affix. ac substantivè, absque (י) τῷ (·) comite, וְהַצָּעִיר כִּצְעִרָתוֹ, Gen. 43. v. 32. O. καὶ ὁ νεώτερος κατὰ τὴν νεότητα αὐτοῦ. Lxx. *& junior secundum juventutem suam*. Vulg. *& minimus juxta ætatem suam*... Alii, *& minor secundum minoritatem suam*... Quidam adjectivè, *& minor secundum minorem ætatem suam*, subintellecto substantivo feminino, nempe סִן *sinnon*, quod est Arabibus, *ætas*... Plur. צְעִירִים *minores*... Constr. צְעִירֵי *minimi*... Cum affix. צְעִירָהּ *minimi ejus*, f. צְעִירֵיהֶם *minimos suos, ipsorum*. R. צָעַר *minutus, diminutus*... *fuit*.

צְעִירָה Mass. *Tsaïrah*, Vulg. *Seira*, nomen proprium urbis, 4. Reg. 8. v. 21. τό ה est locale, vide Gram. Hebr. tom. 2. p. 308. Etym. *parvus*, à צָעִיר mox supra, idem.

צָעַן QAL, unde 3. p. f. m. FUT. ex forma (-), quod in (·) ob pausam mutatur, אֹהֶל בַּל־יִצְעָן, Isai. 33. v. 20. O. σκηναὶ αἳ οὐ μὴ σεισθῶσιν... Lxx. in plurali, *tabernacula, quæ non commovebuntur*.... Vulg. *tabernaculum, quod nequaquam transferri poterit*... Alii... *quod non evehetur*, vel jumentis imponetur ut aliò transferatur, ut solebant tentoria, &c. Ludov. *de Dieu*.. à צען sive צאן Æthiop. *vectus*... *fuit*.

צֹעַן Mass. *Tsôan*, Vulg. *Tanis*, nomen propr.

Digitized by Google

urbis Ægypti, Num. 13. v. 23. Etym. *sedes*, à צְעֵן, seu צָעַן Æthiopibus, *sedit*, *insedit*... At quorsùm ego, qui nominis Ægyptiaci originem ab Æthiopica lingua deduco, improbem ἔτυμον τοῦ λάβαρον *labarum*, à lingua Latina deductum? *Vexillum erat ingens, quod Imperatori præferri, ac à militibus adorari solebat, circiterque Adriani tempora usurpari cœptum*... Suiceri thesaur. Eccles... Cui medio vexillo, multis jam olim crucibus insignito (*stolæ crucum* Tertuliano, Apolog. 16.) Constantinus Magnus τὸ σταυροῦ τρόπαιον *crucis tropæum*, sive *trophæum* (quod *in cælo super solem situm, lucis splendore* ex tribus primis χρισ literis *figuratum*, hisce verbis inscriptum: ἐν τούτῳ νίκα... *in hoc vince*... *suis viderat oculis*... Euseb. de vita Constantini, capp. 32. 33...) pretiosis ad visum lapidibus effictum addendum curavit... Erat igitur vexillum ante Constantinum usurpatum, adoratum... at nomen λάβαρον (de quo altum apud Tertulianum, Eusebium... silentium) *lábaron*, corruptè, pro λάβουρον *lábouron*, (ut videre est apud Chrysostomum, Homil. III. in I. ad Timoth. p. 421.) longè post Imperatorem inventum, à vexilliferis scilicet vexillum explicantibus, de ipsoque post Constantinianam additionem meliùs ominantibus.... Etym. *ventum cape secundum, prosperam occupa fortunam*... à λάβε *cape*, & οὖρος *ventus secundus*, metaph. *prospera fortuna*... retracto in compositione, uti in ὄδουρος, accentu...

צַעֲנַיִם, sive צַעֲנַנִּים, Mass. *Tsáanáim*, seu *Tsáananím*, Vulg. *Sennim*, Jud. 4. v. 11. ubi Vulg. *usque ad vallem, quæ vocatur, Sennim.* Etym. *planities*, sive *locus planus equitationi aptus*, à צען, seu זען Æthiop. *equitavit, insedit equo, vectus fuit*...

צַעֲנַנִּים Mass. *Tsáananním*, Vulg. *Saananim*, nom. propr. urbis in finibus Nephthali, Jos. 19. v. 33. ead. videtur Had. Relando, p. 1057. ac צַאֲנָן *Tsáanán*, Mich. 1. v. 11. de cujus urbis nomine, verumne sit, an fictum, dubitandum negat, pag. 1056. Etym. idem ac vocis præced.

צַעֲצֻעִים plur. m. unde כְּרוּבִים שְׁנַיִם מַעֲשֵׂה צַעֲצֻעִים, 2. Paral. 3. v. 11. O. χερουβὶμ δύο, ἔργον ἐκ ξύλων· *Cherubim duo, opus ex lignis*... Vulg. *Cherubim duos, opere statuario*... Alii... *factura*, sive *figurâ discurrentium*... Nam in pedes *erecti erant*... R. צָעָה *migravit, discurrit*... Quidam, *Cherubim duos, opus* αὐτομάτων veluti, *sese moventium*... Est τὸ צַעֲצֻעִים Paoúl, sive participium præteritum, passivum, hîc activè sumtum, plur. m. à singul. inusitato, צַעֲצוּעַ, Verbi צִעְצַע (ex צָעַע) Arabibus, *movit*... Formæ τοῦ בְּרֻרִים *selectissima*, Paoúl plur. m. à sing. inusitato, בָּרוּר, Verbi בָּרַר, ex בָּרַר *elegit, selegit*...

צעק QAL. Lxx. Sym. κράζω, Sym. κεκράζω, Lxx. Aq. Sym. βοάω, Lxx. ἀναβοάω, καταβοάω, συνάγω.... Vulg. & alii, *clamo, vociferor, bovo*, sive *boo, mugio, irrugio, exclamo, inclamo, clamando voco, reclamo, clamore obruo, clamore vinco, clamoribus insector, implore, (convoco,) congrego*... Lxx. item, γελάω *rideo*... Absolutè, vel cum אֶל... construitur. Idem est ac זָעַק, alternatis, ut fit, צ & ז.

PRÆT. 3. p. s. m. וְהוּא צָעַק אֶל־הַמֶּלֶךְ, 3. Reg. 20. v. 39. *& ille inclamabat regem.* 3. p. s. f. עַל־דְּבַר אֲשֶׁר לֹא־צָעֲקָה, Deut. 22. v. 24. *propterea quòd non clamavit*... Debebat igitur clamare, & ipsa in Dan. 13. Susanna, refragante licet Cornelio à Lapide. 1. p. s. c. צָעַקְתִּי *clamavi.* 3. p. pl. c. הֵן אֶרְאֶלָּם צָעֲקוּ חֻצָה, Isai. 33. v. 7. O. ἰδοὺ δὴ ἐν τῷ φόβῳ ὑμῶν οὗτοι φοβηθήσονται. A. ἰδοὺ ὀφθήσομαι αὐτοῖς, βοήσω ἐκτενῶς. Σ. ἰδοὺ ὀφθήσομαι αὐτοῖς· ἔκραξαν ἐκτενῶς. Θ. ἰδοὺ ὀφθήσομαι αὐτοῖς βοήσουσιν ἐκτενῶς. Lxx. *ecce nunc in timore vestro illi timebunt.* Aq. *ecce videbor ipsis, impensè clamabo.* Sym. Theod. *ecce videbor ipsis: vehementer clamabunt.* Vulg. *ecce videntes clamabunt foris.* Alii, quòd τὸ אריאל, sive אריאל *Ariél*, i. leo-Dei, seu maximus, virorum fortium cognomen fuerit olim in terra *Moab*, & hodieque sit inter Persas & Arabes, reddunt: *En fortissimi quique è castris clamabunt*, Assyrii, vel ab Ezechia *missi*, pace scil. infectâ... Vide supra, אֲרִיאֵל, col. 142.

Digitized by Google

...In pausa, quare (ׇ) sub ע, צָעָקוּ *clamarunt.*

Ben. f. m. צֹעֵק est Hebræis *actor*, qui querelam affert in judicium; *reus* verò, נִצְעָק dicitur... Fem. f. ex forma ה præced. duplici (ׇ), צֹעֶקֶת *inclamabat*, implorabat... Plur. m. צֹעֲקִים *clamantes*...

Infin. ex forma absoluta, צָעֹק *clamando*... Cum præf. לִצְעֹק *ad inclamandum*, *ut imploraret*...

Imper. 2. p. f. f. cum præf. וְצַעֲקִי, & ex forma (ׇ) quod in (ׇ) ob pausam mutatur, cum (ׇ) sub צ loco ה (ׇ), vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 166. c. 2. וּצְעָקִי *& clama*... 2. p. plur. f. צְעַקְנָה *clamate*...

Fut. 3. p. f. m. ex forma (ׇ), יִצְעַק *clamabit*... Cum (ו) convertenti, וַיִּצְעַק *clamavit*... 2. p. f. m. תִּצְעַק *clamas*... 1. p. f. c. אֶצְעַק *clamabo*. Cum præf. & ה parag. in pausa, unde (ׇ) sub ע, וְאֶצְעָקָה *tunc clamabo*... 3. p. plur. m. יִצְעֲקוּ *clamabunt*... Cum (ו) conversivo, וַיִּצְעֲקוּ *& clamârunt*... 2. p. plur. m. תִּצְעֲקוּ *clamabitis*. Cum (ו) convertenti, וַתִּצְעֲקוּ *& clamâstis*... 1. p. pl. c. cum eod. (ו), וַנִּצְעַק *& clamavimus*...

NIPHAL נִצְעַק, omnia huic exemplo in Qal legebant οἱ Lxx. Vulg.... Alii, *conclamor*, *convocor*, *congregor*... Cocc. *ad clamorem*, vel *classicum concurrere*...

Fut. 3. p. f. m. cum (ו) conversivo, וַיִּצָּעֵק *accitus*, *convocatus*... *fuit*, Cocc. & auxilii causa *concurrit* omnis vir Israël... 3. p. plur. m. cum eod. (ו), וַיִּצָּעֲקוּ *& convocati*... *sunt*.

PIEL צִעֵק, unde Ben. f. m. 4. Reg. 2. v. 12. וְהוּא מְצַעֵק אָבִי אָבִי... O. καὶ ἐβόα, Πάτερ, πάτερ... *& vociferabatur*, *Pater*, *pater*... Vulg. *& clamabat*, Alii, *clamitabat. Pater mi*, *pater mi*...

HIPHIL הִצְעִיק, unde 3. p. f. m. Fut. cum (ו) convertente, וַיַּצְעֵק, 1. Reg. 10. v. 17. O. καὶ παρήγγειλε... *& condixit*, *invitavit*... Vulg. & alii, *& convocavit*...

צְעָקָה f. Lxx. βοὴ, κραυγὴ, δέησις... Vulg. & alii, *clamor*, *vociferatio*, *precatio*, *deprecatio*, *querela*... Lxx. item Verbaliter, κράζω *clamo*.. Constr. לְהָבִיא עָלָיו צַעֲקַת דָּל, Job. 34. v. 28. *ut pervenire facias* unumquemque pauperum quisque *contra se clamorem pauperis* ad Deum, *donec exaudiat*... Cum præf. וְצַעֲקַת *& clamor*... Cum affix. צַעֲקָתוֹ *clamor ejus*, m. Cum præf. & affix. הַצַּעֲקָתוֹ *an clamorem ejus*, m. הַכְּצַעֲקָתָהּ *an juxta clamorem ejus*, f. צַעֲקָתָם *clamor ipsorum*. R. צָעַק *clamavit*...

צָעַר QAL. Lxx. ἐλαττοῦμαι, ὀλίγος γίνομαι, Vulg. & alii, *minuor*, *diminuor*, *attenuor*, *superor*, *inferior sum*, qualitate, quantitate, ætate... *ignobilis*, *vilis*, *paucus*, *parvus*, *exiguus*, *exilis*, *tenuis*... *fio*.

Fut. 3. p. plur. m. in pausa, quare τὸ (ׇ) primariæ vocis reductum in (ׇ) sub ע mutatur, יִצְעָרוּ *parvi fient*... Cum (ו) disjunctivo, וְיִצְעֲרוּ וְלֹא־יָבִין לָמוֹ, Job. 14. v. 21. *vel pauperiores fient*, *nec attendet eis*...

צֹעֲרִים plur. m. unde cum præf. Zach. 13. v. 7... *percute pastorem*, *& dispergentur oves*: וַהֲשִׁבֹתִי יָדִי עַל־הַצֹּעֲרִים, O. καὶ ἐπάξω τὴν χεῖρά μου ἐπὶ τοὺς (Alex. Ald. Complut. ποιμένας) μικρούς. A. ἐπὶ τοὺς ποιμένας ἐσχάτους. Σ. μικρούς. Θ. νεωτέρους. Lxx. *& injiciam manum in* (Alex. Ald. Complut. *pastores*) *parvos*... Aq. *in pastores parvos*. Sym... *parvos*. Theod. *juniores*. Vulg. *& convertam manum meam ad parvulos*. Alii, *convertam quoque manum meam super pusillos*, sive *pusillum gregem*, qui tertia pars hominum, ex duabus deficientibus, nempe, Judaismo & Gentilismo, proprio conspersa sanguine, qui semen Christianorum Tertuliano dicitur, succrescet... R. צָעַר *parvus*, *pusillus*... *fuit*.

צְעִירָה f. vide supra in צָעִיר, col. 2058.

צָפַר QAL. Gr. per metath. πήγνυμαι, sive πήττομαι... *cogor*, *coagulor*, *concresco*... ex usu Arabico, *adstringor*, *constringor*, *adhæreo*...

Praet. 3. p. f. m. צָפַד עוֹרָם עַל־עַצְמָם, Thren. 4. v. 8. O. ἐπάγη δέρμα αὐτῶν ἐπὶ τὰ ὀστᾶ αὐτῶν... Lxx. Vulg. *adhæsit cutis eorum ossibus ipsorum*... Alii, *concreta est cutis eorum cum ossibus ipsorum*...

צָפָה QAL. (Lat. *specio*, sive *spicio*, *aspicio*, *specto*, *spes*... *sapio*, Gr. σκέπτομαι...) Lxx. εἴδω, ἐπιδῶ, Lxx. Aq. Sym. σκοπεύω, Lxx. Sym. ἐπισκοπεύω, Lxx. ἐπιβλέ-

Digitized by Google

μαι, *διαβλέπω*, Sym. *εἰσβλέπω*, Lxx. *ἐπιτηρέω*, Lxx. Incert. *ἀποσκοπεύω*... Sym. *προσκοπεύω*, Vulg. & alii, *video*, *intelligo*, *animadverto*, *intueor*, *ſpeculor*, *ſpeculando exſpecto*, *exploro*, *obſervo*, *inſpicio*, *contemplor*, *viſo*, *luſtro*, *diligenti factâ inſpectione ſecerno*, *eligo*, *intendo*, *introſpicio*, *perſpicio*, *ex alto ſpeculor*, *conſidero*, *proſpicio*, *prævideo*... Conſtruitur abſolutè, cum accuſat. cum præpoſit. עִם, לְ.

Ben. ſ. m. צֹפֶה, & cum τοῦ (ו), צוֹפֶה רָשָׁע לַצַּדִּיק, Pſal. 36. Heb. 37. v. 32. Chald. *inſidiatur impius juſto*... Ezech. 3. v. 17. *Fili hominis* צֹפֶה נְתַתִּיךָ לְבֵית יִשְׂרָאֵל, Θ. *σκοπὸν δέδωκά σε τῷ οἴκῳ Ισραὴλ*... Lxx. Vulg. & alii, *ſpeculatorem*, (Alii, *ὁρῶν videntem*... prophetam) *dedi*, *poſui*, *te domui Iſraël*. Cum præf. הַצֹּפֶה *ſpeculator*, הַצֹּפֶה & *ſpeculator*, לַצֹּפֶה *ſpeculatori*. Fem. ſingul. צוֹפִיָּה *ſpeculatur*, obſervat... Proverb. 31. v. 27. ubi τοῦ ה in (י) mutato, ſupponitur ſecundæ radicali τό hhiriq qatón, loco τοῦ (ּ), impreſſo τοῦ (י) daghéſch forti, quod venit ſemper poſt motiones parvas, quas non ſequitur immediatè (ּ), vel accentus, vide Gram. Hebr. t. 1. p. 286. c. 1. An ſit hhiriq qatón ante (י) daghesſatum? Commodiùs à ſing. Benoni fem. צפיא formæ Syriacæ, mutato ſcil. ad euphoniam τοῦ (ּ) in τό (·) ſeq. dagh. & א in ה, (vide Gram. Lud. *de Dieu*, p. 314.) deducitur τό צֹפִיָּה. Lxx. in plur. *στεναὶ anguſtæ*... Al. *στεγναὶ constrictæ*... Plur. m. שְׂדֵה צֹפִים, Num. 23. v. 14. O. *εἰς ἀγροῦ σκοπιάν*... *in agri ſpeculam*... Vulg. *in locum ſublimem*... Alii, *in agrum ſpeculatorum*, Alii, *ſpecularum*... Alii, quibus eſt nomen proprium, *in Sedhéh-ſophím*... Cum præf. הַצֹּפִים *ſpeculatores*... Cum affix. & (י) ſecundùm τό קְרִי legendo, צֹפָיו עִוְרִים כֻּלָּם, Iſai. 56. v. 10. O. *ἴδετε ὅτι ἐκτετύφλωνται*. A. *σκοπευταὶ αὐτοῦ τυφλοί*. Σ. Θ. *οἱ σκοποὶ αὐτοῦ τυφλοί*. Lxx. ſecundùm τό כְּתִיב, ſive ut ſcribitur, ac verbaliter, *videte quia excæcati ſunt*... Aq. Sym. Theod. Vulg. & alii, *ſpeculatores* (i. e. Doctores, Sacerdotes, tum ii, qui ſe pro prophetis venditabant Grot. Confer Ezech. 3. v. 17. & 33. vv. 2. 6. 7.) *ejus cæci omnes*.. קוֹל צֹפַיִךְ, Iſai. 52. v. 8. O. *φωνὴ τῶν φυλασσόντων σε*... *vox cuſtodientium* (obſervantium) *te*... Vulg. & alii, *vox ſpeculatorum tuorum*... f. Plur. f. צֹפוֹת *ſpeculantes*...

Paoul ſ. m. abſque (י) in fine ſcripto, ſed ſecundùm Maſſorethas legendo ...cum præf. וְצָפוּי הוּא אֱלֵי־חָרֶב, Job. 15. v. 22. O. *ἐντέταλται γὰρ ἤδη εἰς χεῖρας σιδήρου*. Σ. *προεσκοπεῖτο γὰρ εἰς μάχαιραν*. Lxx. *jam enim tradi juſſus eſt in manus ferri*... Sym. *proviſus eſt enim*, ſeu *præparatus ad gladium*.. Vulg. *circumſpectans undique gladium*... Alii, vel activè, ſic enim hæcce participia nonnunquam ſumuntur, *proſpicit quippe ad gladium*; vel paſſivè, *proſpectus, expectatuſve ad gladium*... Quidam, (cùm cubitum concedit, non fidit ſe matutinam lucem aſpecturum;) *quum verò claritas*, ſive *lux* eſt; *ipſe ad bellum*, ſeu *ad hoſtilitatem*... *ubique ob cibum*... *palatur*.. Eſt Arabibus τό צפי *claritas*, *clarior pars* diei... Eſt & τό חרב *bellum*, *hoſtilitas*, *hoſtis*... τοῦ צפו ſimile repetitur, atparticipialiter, Job. 41. v. 24. nempe, העשו, ad quod Maſſorethæ unum ſcripſère, *non reperiri ſic ampliùs*... Bux. Theſaur. p. 256. Vide & Gram. Hebr. tom. 1. p. 286. c. 1.

Infin. ex forma abſoluta, צְפֹה *ſpeculando*...

Fut. 3. p. ſ. m. cum apocopa, vide Gram. Hebr. t. 1. p. 288. c. 1. יִצֶף *ſpeculetur*... 3. p. plur. f. תִּצְפֶּינָה *ſpeculantur*...

PIEL צִפָּה, Lxx. *σκοπεύω*, *ἀποσκοπεύω*... *χελύπτω*, *κοιλοσταθμέω*, *συνέχω*, *περιέχω*, *περιχαλκόω*, *περιχρυσόω*, *καταχαλκόω*, *καταχρυσόω*, *κοσμέω*... Vulg. & alii, *ſpeculor*, *contemplor*, *intueor*, *inſpicio*, *reſpicio*, *proſpicio*, *caveo*... *tego*, *operio*, *velo*, *concamero*, *contineo*, *comprehendo*, *complector*, *circumdo*, *cingo*, *obduco*, *induco* tegmine, *incruſto*; unde *ære-obduco*, *deauro*, (cum nominibus ſcilicet נְחֹשֶׁת, זָהָב, *ære*, *auro*,) *orno*...

Praet. 3. p. ſ. m. צִפָּה עֵץ, 3. Reg. 6. v. 15. *contabulavit ligno*, cedrino.. & v. 22. *&c totam domum* (i. templum) *obduxit* intrinſecus

trinsecùs, זָהָב זָהָב auro... Cum præf. וַיְצַף & *obduxit*... 2. p. f. m. cum (ו) conversivo, unde accentus à penultima ad ultimam descendit, vide Gram. Hebr. t. 2. p. 310. וְצִפִּיתָ & *obduces*... 1. p. pl. c. צִפִּינוּ בְּצִפִּיָּתֵנוּ צִפִּינוּ אֶל־גּוֹי לֹא יוֹשִׁעַ, Thren. 4. v. 17. *in fiducia nostra, quâ fidebamus genti* Romanæ, *quæ non erat servatura*.

Ben. f. m. מְצַפֶּה *speculans*... Cum præf. הַמְצַפֶּה *speculatorem*... Plur. cum aff. מְצַפַּיִךְ *speculatorum tuorum*, m.

Imper. 2. p. f. m. צַפֵּה *speculare*....vel potiùs cum Cocc. & quibusdam, Infin. ...נָצוֹר מְצֻרָה צַפֵּה־דֶרֶךְ חַזֵּק, Nahum. 2. v. 2. *obsidendo*, vel *custodiendo*, *munitionem*, *speculando viam*, *confortando*... Quorsùm enim istæc tam subita generis ac modi ἐναλλαγὴ? 2. p. f. f. cum præf. וְצַפִּי & *speculare*...

Fut. 3. p. f. m. cum præf. & apoc. vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 296. c. 1. וַיְצַף & *obduxit*... Cum præf. & affix. וַיְצַפֵּהוּ & *obduxit eam* arcam... וַיְצַפֵּם & *obduxit eas* columnas... 2. p. f. m. תְּצַפֶּה *obduces*.. Cum affix. תְּצַפֶּנּוּ *obduces eam* arcam... 1. p. f. c. אֲצַפֶּה *speculabor*... Cum præf. וַאֲצַפֶּה & *speculabor*... 3. p. plur. m. cum (ו) conversivo, וַיְצַפּוּ & *obduxerunt*...

PUAL צֻפָּה, Lxx. χρυσοῦμαι, Vulg. & alii, *deaurer*...

Paoul f. m. כֶּסֶף סִיגִים מְצֻפֶּה עַל־חָרֶשׂ, Prov. 26. v. 23. O. ἀργύριον διδόμενον μετὰ δόλου, ὥσπερ ὄστρακον ἡγητέον. *argentum datum cum dolo, tanquam testa reputandum*. Vulg. *quomodo si argento sordido ornare velis vas fictile*... Alii, *argentum scoriarum* (pro *scoria argenti*, per hypallagen, qualis est Levit. 12. v. 4. & 22. v. 4. &c. Gejerus) *inductum testæ*... Plur. m. מְצֻפִּים *obducta* columnæ...

צְפוֹ Mass. *Tsephô*, Vulg. *Sepho*, nom. propr. filii Eliphaz, Gen. 36. v. 11. qui 1. Paral. 1. v. 36. dicitur צְפִי Mass. *Tsephi*, Vulg. *Sephi*, magis ἀνάλογον... Etym. *spes*, *expectatio*... à צָפָה *speculavit*, *exspectavit*, *speravit*.

צִפּוּי m. Lxx. περίθεμα... Alii, *obductio*, *circumpositio*... Vulg. participialiter ac activè, *affligens*... Sic & Lxx. at passivè, & in plur. cum nomine כֶּסֶף *argento*, τὰ περιηργυρωμένα *argento obducta* sculptilia.... צִפּוּי לַמִּזְבֵּחַ, Num. 17. vv. 3. & 4. vel 16. vv. 38. 39. *tectorium* (*opertorium*, *obductionem*, *circumpositionem*) *altari*; & cum præf. וְצִפּוּי & *obductio*... R. צָפָה *obduxit*.. Cujus participium Paoul, sive passivum צָפוּי, per legem æquivalentiæ, צָפוּי, & cum (ֻ) loco τῦ (ָ), צִפּוּי *obductum*, seu *obductio*...

צָפוֹן f. vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 51. Lxx. Aq. Sym. Theod. βοῤῥᾶς, βοῤῥᾶς, Lxx. Aq. ἀπηλιώτης, Vulg. & alii, *boreas*, *aquilo*, *pars aquilonis*, *subsolanus*, i. ventus sub zona torrida spirans, sive ab ortu hyemali (respectu nostræ sphæræ positionis) ad ortum usque æstivalem; Hispanis *ven de brigas*, Græcis ἀπηλιώτης, quòd sub solo nasci videatur... Est ὁ צָפוֹן, τοῦ Qimhhi pars mundi læva... vide infra... נֹטֶה צָפוֹן עַל־תֹּהוּ תֹּלֶה אֶרֶץ עַל־בְּלִימָה, Job. 26. v. 7. *qui reclinat arcticum* (*polum*) *in vacuum*, sive *liquidum*, *appendit terram super nihilum*, seu humidum elementum.... Ex usu Chald. *ad constrictionem* humidorum elementorum, nempe, aquæ & aëris... Chald. ...וּתְלָא אַרְעָא עֲלֵי מַיָּא *suspendit terram super aquas*... Vide nostrum de maris æstu systema.... Est porrò τὸ בְּלִימָה Chaldæis, *constrictio*, *coërcitio*... à בְּלַם *clausit*, *obthuravit*, *constrinxit*, *coërcuit*... צָפוֹן וְיָמִין אַתָּה בְרָאתָם, Psal. 88. Hebr. 89. v. 13. O. τὸν βοῤῥᾶν καὶ θαλάσσας σὺ ἔκτισας .... Vulg. *aquilonem & mare tu creâsti* ... Legebant in plurali יַמִּין Chald. pro יָמִין Hebr. Alii, *aquilonem & austrum tu creâsti*... Plaga australis hic dextera dicitur, quòd orantibus ad Orientem ad dexteram esset... Unde & צָפוֹן *aquilo*, Jos. 13. v. 3. τοῖς O. ἐξ εὐωνύμων *sinister* redditur. Cum præf. הַצָּפוֹן *aquilo*, וְצָפוֹן, וְהַצָּפוֹן & *aquilo*, בַּצָּפוֹן *ad aquilonem*, לַצָּפוֹן *aquiloni*, מִצָּפוֹן *ab aquilone*, וּמִצָּפוֹן & *ab aquilone*. Constr. cum præf. מִצְּפוֹן *ab aquilone*. Cum ה paragog. seu locali, vide Gram. Hebr. tom. 1. pp. 102. 103. & t. 2. p. 308.

c. 1. צָפֹנָה, צָפֹנָה *aquilonem versùs.* Cum eodem ה & præf. וְצָפֹנָה, וְצָפֹנָה *& aquilonem versùs*, לִצְפוֹנָה *ad aquilonem*, הַצָּפוֹנָה *ad septentrionem*, מִצָּפוֹנָה *ab aquilone.* Const. cum præf. מִצְּפוֹן *ab aquilone.* R. צָפַן *abscondit*... unde צָפוֹן *Polus* & arcticus & antarcticus, sive *aquilo* & *auster*, uterque sic dictus, quòd sit à solis cursu æque absconditus, aut remotus.

צְפוֹן Mass. *Tsaphón*, Vulg. *Saphon*, nomen propr. urbis Tribûs Gad, Jos. 13. v. 27. alii pro aquilone accipiunt, vide Had. Reland. Palæst. pp. 308. & 1057. Etym. (aut ipse) *aquilo*... à צָפוֹן idem.

צְפוּן m. vide Paoúl Verbi צָפַן, suo loco.

צְפוֹנִי m. unde cum præf. וְאֶת־הַצְּפוֹנִי אַרְחִיק מֵעֲלֵיכֶם, Joel. 2. v. 20. O. καὶ τὸν ἀπὸ βοῤῥᾶ ἐκδιώξω ἀφ' ὑμῶν, Lxx. Vulg. *& eum, qui ab aquilone est, procul faciam à vobis*... Alii, *& aquilonem* (*aquilonarem* populum ... per quem intelligunt alii, Assyrios, alii, Babylonios, alii, Chaldæos, alii, locustas ab aquilone advectas...) *longè repellam à vobis*, Hebr. *desuper vobis*... aquilonem versus secundùm Tremell. à צָפוֹן *aquilo*, unde mutato (ָ) in (ֹ), assumptoque (י) in fine adjectivum denominativum צְפוֹנִי *aquilonaris.* Vide Gram. Lud. *de Dieu*, p. 69.

צְפוֹנִי Mass. *Tsiphoní*, Vulg. *Sephonites*, nom. patronymicum virorum à צִפְיוֹן *Saphón*, oriundorum. Etym. *aquilonaris*, sive idem ac τὸ *Saphon.*

צִפּוֹר Mass. *Tsippór*, Vulg. *Sephor*, nomen proprium patris Balac regis in Moab... Num. 22. vv. 2. 4. Etym. *passer*, à צִפּוֹר idem.

צַפַּחַת f. Lxx. Incert. καψάκης, Lxx. καψάκης, Aq. ἄγγος, λακύνθιον, Lxx. φακός, Sym. κωθώνιον... Vulg. & alii, *campsaces*, sive *capsaces*, vel *capsace*, vasis genus, *vas quodlibet*, velut *dolium*, *mulctra*, *urna*, *urceus*, *urceolus*, *lecythus*, *ampulla olearia*, *lenticula*, *vas*, seu *poculum nocturnum*... Hinc Gr. σκάφη *vas cavum & oblongum*, *instar cunarum*, aut *cunabulorum*, *mactrarumve*... σκαφίον, σκύφος... Lat. *scaphium*, *matella*, quâ urina excipitur, *scyphus*... צַפַּחַת הַמַּיִם, 1. Reg. 26. vv. 11. 12. 16. *vas aquæ*.. ad sitim scil. sedandam, aut ardorem refrigerandum. Tempus erat tondendarum ovium, adeoque æstuosum, sanctius. Aliis *vas* erat ad excipiendam urinam, quæ Hebræis *aqua pedum* dicitur, vide Gram. Hebr. tom. 2. p. 294. c. 2. Cum præf... וְצַפַּחַת הַשֶּׁמֶן, 3. Reg. 17. vv. 14. 16. *& urceus olei non deficiet*, i. e. oleum urcei non minuetur, metonymia subjecti, בַּצַּפָּחַת in pausa, *in urceo*... R. צָפַח Arabibus, rem *latam*, *amplam*... *fecit*, unde צַפַּחַת *vas quodlibet*, uti *ampulla* ab *amplitudine* ventris, sive capacitatis sic dicta.

צְפִי Mass. *Tsephí*, Vulg. *Sephi*... vide supra, צְפוֹ, col. 2065.

צִפִּיָּה f. unde cum præf. & affix. בְּצִפִּיָּתֵנוּ, Thren. 4. v. 17. O. ἀποσκοπευόντων ἡμῶν... Lxx. in plur. ac participialiter, *speculantibus nobis*... Vulg. *attenti*, pro *cum attentione*... Alii, *in speculatione*, *exspectatione*.. *nostra.* Quidam, *in fiducia*, *spe*... *nostra*... R. צָפָה (quod vide supra, in Piél) *exspectavit*, *speravit*...

צִפְיוֹן Mass. *Tsiphiión*, Vulg. *Sephion*, nomen propr. filii Gad, Gen. 46. v. 16. Etym. *purus*, *clarus*, *selectus*, *purus ac sincerus animo*, pec. *talis amicus*, à צפי *Tsaphiion* Arab. idem.

צַפִּיחִת f. unde cum præfix. וְטַעְמוֹ כְּצַפִּיחִת בִּדְבָשׁ, Exod. 16. v. 31. O. τὸ δὲ γεῦμα αὐτοῦ ὡς ἐγκρὶς ἐν μέλιτι. A. ἄμυλος ἐν ἐλαίῳ μελιχρείν. Σ. ὡς ἄμυλος ἐν μέλιτι. Lxx. & alii, *gustus autem ejus quasi* esset *opus pistorium & dulciarium è simila*, *quod in oleo coquitur*; *quodque melle* dulcatur. Aq. & alii, *placenta oleo*, sive *succo favi mellis* incocta. Sym. & alii, *placenta melle cocta.* Chald. כְּאַסְקְרִיטָן בִּדְבַשׁ, Alii, *quasi placenta ex simila*, *oleo*, *& melle.* Arab. בקטאיף בעסל, Quidam, *veluti*, *pastillorum*, sive secundùm *pastillos dulciarios ex polligine*, *oleo sesamino & melle*, (quasi *per filamenta compositos*,) exteris gentibus usitatos, non Arabibus. Gi. Ca. R. צָפַח Arabibus in IIa. Conjug. *latum fecit*, *in latum duxit expandiitve*..., unde צפיחת Arabibus, *ta-*

Digitized by Google

bula, *bractea*, *squama*... Et ab illatum similitudine, תַּ ח ob ב seq. in ח, quasi in regimine, mutato, vide Gram. Hebr. t. 1. p. 124. c. 1. Hebræis צְפִיחִת pro צַפִּיחִת (vel ex voce Arab.) *laganum*, *libum*, *placenta*, *pastillus*...

צְפִיעִים plur. m. unde constr. cum (ִי) pro (ִי) in penultima, צְפִיעֵי הַבָּקָר, Ezech. 4. v. 15. Ο. Α. Σ. Θ. βόλβιτα βοῶν... Lxx. Aq. (Sym. ex S. Hieronymo) Theod. & alii, *egesta* (*excrementa*, *stercora*, Vulg. *fimum*) *boum*... R. צפע Arab. Fut. I. *pepedit*, *stercus egessit*.

צָפִיר m. Lxx. τράγος, χίμαρος, χίμαῤῥος, Vulg. & alii, *hircus*, *caper*, *hircus*, aut *hædus hyeme natus*. Cum præf. הַצָּפִיר *&* *hircus*... Constr. הִנֵּה צְפִיר־הָעִזִּים, Dan. 8. v. 5. *&* *ecce hircus* (Alexander) *caprarum*, qui scil. gregem ante ire solet, cæteris & magnitudine & robore insignior, Maldonatus. Cum præfix. וּצְפִיר *&* *hircus*... Plur. constr. צְפִירֵי חַטָּאת, Esd. 8. v. 35. *hircos peccati*, i. peccato expiando destinatos, vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 482. c. 2. Cum præf. וּצְפִירֵי *&* *hirci*. R. צָפַר Syris, *impudicus*, *lascivus*... *fuit*, unde צפרא צפרי Syr. *impudicus*, *lascivus*... indèque *hircus*, sic dictus.

צְפִיר m. Chald. unde plur. const. cum præf. וּצְפִירֵי עִזִּין לְחַטָּאָה, Esd. 6. v. 17. Ο. χιμάρους (Alex. χιμάρους) αἰγῶν ὑπὲρ (Alex. περὶ) ἁμαρτίας... Vulg. & alii, *hircos caprarum pro peccato*.. Sunt aliis, *hirci caprarum*, *duces*... aliis, *filii caprarum*, i. e. *hirci lactentes*, *hædi*... R. צפר Arab. in IV. Conjug. *citrini*, *flavi coloris fuit*; *niger fuit*... unde Hebr. Chald. צָפִיר, Arab. צפירא *hircus*, à colore, cùm totius corporis, tum maximè oculorum, *bilioso*, scil. *citrino*, *cholerico*...

צְפִירָה f. Lxx. Incert. Sym. πλοκὴ, Aq. Theod. πλέγμα, Sym. κίδαρις... Alii, *nexus*, *complicatio*, *intorti crines*, *cincinni*, *cidaris*, *diadema*, per metonymiam adjuncti, *regnum*. Item, *manè*, *matutinum tempus*, *sententia*... *matutina*. Vulg. *contritio*... Cum præf. הַצְּפִירָה, Ezech. 7. v. 7. *venit*, inquam, *cidaris*, sive *regnum*, i. e. imperator Nabuchodonosor, vel *nexus*, *contextus & ordo* malorum omnium.... Vatabl. Drus. Lxx. τὸ πέρας *finis*, Aq. περιοχὴ *contemplatio*, *prospectio*... Sym. v. 10. περίοψις *aspectus*, *prospectus*... Alii, συμπλοκὴ *complicatio*, *connexio*, *contextus*... Cum (ְ) absque (ִי) in penultima, צְפִרַת *circuitus*, *ordo circularis pœna*, R. D. Qimhhi. Constr. cum præf. וְלִצְפִירַת תִּפְאָרָה, Isai. 28. v. 5. Ο. ὁ πλακεὶς τῆς δόξης, Lxx. *quæ compacta est gloriæ*, (*corona*,) Vulg. *& sertum exultationis*, Alii, *& pro serto*, *corolla*, *cidari*, *diademate*... *decoris*, *gloriæ*... R. צָפַר Hebræis, *maturavit*, *matutinavit*... Chaldæis, *circumdedit*... Æthiopibus, *nexuit* capillos, nodos... *dolum struxit*, *concinnavit*...

צְפִית f. unde cum præf. צָפֹה הַצָּפִית, Isai. 21. v. 5. Ο. (March. Ms.) σκόπευσον τὴν σκοπιάν. Vulg. *contemplare* (*speculare*) *in specula*... Alii, *speculando e specula*... R. צָפָה *speculatus*... *est*.

צָפַן QAL. Lxx. Aq. Sym. Theod. κρύπτω, Aq. Sym. ἀποκρύπτω, Lxx. Aq. Theod. ἐγκρύπτω, Lxx. κατακρύπτω, Aq. συγκρύπτω, Lxx. Sym. σκεπάζω, Lxx. φυλάττω, τηρέω, θησαυρίζω... Vulg. & alii, *abscondo*, *abdo*... *celo*, *obscuro*, *splendore*, seu *lumine antecello*... *abscondo in*... *dissimulo*... *occulto*... *tego*, *operio*... Hinc *custodio*, *servo*, *conservo*, *reservo*, *asservo*, *in thesauro repono*, *recondo*, *thesauros exstruo*... Lxx. item, ἀποβλέπω *respicio*, δίδωμι *do*, ἐκλείπω *deficio*, ἔχω *habeo*...

Praet. 3. p. f. m. צָפַן *abscondit*... 2. p. f. m. Pial. 30. Hebr. 31. v. 20. *quàm multum*, sive *multiplex bonum*, *quod* צָפַנְתָּ לִּירֵאֶיךָ *sepesuisti timentibus te*... pretiosissimum veluti thesaurum, peculiare... non omnium, sed solis piorum, oculis expositum... כִּי־לִבָּם צָפַנְתָּ מִּשָּׂכֶל, Job. 17. v. 4. Vulg. *cor eorum longè fecisti à disciplina*... Alii, quibus est ἀπεκάλυψε, *abscondisti intellectum à corde eorum*... מֵחֻקִּי צָפַנְתִּי אִמְרֵי־פִיו, Job. 23. v. 12. *ex statuto* (*more*) *meo servavi verba oris ejus*, Del. Lxx. Vulg. *& in sinu meo abscondi verba oris ejus*; legebant בְּחֵיקִי, vel absque (ִי)

in penultima, uti Proverb. 21. v. 14. בְּחֵקִי *in finu meo*, pro בְּחֻקִּי *ex statuto, instituto*...

Ben. f. m. צָפוּן, unde plur. m. cum affix. צֹפְנֶיהָ צָפַן־רוּחַ, Proverb. 27. v. 16. unusquisque *cohibentium eam*, (mulierem,) *cohibet ventum*, i. e. cohibere nititur, actus pro conatu, vide Gram. Heb. tom. 1. p. 521. can. VIII.

Paoul f. m. צָפוּן, Lxx. ἅγιος *sanctus* (Alii, *absconditus*) ἐπισκοπή *visitatio*, κατάσταθμος *concameratus*, Agg. 1. v. 4. ubi Trommius, legebat צְפוּנִים pro סְפוּנִים... Cum præf. וְצָפוּן *& reconditum*.... Cum præf. & affix. וּצְפוּנְךָ *& recondito tuo*, m. Fem. f. צְפוּנָה *reconditum est*... Plur. m. cum affix. צְפוּנֶיךָ *recondita tua*, m. Cum præfix. & aff. טָמוּן לִצְפוּנָיו, Job. 20. v. 26. ...αὐτὸν ὑπομείναι (*omnes autem tenebræ*) *ipsum maneant*, expectent, Alii, *abdita sunt in occultis ejus*, m.

Fut. 3. p. f. m. יִצְפֹּן *recondet*. Cum aff. יִצְפְּנֵנִי *recondet me*, c. 3. p. f. f. cum præf. & affix. וַתִּצְפְּנֵהוּ *& abscondit eum*, וַתִּצְפֹּנוּ *& abscondit quemque*, וַתִּצְפְּנֵם *abscondit eos*. 2. p. f. m. תִּצְפֹּן *recondes*. 3. p. plur. m. יִצְפֹּנוּ *abscondunt*. In pausa, quare hhólem primariæ vocis reductum loco שְׁוָא (:) ad penultimam, יִצְפֹּנוּ, Psal. 9. Hebr. 10. v. 8. *oculi ejus* Domini *pauperi attendunt, cavent* ... Lxx. Vulg. *respiciunt*.. 1. p. pl. c. cum ה parag. נִצְפְּנָה, Prov. 1. v. 11. *occultabimus nos insonti*, in insidiis scil.

NIPHAL נִצְפַּן, Lxx. λανθάνω, Aq. Theod. κρύπτομαι... Vulg. & alii, *lateo, in occulto sum, ipse me abscondo, occultor, tegor*...

Praet. 3. p. f. m. Jerem. 16. v. 17. *non est abscondita pravitas eorum*... 3. p. plur. c. Job. 15. v. 20. *& numerus annorum*, נִצְפְּנוּ לֶעָרִיץ, Vulg. *incertus est tyrannidis ejus*. Alii, *tyranno absconditi sunt*, Hebraismus, pro *absconditus est*. Ubi enim duo nomina junguntur diversorum numerorum, generumve, verbum ferè eum posteriori convenit numero, aut etiam genere, uti קֶשֶׁת גִּבֹּרִים חַתִּים, 1. Reg. 2. v. 4. *arcus fortium confracti sunt*, pro *confracta* (קֶשֶׁת fem. generis sæpiùs,) sive *confractus est*. Vide Gram. D. Thom. *du Four*, p. 221. Quo Hebraïsmo Galli etiam dicunt, *J'ay trouvé la moitié de mon pain mangé*, pro *mangée*...

HIPHIL הִצְפִּין, Lxx. κρύπτω, Vulg. & alii, *abscondo, abdo, occulto, tego, celo*...

Infin. cum affix. Exod. 2. v. 3. *quùm non posset ampliùs* הַצְּפִינוֹ *abscondere eum, sumpsit*...

Fut. 2. p. f. m. תַּצְפִּן (י) in penultima deficiente, cum affix. Job. 14. v. 13. *utinam in sepulchro* (Chald. *in domo sepulturæ*,) תַּצְפִּנֵנִי *occultares me*, aut *reponeres; dum*...

צְפַנְיָה Mass. *Tsphaniáh*, Vulg. *Sophonias*, nom. propr. 1°. Sacerdotis filii Maasiæ, Jerem. 21. v. 1. & 37. v. 3. ubi pro צְפַנְיָה, scribitur צְפַנְיָהוּ. 2°. Prophetæ filii Chusi filii Godoliæ, Soph. 1. v. 1. Etym. *lenticula Domini*, i. e. *magna*... à צפן Æthiop. *hydria, lenticula*... & יָהּ, sive יְהוָה contract. pro יְהוָה *Dominus*.

צָפְנַת פַּעְנֵחַ Mass. *Tsáphnáth-páánéahh*, Lxx. Ψονθομφανήχ (quod Vulg. interpretatur *Salvatorem mundi*,) nomen à Pharaone Josepho impositum, Gen. 41. v. 45. Etym. *futurorum vates*, aut *absconditorum interpres* ... à צָפְנַת, sive Ψονθόμ Ægypt. *futura, abscondita*, & פַּעְנֵחַ, seu φανήχ, vel φανήχ Ægypt. *vates*, vel *augur*... *aut is, qui futura & abscondita aperit*, Kircherus in pro domo Copto, sive Ægyptiaco, p. 126. Vide Synopsf. Criticor. Gram. Hebr. t. 1. pp. 447. & 448. R. igitur רֵאשׁ צָפְנַת, sive Ψονθόμ Copt. esse videtur Hebr. צָפַן *abscondit*.. ac רֵאשׁ פַּעְנֵחַ seu Copt. φανήχ, Heb. etiam פָּנָה vel פָּנָה, (alternando scil. ut fit, ח & ה, unde אֶחָ pro אֶה, אַחְיֵה.. *ah, heu*... Ezech. 6. v. 11. & 21. v. 15.) *respondit, responsum dedit, dixit, prædixit*... Ex usu Arabico, *rem evulgavit*.. Cum articulo videlicet Coptico, sive Ægyptiaco פ...

צֶפַע m. Lxx. ἔκγονα ἀσπίδων *genimina, fœtus aspidum*.... Vulg. & aliis, Latinis *regulus*, Græcis βασιλίσκος, Arabibus, מַלְכָּה *malcathon*, serpens: quòd coronatum habet caput. Avic. Est aliis, αἱμοῤῥοΐς *hæmor-*

Digitized by Google

rhoïs, serpentis pestiferi genus, cujus morsu sanguis omnis effluit è corpore, unde & nomen habet.... Calep. Aliis, *vipera*, Aliis per metathesin, *aspis*.. Isai. 14. v. 29. R צפע Arabibus, *circumvolvit* ... unde Arab. צופעה *tsauphaathon*, *cidaris*.. indeque Hebr. צפע *tsephaa*, *regulus*, à cidari scil. aut corona, quam gestat, sic dictus.. Bocharto verò à sibilo, quem *hoc nomen*, nempe צפע *tsephaa*, ipso sono videtur exprimere.

צפעוני m. Lxx. ἀσπὶς, κεραστὴς, ὁ κεράστης, Aq. βασιλίσκος... Vulg. & alii, *aspis*, *cerastes*, vel *cerastes* à cornibus sic dictus, *regulus*. Lxx. item, ἔκγονα ἀσπίδων *genimina aspidum*. Cum præf. וכצפעני *& sicut regulus*. Plur. נחשים צפעונים, Jerem. 8. v. 17. O. ὄφεις θανατοῦντας.... A. βασιλίσκους.... Lxx. *serpentes mortiferos*... eosque, *quibus non est incantatio*... Aq. Vulg. & alii, *regulos*... Aq. aliter, *speculatores*... R. aut etymon idem, ac vocis præced.

צפעות plur. f. unde cum præf. הצאצאים והצפעות, Isai. 22. v. 24. O. ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου... A... Σ... Lxx. paraphrasticos, *à parvo usque ad magnum*... Aq. Hebraicis vocibus retentis, SASAIM & SEPHOTH ... Sym. *nepotes atque commixtos*... Vulg. *vasorum diversa genera*... Alii, *filiorum & filiarum*.... *nepotum & neptium*... propriè, *egressorum & egressarum*, sive *oriundorum & oriundarum* ex ipso... R. צפע Arabibus, *egessit*.. propriè, *stercus*...

צפצף PIEL. Lxx. φωνέω, Lxx. Theod. τρυλίζω, Sym. ῥοίζω, Lxx. χειρολογέω ... Vulg. & alii, *vocem emitto*, vel *sonum edo*, *clamo*, *gemo*, *gannio*, propriè, *passeris in modum pipio*, *strideo*, *sibilo*, *latro*, *ululo*, *ejulo*, *mussito*, *obscurè*, *cum murmure*, aut *sine delectu*, *ineptè loquor*, *supervacanea dico*...

BEN. f. m. cum præf. ומצפצף פה ופצה, Isai. 10. v. 14. *vel qui aperiret rostrum, ac pipiret*, i. e. qui aperiret os, aut mussitaret... Plur. m. cum præf. המצפצפים, Isai. 8. v. 19. *mussitantes*, *garrientes*... O. τοὺς κατολογοῦντας...

FUT. 3. p. f. f. תצפצף אמרתך תצפצף, Isai. 29. v. 4. (ac si exiret) *de pulvere eloquium tuum mussitabit*, *pipiet*... Ita desinet leoninus vester rugitus; probris adeò cooperti eritis, ut non audeatis quasi è sublimi superbas ventosasque jactantias jacere Calv. 1. p. f. c. כסוס עגור כן אצפצף, Isai. 38. v. 14. *uti hirundo*, vel *grus* (non autem *grus* & *hirundo*, ut plerique, est enim סוס vel סיס, pro סיס, uti Jerem. 8. v. 7. *hirundo*, & עגור *grus*, vide utramque vocem suo loco,) *stridebam*, *gruebam*... Quidam sic τὸ כסוס עגור כן אצפצף, Isai. 38. v. 14. ubi Aq. & Theod. sic legebant, τὸ enim עגור per ἀγὼρ ambo reddidêre.. *equus veluti*, qui *citò prætereundo*, præ metu, hinnit; *hinniebam*... Est τὸ עגור Infinitivus, ex forma absoluta, Verbi עגר Arabibus, *citò præterivit* equus, ut præ metu... *caudam protensam naribus illisit* equus *in currendo*... Est portò τὸ אצפצף, geminatis duabus primis radicalibus, à צפף Chaldæis, *arctatus*, *pressus*, *compressus*... *est*.. *timuit*, *oravit*, *hæsitavit*...

צפצפה f. unde צפצפה שמו, Ezech. 17. v. 5. O. ἐπιβλεπόμενον ἔταξεν αὐτό. *spectandum posuit illud*. Vulg. *in superficie posuit illud*. Alii, præpositione subintellectâ, adverbialiter, *circumspectissime*, magna cum *circumspectione posuit illud*.. Quasi τὸ צפצפה à צפה *spectavit*... deduceretur. Alii, *in salicem* (vel *instar salicis*) *posuit illud*.. R. צפף Arab. *ordine*, *in seriem disposuit*.. geminatis primis radic. צפצף Arab. *solus profectus fuit per planitiem*. Ca. *salice ad vescendum usus est*. Gi. unde צפצאף Arab. צפצפא Chald. צפצפה Hebr. *salix*.

צפר QAL, unde 3. p. f. m. FUT. cum præfix. Judic. 7. v. 3. *qui formidolosus & timidus est revertatur*: ויצפר מהר הגלעד, Lxx. Vatic. καὶ ἐκχωρείτω (Ox. Ald. Complut. ἐξώρμησαν, Alex. ἐξώρμησαν) ἀπὸ ὄρους Γαλαάδ... Lxx. Vatic. & alii, *& recedat* (Ox. Ald. Complut. *erupêre*... Alex. *prorupit*..) *à monte Galaad*. Vulg. *recesseruntque de monte Galaad*. Alii, *& mane abeat*, *evadat*, *erumpat*, *avolet*.. *ultra montem Galaad*, (qui est trans Jordanem)... Pisc. Alii aliter. Hinc Gr. σπεύδω *accelero*, *festino*..

Digitized by Google

צֹפַר Maſſ. *Tſophár*, Vulg. *Sophar*, nomen propr. viri Naamathitæ, ſeu de *Naama* ... Job. 11. v. 1. Etym. *ſibilans*, à צָפַר, pro צָפַר, ob tertiam radicalem ר, vide Gram. Hebr. t. 1. p. 164. Benoni ſ. m. Verbi צָפַר Arabibus, *ſibilavit* ....

צִפּוֹר c. ſed f. ſæpiùs, Lxx. τὸ πετεινὸν, Lxx. Aq. ὄρνεον, Lxx. Incert. ὀρνίθιον, Lxx. Sym. στρουθίον .. Vulg. & alii, *volucris*, *avis*; collectivè, *volucres*, *aves* ... *avicula*, *paſſer* ... Lxx. item, χίμαῤῥος *hircus*; legebant צָפִיר. Cum (ו), וְכָל־הָעוֹף לְמִינֵהוּ כֹּל צִפּוֹר כָּל־כָּנָף, Gen. 7. v. 14. *& omnes volucres ſecundum ſpeciem ſuam, omnes aves omnis alæ*, grandis ſcil. & parvæ ... לְעֵיט צִפּוֹר כָּל־כָּנָף, Ezech. 39. v. 4. *volucribus rapacibus*, *inter aves, cujuſcunque alæ*, נוּדִי הַרְכֶם צִפּוֹר, Pſal. 10. Hebr. 11. v. 1. *volita per montem veſtrum avicula*. Cum præf. וְצִפּוֹר *& avis* ... הַצִּפּוֹר, הַצִּפֹּר *avis*, *aves* ... וּבַצִּפֹּר הַחַיָּה, Levit. 14. v. 52. *& per paſſerem*, aut *aviculam* .. (O. ἐν τῷ ὀρνιθίῳ) *viventem* ... כְּצִפּוֹר, בַּצִּפּוֹר *ſicut avis*, *avicula*, *paſſer* ... וּכְצִפּוֹר *& ſicut avis* ... לַצִּפּוֹר *avi* ... Plur. צִפֳּרִים *aves* ... Levit. 14. v. 4. ubi τὸ (ׅ) non in ſimplex (ְ), ſed in compoſitum (ֳ) ſub פ, licet non gutturali, mutatur, vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 97. c. 1. num. III. niſi τὸ (ֳ hhatoúph) adhæreat τὸ (ְ) in favorem rudiorum, vide Gram. Th. *Dufour*, p. 21. Cum præf. וְצִפֳּרִים *& aves* ... כַּצִּפֳּרִים *ſicut aves* ... וְכַצִּפֳּרִים *& ſicut aves* ... R. צָפַר *volavit*, *avolavit* ...

צִפַּר f. Chald. Lxx. ὄρνεον ... Vulg. & alii, *avis*, *avicula*, *volucris* ... Plur. cum præf. & (ְ) ex (ֳ) compoſito, loco ſimplicis ſub literâ פ τῷ daghéſch notandâ, unde compoſitio, vide Gram. Hebr. t. 1. p. 35. c. 1. כְּצִפְּרִין *ſicut avium* .... Emphat. cum præf. וְצִפְּרַיָּא *& volucres* ... Conſtruct. צִפְּרֵי שְׁמַיָּא, Dan. 4. vv. 9. 18. *aves cæli* ... R. צְפַר *maturavit*, *acceleravit* ... *volavit*, *avolavit* ... Arabibus, *ſibilavit*, *fiſtulavit*, *ſibilo ſono cecinit* ... avis, aquila .. Gi.

צְפַרְדֵּעַ c. Lxx. βάτραχος, Vulg. & alii, *rana*; collectivè, *rana* ... Cum præf. וְצְפַרְדֵּעַ *& ranas* ... הַצְפַרְדֵּעַ *rana* ... Plur. צְפַרְדְּעִים *ranæ* ... Cum præf. הַצְפַרְדְּעִים *ranæ* ... בַּצְפַרְדְּעִים *ranis* ... Rana *non dicitur* צפרדע *tſephardea*, *quod* matutinum *tempus noverit*, *ut hactenus creditum*, *ſed* à limoſis ripis, *in quibus degit*. *Nempe Arabicè*, צפה (pro צפפה) ripam, & רדע (pro רדאע) limum *ſonat*, *inde compoſitum* צפרדע, *pro quo* Arabes *olim* צפרדע, *deinde eliſo* re צפדע *dixerunt*. Sic hariolatur Bochartus lib. I. cap. IX. de nom. animal. p. 68. unde enim, amabo, ſcit Arabes *olim* dixiſſe צפרדע pro צפדע, cùm τὸ צפדע *rana* derivetur, à verbo צפדע *ranas continuit* aqua ... (Gi.) ? unde צפדע בבטנה *eſurivit*. Ca. ad verb. *ranas in ventre habuit* ... Etym. *clamat aquam perennem*. Hæc ſolito vocalior pluviam denunciat: unde illud Virg. 1. Georg.

Et veterem in limo ranæ cecinere querelam.

Calep. à צְפַר Chaldæis, *clamavit* ... Arab. *ſibiloſo ſono cecinit* ... & à רדע, *perennis aqua*, Qualis eſt fontis & putei. Ca.

צִפֹּרֶן m. Lxx. ὄνυξ, Vulg. & alii, *unguis*, *ungula*; metaphoricè, *ſtylus*, *ſcalprum* ... Cum præf. בְּצִפֹּרֶן שָׁמִיר, Jerem. 17. v. 1. *ungue* (acumine) *adamantino* .. Plur. cum affix. צִפָּרְנֶיהָ *ungues ſuos*, f. R. צְפַר Æthiopibus, *præſecuit ungues* ... unde Æthiop. צפר *tſiphra*, Hebr. Chald. adſcito ן in fine, צִפֹּרֶן *unguis manuum, pedum, ungula* ..

צְפַת Maſſ. *Tſphâth*, Vulg. *Sephaath*, nom. propr. urbis, quæ *poſtea dicta* eſt *Chorma*, *cujus rex à tribu Juda & Simeon devictus eſt* Jud. 1. v. 17. *& tribui Simeon attributa* ... Reland. Palæſt. p. 1059. Etym. *cura*, *ſolicitudo* ... à צפה, unde cum emphaſi, צפתא Syr. idem.

צֹפֶת f. unde cum præfix. וְהַצֹּפֶת אֲשֶׁר עַל־רֹאשָׁהּ, 2. Paral. 3. v. 15. O. καὶ τὰς κεφαλὰς αὐτῶν ... Vulg. *porrò capita earum*, columnarum ... Alii, *& coronamentum* (*capitellum*, *operimentum*, *tectorium* ...) *quod erat in capite in faſtigio*, *cujuſque* columnæ. R. צוף Arabibus in II^a. Conjug. *more Sophorum velavit*, *involvit* ſermonem ... unde צפאת *Tſápbath* Arabibus, *extrema pars* occipitis *ad verticem* ... & צפת Hebræis, *coronamentum*, *capitellum* ... Formæ ſcilicet נפת, à נוף *tractus*, רחת, à רוח *vannus* ... Vide Gram. Hebr. t. 1. p. 396. c. 1.

Digitized by Google

צִקְלַג Mass. *Tsiqlágh*, Vulg. *Siceleg*, nomen propr. urbis *Simeonitarum*, Jos. 19. v. 5. *Amalekitæ eam invaserunt* 1. Reg. 30. v. 1. *Eusebius scribit esse in Daroma, ad vocem* Σικελάγ. *Paruit illa urbs tempore Saulis regi Gath: quumque David ab eo peteret, daret sibi unam* ערי השדה *ex urbibus campestribus, dedit rex* Tziclag: *& ab eo tempore illa Judæis subjecta fuit*, 1. Reg. 27. v. 6. *Ibidem regio illa appellatur* שדה פלשתים *campestria Philistæorum*... Reland. Palæst. p. 1060. Etym. *politor*, sive *polio* armorum τῶς *Geth*, à צִיקַל Arab. *politor, polio, qui poliendo in nitorem redigit* arma, &c. Gi. & גַּת *Gáth*, seu *Géth*, urbs Philistæorum. Sic diceretur urbs illa צִקְלַג *tsiqlágh*, pro צִקְלַגַּת *tsiqlghátb*, ablato scil. per apocopen τοῦ ת, uti urbs quædam Isai. 16. v. 11. dicitur קִיר חֶרֶשׂ *qír bhárés*, pro קִיר־חֲרֶשֶׂת *qír-bharéseth*, v. 7.

צִקְלֹן m. unde cum præf. & aff. וְכַרְמֶל בְּצִקְלֹנוֹ, 4. Reg. 4. v. 42. O. καὶ παλάθας ἐν τῇ πήρᾳ αὐτοῦ.. *massas ficuum in pera sua*... Vulg. *& frumentum novum in pera sua*... Alii, *& frumentum recens ac pingue* (quale in monte, sive in valle Carmeli nascitur, Gall. *du Carmel*,) *cum gluma sua*, seu *tunicis suis*, m. Jonath. וּפֵירוּכָן בִּלְבוּשֵׁיהּ *& manipulos in vestimento suo*... Rad. צָקַל Arabibus, *percussit*... unde צִקְלֹן *gluma*, folliculus grani frumentarii sic dictus, quòd, culmis in area, baculo excussorio percussis, granum ex ipso excutitur. Hinc metaphoricè, *pera, vestis*...

צַר m. Lxx. Aq. Sym. Theod. στενός, Lxx. ἐχθρός, βίαιος, διάβολος, ὑπεναντίος, Aq. Incert. ἀντίζηλος, Theod. πολιορκητής, Sym. πολιορκία, Lxx. Aq. Sym. θλίψις, Lxx. ἀκίς.. Vulg. & alii, *angustus, arctus, infensus, infestus, inimicus, injurius, violentus, diabolus*, sive *calumniator, adversarius, hostis, zelotypus, æmulus, æmula, urbium obsessor*... *obsidio, compressio, afflictio, angustia, anxietas, cuspis, mucro, aculeus*.. Lxx. item, πρέσβυς *legatus*; Verbaliter, θλίβω *affligo*... כִּי־יָבוֹא כַנָּהָר צָר רוּחַ יְהוָה נֹסְסָה בוֹ *in eo nomine Domini*, Isai. 59. v. 19. *Veniet enim, ut fluvius angustus*, *Spiritus Domini superexundans* veluti *extra se*, vel *vexillum erigens in eo* nomine, de quo mox supra, Domini, ad Discipulos scil. populosve congregandos.. *Postquam ad Sion venerit Redemptor*... Cum præfix. הַצָּר *hostis*... בַּצָּר *in angustia*... מִצָּר *ab angustia*... Est hîc τὸ (ָ) loco τοῦ (ַ) ob pausam, ut videre est Psal. 31. Hebr. 32. v. 7. כַּצָּר *sicut hostis*... Cum affix. צָרִי *hostis meus*... Fem. f. צָרָה, Lxx. ἀντίζηλος, κακός, κακόν, ἀνάγκη, στενωσις, θλίψις, Aq. παλαιστρεία, Lxx. στεναγμός... Vulg. & alii, *angusta, angustum, arctum*... Hinc & substantivè sumitur, *æmula, mala* (dies) *malum, necessitas, coarctatio, compressio, angustia, afflictio, miseria, ærumna, labor, molestia, fatigatio, gemitus, suspirium*... Lxx. item, θήρα *venatio, præda*, unde & *viaticum*... Cum præf. וְצָרָה *& angustia*... הַצָּרָה *angustia*.. בְּצָרָה, בַּצָּרָה *in angustia*.. Cum ה paragog. ad αὔξησιν, unde τὸ ה femininæ terminationis in ת, mutatum, & accentus in penult. vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 50. & t. 2. p. 308. c. 1. Psal. 119. Hebr. 120. v. 1. *ad Dominum*, בַּצָּרָתָה לִּי *battsáráthallí*... *cùm* esset *maxima mihi angustia, clamavi*... וּבְצָרָה *& in angustia*... Proverb. 17. v. 17. *omni tempore diligit amicus*: וְאָח לְצָרָה יִוָּלֵד *ac frater adversis in rebus efficitur.* Dum sæpiùs inter fratres *meum ac tuum, frigidum illud verbum*, inquit S. Chrysost. *innumera gignit bella*.. מִצָּרָה *ex angustia*... Constr. τοῦ (ָ) penultimæ ubique remanente ob τὸ (ו) mediâ in ipsius radice quiescens, vide Gram. Hebr. t. 1. p. 87. c. 1. צָרַת *angustia*... Cum affix. adjectivè, צָרָתָהּ, 1. Reg. 1. v. 6. *æmula ejus*, f. ubi duæ uxores sunt uni viro vocantur צָרוֹת *æmulæ*, quia inimicitias exercent inter se... Substantivè, צָרָתִי *angustia mea*, c... צָרָתָם *angustiæ suæ, ipsorum*... צָרַתְכֶם *angustia vestra*, m. Cum præf. & affix. מִצָּרָתוֹ *ab angustia ipsius*, m. Plur. m. צָרִים *hostes*... Constr. remanente τοῦ (ָ), ut mox supra dictum, צָרֵי, Ezech. 30. v. 16. Lxx. Verbaliter, διαχυθήσεται... *diffundentur* aquæ... Alii, πολέμιοι... *infesti, hostes*... Cum affix. צָרָיו *hostes suos*,

Digitized by Google

ejus, m. Cum præf. & affix. בְּצָרָיו *in hostibus suis*, m. כְּצָרָיו *sicut hostes suos*, m. לְצָרָיו *hostibus suis*, m. מִצָּרָיו *ab hostibus suis*, *ejus*, m. צָרֶיהָ *hostes ejus*, f. צָרַיִךְ *hostes tui*, m. צָרֶיךָ, & in pausa, unde τὸ (-) in (·) mutatum, צָרֶיךָ *hostes tui*, f. לְצָרַיִךְ *hostibus tuis*, m. צָרַי, & in pausa, quare (·) loco τῦ (-) sub ר, צָרַי *hostes mei*, c. וְצָרַי & *hostes mei*, c. לְצָרַי *hostibus meis*, c. מִצָּרַי *ab hostibus meis*, c. צָרֵיהֶם, τοῦ (י) deficiente, צָרֵהֶם, cum affix. poëtic. מו, צָרֵימוֹ *hostium suorum*, *ipsorum*.. *hostes illorum*.. וְצָרֵיהֶם & *hostes eorum*.. צָרֵינוּ *hostes nostri*, c. לְצָרֵינוּ *hostibus nostris*, c. מִצָּרֵינוּ *ab hostibus nostris*, c. Plur. f. צָרוֹת *angustiæ*.. Cum præf. וְצָרוֹת & *angustiæ*.. הַצָּרוֹת *angustiæ*... בְּצָרוֹת *in angustiis*... מִצָּרוֹת *ab angustiis*... Cum affix. צָרוֹתָיו *angustiis ejus*, m. Cum affix. ם, unde caret τοῦ (י) indice plur. num. vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 83. צָרֹתָם *angustiis ipsorum*. Cum præf. & affix. τοῦ (ו) in penultima deficienti, וְצָרֹתֵיכֶם & *angustiis vestris*, m. מִצָּרֹתֵינוּ *ex angustiis nostris*, c. R. צרר *coarctavit*, *hostiliter egit*, *pressit*... סָגוּר חוֹתָם צָר, Job. 41. v. 6. O. σύνδεσμος δ' αὐτῷ, ὥσπερ σμυρίτης λίθος. & *colligatio ejus*, *sicut lapis smyrites*. Vulg. *compactum squamis se prementibus*, Alii, squamarum arctissimè interse compactarum quæque *clauditur signo* veluti *impresso*.

צַר m. Lxx. στενός, στενῶς, σκληρὸς, ἔνδεια, θλίψις, ἀνάγκη, πέτρα, κραταίωμα.. Vulg. & alii, *angustus*, *arctus*, *arctum*, (uti vox præced.) *durus*, adverbialiter, *anguste*; Substantivè, *colligatio*, sive *tribulatio*, *oppressio*, *compressio*, *angustia*, *anxietas*, *necessitas*... *petra*, *rupes*, *robur*... צַר־לִי עָלֶיךָ אָחִי, 2. Reg. 1. v. 26. O. ἀλγῶ ἐπὶ σοὶ ἀδελφέ μου... Vulg. *doleo super te*, *frater mi*... Alii, *angor*, *dolor mihi* verus *tuâ causâ*, vel *tuâ vice*, *frater mi*... וְהִנֵּה חֹשֶׁךְ צַר וָאוֹר חָשַׁךְ בַּעֲרִיפֶיהָ, Isai. 5. v. 30. & *ecce tenebræ*; *animi angor*, *cùm sol obscurabitur in destructionibus ipsius terræ*... Alii aliter, maximè, ne accentus *zaqéph qatón* munere non fungatur suo... vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 19, Confer Isai. 13. v. 10. & Matth. 24. v. 29. In pausa, quare τὸ (-) in (·) mutatum, צָר *angustia*... Cum præf. הַצָּר *angustia*... בַּצָּר, & extruso ה attic. בַּצָּר *in angustia*... Isai. 5. v. 28. *ungulæ equorum ejus* כַּצָּר, O. ὡς στερεὰ πέτρα... *quasi solida petra*... Vulg. & alii, *ut silex*, *petra*... R. צרר *arctavit*... *ligavit*... *hostiliter egit*, *pressit*...

צֵר Mass. *Tsér*, Vulg. *Ser*, nom. proprium urbis in Tribu Nephthali, Jos. 19. v. 35. *puto hujus urbis nomen excidisse ex Eusebii onomastico*, *ubi legitur Tyrum fuisse in Nephthalim*, *quam tamen ex* Jos. 19. v. 29. *liqueat fuisse in Ascher*, lege itaque illic hoc modo:

Σὸρ, Τύρος, φοινίκης μητρόπολις.
Σὴρ, κλήρου Νεφθαλείμ.
Sor, Tyrus, metropolis Phœnices.
Ser, sortis Nephthali.

Had. Reland. Palæst. p. 1059. Etym. *hostiliter agens*, à צָר Benoni s. m. Verbi צרר *hostiliter egit*... formæ τοῦ עֵר *vigilans*, ex עוּר *vigilavit*....

צֹר m. Lxx. Aq. Sym. πέτρα, Aq. πέτρος, Theod. ἀκρότομος... Lxx. ψῆφος, Sym. ψῆφος πετρίνη... Vulg. & alii, *petra*, *lapis*, *silex*, *saxum*, *rupes*... *rupes*, *adeò prærupta latera habens*, *ut ferro resecta esse videatur*... *lapillus* pretiosus, gemma... *scrupulus*, *calculus*, quo luditur, quo in computando utimur, quo suffragium fertur in comitiis, &c. *calculus* judicialis apud Lys. & Plut... Sym. *lapideus*.. Lxx. item, θήρα *venatio*, Os. 9. v. 15. ubi legebant צַיִד *venatio*, *esca*, *viaticum*... Exod. 4. v. 25. *tulit illicò Sephora* צֹר.. Vulg. & alii, *acutissimam petram*... Alii, *acutum gladium*, Alii, *cultrum*, sive *silicem acutum*... Eo usi sunt ob defectum ferri, sic in Hispana insula quia ferro carent, pro eo utuntur cote acuto: Hodie Judæi utuntur novaculis chalybeis, quarum capuli sunt lapidei: ante octavam diem mortuos, & abortivos masculos circumcidunt lapide fisili, & sepeliunt seorsim, propè januam cœmeterii. Castel. Lex. Cum præf. מִצֹּר *præ*, *de petra*, *rupe*... R. צרר *coarctavit*, *acuit*... Arabibus, *dissecuit*, *divisit*...

צֹר Mass.

Digitized by Google

צֹר Maſſ. *Tſór*, Vulg. *Tyrus*, nom. proprium urbis Phœnices. *Priſcum nomen huic urbi fuit* צר & צור, *quod Punicis literis in nummis quibuſdam Tyrorum notatum creditur. Id quidem* Σὸρ *ſcribit* Theodoretus in Ezech. 26. Τύρος Σὸρ τῇ ἐπιχωρίῳ ὀνομαζομένη φωνῇ. Tyrus linguâ incolarum Sor appellatur. *Hinc eſt Sarra, quod licet haud adeò vulgare ſit ac Tyrus, invenitur in ſcripturis veterum.* Gellius lib. XIV. 6. *hujus nominis meminit, uti antiquioris quam Tyri, ſcribens*, quibus urbibus regionibuſque vocabula jam mutata ſint, quod Bœotia ante appellata fuerit Aonia, quod Ægyptus Aëria, quod Creta eodem quoque nomine Aëria dicta eſt, quod Attice Ἀκτὴ, quod Corinthus Epyre, quod Macedonis Ἠμαθία, quod Theſſalia Αἱμονία, quod Tyrus Sarra, quod Thracia ante Sithon dicta ſit, quod Seſton Ποσειδώνιον. *Virgilium & Juvenalem voce Sarrani uſos pro Tyrio notiſſimum eſt. Ita etiam Silius Italicus, lib. XV.*

——— & Sarrano murice fulgens
Inferias mittam fuſis inſignis Iberis.

Paulo ante, libro eodem, Tyrium hunc muricem vocaverat.

——— non Tyrio vitiatas murice veſtes.

Inter illa, quæ plurima hanc urbem celebrem reddiderunt in ſcriptis veterum excellit vetuſtas originis & deductio coloniarum... Qui de Tyro aget ante omnia videtur tria debere diſtinguere ſecundùm ordinem temporum, Palætyrum, Tirum inſulam, & Tyrum ad nexam continenti. Palætyrus, quæ & Tyrus vetus Latinis dicitur, 30. ſtadia aberat à Tyro inſula, teſte Strabone, verſus auſtrum ... Had. Reland. Palæſt. pp. 1046. 1049. Etym. *coarctata*, ſive mari *undique cincta*, utpote בלב ימים *in corde maris*, ſita ... à צור *coarctavit*.

צָרַב QAL. (Gr. per metath. σμύχω *incendo, inflammo*...) Theod. καίω, Lxx. κατακαίω ... unde,

NIPHAL נִצְרַב, ex quo 3. p. plur. c. PRAET. cum præf. וְנִצְרְבוּ־בָהּ כָּל־פָּנִים מִנֶּגֶב צָפוֹנָה, Ezech. 20. v. 47. ὁ Ἑβραῖος, καὶ καυθήσεται πᾶν πρόσωπον ἐν αὐτοῖς ἕως τοῦ ἀπὸ Βοῤῥᾶ ἐρχομένου πυρός. Mſ. Reg. & Coiſlin. O. καὶ κατακαυθήσεται ἐν αὐτῇ πᾶν πρόσωπον ἀπὸ ἀπηλιώτου Σ. ἀπὸ μεσημβρίας, Mſ. Coiſlin. ἕως Βοῤῥᾶ. Hebræus Int. *& comburetur omnis facies in illis per ignem ab Aquilone venientem.* Lxx. *& ardebit in ea omnis facies à ſubſolano* (vento, vel ventis, Hiſpanis, *ven de briças*... Sym. *à meridie*) *uſque ad Aquilonem.* Vulg. *& comburetur in ea omnis facies ab Auſtro uſque ad Aquilonem.* Alii, *tum comburentur per eum*, ignem, *omnes facies*, (i. e. multæ, ſynecdoche generis ...) *ab Auſtro uſque ad Aquilonem.* Nempe à Jeroſolyma ad Chaldæam uſque *facies* comburi videbuntur pudore & ignominiâ ... Aut luridæ, aridæ & combuſtæ erunt præ fame, morbo, obſidione ... Tir. Vatabl. Sanct.

צָרֶבֶת f. Lxx. οὐλή, χαρακτήρ ... Vulg. & alii, *adustio* ulceris, i. e. cruſta illa, quæ ex pure induruit, Hebræi, *ſtigma*, ex apoſtemate, vel puſtulâ relictum, *cicatrix*, *ulcus ad ſanitatem perductum* ... *nota* relicta ... In pauſa, quare רֶ (ֶ) penultimæ in (ָ) mutatum, כְּאֵשׁ צָרָבֶת, Proverb. 16. v. 27. O. θησαυρίζει (ὀρύσσει) πῦρ. Θ. ὡς πῦρ καῖον. Lxx. ex uſu Arabico, *indit*, *condit*, Alex. *effodit*, *elicit*, *ignem.* Theod. & alii, *ut ignis adurens.* Vulg. abſque comparatione, *ignis ardeſcit.* Eſt Benóni ſ. f. ex forma ה præced. duplici (ֶ) à ſing. maſc. formæ Chald. צָרֵב, vide Gram. Heb. t. 1. p. 164. c. 1. & t. 2. p. 586. c. 2.

צְרֵדָה Maſſ. *Tſredháh*, Vulg. *Sareda*, nom. propr. patriæ regis Jeroboam, 3. Reg. 11. v. 26. hinc etiam fuit R. *Joſe*, doctor Miſnicus, qui Hebraicè dicitur אִישׁ צְרֵדָה, Cum ה parag. mutato feminino, ut fit, in ת, dicitur

צְרֵדָתָה Maſſ. *Tſredhâthah*; Vulg. *Saredatha*, 2. Paral. 4. v. 17. *eadem*, terra, *Tzartan dicitur* 3. Reg. 7. v. 46. Had. Reland. Palæſt. p. 1059. vide צָרְתָן *Sártán*, ſuo loco. Etym. terra *frigida*, *argilloſa* ... ab Arab. צרד *citò percepit* frigus ... ſagmati ſedes *ob frigus detrimentum ſenſit* ... unde מצראד terra *arboribus*, *lacte*, *cæteriſque carens.* Indeque צְרֵדָה, & cum ה paragog. צְרֵדָתָה terra

frigida, argilloſa ſcil.

צְרֻיָה f. vide ſupra צַר, col. 2077.

צְרוּיָה Maſſ. *Tſrouiah*, Vulg. *Sarvia*, nom. propr. filiæ Iſai, ſororis David, matris Abiſai, Joab... 1. Reg. 26. v. 6. 1. Paral. 2. v. 16. Etym. *terebinthus-Dei*, i. e. maxima, à צרוא Syr. *terebinthus*, & יָהּ *Dominus*, *Deus*.

צָרוּעַ m. Lxx. Sym. λεπρός ... Vulg. & alii, *leprâ infectus*, *maculatus*, *leproſus*. Lxx. item, Verbaliter, λεπράω *leproſus ſum*, אִישׁ־צָרוּעַ הוּא, Levit. 13. v. 44. *vir leproſus eſt*... Cum præf. הַצָּרוּעַ *leproſus*, וְהַצָּרוּעַ & *leproſus*. R. צָרַע *leproſus fuit*... unde Paoúl f. m. צָרוּעַ *leproſus*... unde & Pual צֹרַע, ex quo Paoúl f. m. מְצוֹרָע & מְצֹרָע, Lxx. Sym. λελεπρωμένος, Vulg. & alii, *leprâ infectus*, *leproſus*. Cum præf. וּמְצֹרָע & *leproſus*... הַמְּצוֹרָע & הַמְּצֹרָע *leproſus*... Fem. ex terminatione ת præced. duplici (-), pro duplici (-) ob tertiam radicalem guttur. ע, vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 164. c. 2. מְצֹרַעַת, τοῦ (-) penultimæ ob pauſam in (-) mutato, מְצֹרָעַת *leproſa*.... Plur. m. מְצֹרָעִים, & cum præf. הַמְּצֹרָעִים *leproſi*...

צְרוּעָה Maſſ. *Tſrouáh*, Vulg. *Serva*, nom. propr. matris Jeroboam ſervi Salomonis, 3. Reg. 11. v. 26. Etym. *leproſa*, à ſingul. maſc. צָרוּעַ *leproſus*.... quod vide mox ſupra.

צְרוֹר m. Lxx. Incert. βαλάντιον, Aq. τρωγός, Lxx. δεσμός, ἀπόδεσμος, ἔνδεσμος, λίθος, Aq. ψηφίον ... Vulg. & alii, *marſupium*, *crumena*, *loculus*, *fiſcellus* caſei ... *vinculum*, *nexus*, *faſciculus*, *linteum*, *faſcia*... *illigamen*, Dioſc. lib. 3. cap. 97. ἔνδεσμον vocat linteum, cui aliquid illigatum eſt... *nodulus* pharmacorum .. aromatum .. medicus purgativus, quo, pro *balano*, κλυστηρίζουσι utuntur... Gall. *nouët*... *lapis*, *lapillus*, *ſcrupus*, *calculus*... Lxx. item, σύντριμμα *contritio*... צְרוֹר־כַּסְפּוֹ בְּשַׂקּוֹ, Gen. 42. v. 35. *illigamen* (nodulus, Gal. *nouët*,) *argenti ſui in ſacco ſuo*, m. צְרוֹר נָקוּב, Ag. 1. v. 6. *crumena perforata*. עַד אֲשֶׁר־לֹא־נִמְצָא שָׁם גַּם־צְרוֹר, 2. Reg. 17. v. 13. Cocc. *donec ibi non fuerit inventum fruſtum* (Alii, *lapillus*...) non diſſipatum in pulveres. Cum præf.

1. Reg. 25. v. 29. *eſt enim anima Domini mei* צְרוּרָה בִּצְרוֹר הַחַיִּים *colligata in faſciculo viventium*... Plur. ex terminatione femin. צְרֹרוֹת *illigamina*, *noduli*... R. צָרַר *ligavit*, *colligavit*, (Arabibus, *nodavit* crumenam ...) *hoſtiliter egit*, *oppugnavit*, *arctavit*... unde צְרֹר vel צְרוֹר, *faſciculus*, *illigamen*, *nodulus*, *crumena* nodata, *lapis*, quo olim pugnabatur, oppugnabaturve, lege Jud. 9. v. 53... *lapillus*, qui in calceo arctat & moleſtat pedem...

צְרוֹר Maſſ. *Tſrór*, Vulg. *Seror*, nom. propr. filii Bechorath, 1. Reg. 9. v. 1. Etym. *lapis*... à צְרוֹר, mox ſupra, idem.

צָרַח QAL. Gr. per metath. κράζω, κρώζω, O. βοάω... Lat. *crocito*, Hiſpan. *graznar*, Germ. *ſchreyen*, Gall. *croaſſer*, *crier* ... Lxx. *boo*, Alii, *graviter*, *injucundeve clamo*...

Ben. ſ. m. מַר צֹרֵחַ שָׁם גִּבּוֹר, Soph. 1. v. 14. O. πικρὰ καὶ σκληρὰ τέτακται δυνατή... Lxx. *vox*... *amara*, *& dura poſita eſt fortis*; legebant שָׂם pro שָׁם, Vulg. *vox*... *amara*, *tribulabitur fortis*. Alii, *cujus Jovanæ* (Dominicæ) *diei vox eſt acerba*, *clamante ibi milite*. Bellum erit. Caſtalio... Quidam, *amarè vociferaturus*, *exclamaturus*... *tunc*, vel *fortis*...

HIPHIL הִצְרִיחַ, unde 3. p. ſ. m. Fut. יָרִיעַ אַף־יַצְרִיחַ עַל־אֹיְבָיו יִתְגַּבָּר, Iſai. 42. v. 13. O. καὶ βοήσεται ἐπὶ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ μετ' ἰσχύος. Lxx. prætermiſſo vel τοῦ יָרִיעַ, vel τοῦ יַצְרִיחַ, *& clamabit ſuper inimicos ſuos cum fortitudine*. Vulg. & alii, *vociferabitur & clamabit: ſuper inimicos ſuos confortabitur*. Alii ... *& jubilabit*... Alii, *barriet*... Alii, *barritum edet*... *contra inimicos ſuos potenter ſe geret*... Quidam, *extollet vocem ſuam*, *imò duriùs in inimicos ſuos inclamabit*, viribus, autoritateve ſummâ *valere ſeſe oſtendet* Chriſtus Dominus...

צֹרִי Maſſ. *Tſorî*, Vulg. *Tyrius*, nomen commune virorum ex Tyro oriundorum. Etym. *coarctatus*, ſive *cinctus* mari ſcil. à צָרַר *coarctavit*... vel *vox ſibilantis*, à צוריא Syr. *Tyrius*, *vox ſibilantis*.

צֳרִי, צְרִי m. Lxx. ῥητίνη, Vulg. & alii, *reſina*, Onkelos קְטַף Luth. *balſam*, Belg. *bal-*

Digitized by Google

ſem, Alii, *balſamum*, vel *aromatis quædam ſpecies excellens*...apud Rabbinos pro *balſamo* & *reſina* accipitur. Syr. צריא *terebinthus*, *nucleus pineus*... *nux myriſtica.* Arab. תריאק *teriaqon*, omne *antidotum*..) Alii, *theriaca*... Alii, *opobalſamum*... Ferrar. *goma*... Cum præf. הַצֳּרִי, & in pauſa, quare hhólem in penult. loco τῦ (ִ) vel (ְ) & (ִ) ſub τοῦ (י), quod ſcil. duo nomina conjungat, quorum poſterius eſt diſſyllabum penacutum, vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 385. c. 2. וָצֳרִי *&* *opobalſamum*, הַצֳּרִי *an opobalſamum*...? Rad. צָרָה Chaldæis, Syris, *ſcidit*, *excidit*... Arabibus τοῦ ה in (ו), ut fit, mutato, alternatoque צ & ץ, צרו, Fut. O. *ſanguine manavit* vulnus, vena... *fluxit*... unde nom. צרו *dſirvou*, *lacryma arboris Arab. quam* כמכמם *camcamum* vocant. Gi. & ipſa *arbor illa.* Mar. indeque Hebr. צֳרִי, alternando (י) & (ו), fortè deductum...

צְרִי Maſſ. *Tſri*, Vulg. *Sori*, nomen propr. unius è filiis Idithun, 1. Paral. 25. v. 3. Etym. *balſamum*, à צֳרִי mox ſupra, idem.

צְרִיחַ m. Lxx. ὀχύρωμα... Vulg. & alii, *arx*, *propugnaculum*, *præſidium*, *turris munita*... אֶל־צְרִיחַ בֵּית אֵל בְּרִית, Jud. 9. v. 46. O. εἰς συνέλευσιν Βαιθηλβερίθ. Ἄλλος, τὸ ὀχύρωμα οἴκου Βεθηλβερίθ. Lxx. *in conventum Bethelberit.* Alius, *munimentum domûs Bethelbereith.* Vulg. *fanum dei ſui Berith.* Alii, *ad arcem Bethel Berith*, Alii, *in turrim domûs* (*fani*) *dei Berith*, Alii, *in propugnaculum*, *in ædem Berith*, Targ. Jon. *ad arcem Bethel ad ineundum fœdus.* Syr. *ad ineundum in Bethel fœdus.* Arab. *ſimul convenerunt in Bethil, ut ibi conjurarent conſpirarentque.* Cum præf. הַצְּרִיחַ *propugnaculum*... Plur. cum præf. abſque (י) τῦ (ִ) comite in penult. 1. Reg. 13. v. 6. *& occultaverunt ſe* ...וּבַצְּרִחִים וּבַבֹּרוֹת... O. καὶ ἐν τοῖς βόθροις, καὶ ἐν τοῖς λάκκοις. Lxx. & alii, *in foveis*, *& in ciſternis.* Vulg. & alii, *& in antris*, *& in ciſternis.* Alii, *in turribus*... Alii, *in locis excelſis*, vel *præruptis*... Alii, *in ſpeluncis ſaxi*, vel *petræ*... Alii, *in foraminibus*... Alii, *in puteis*... R. צָרַח *clamavit* unde צְרִיחַ *turris munita*, ſic dicta, inquit

Buxtorfius, vel Qimhhi, quòd ſpeculator inde exclamat; ſic diceretur & *fovea*, *antrum*, *luſtrum*... unde

Tigrides indomitæ raucant, rugiuntque leones.

R. igitur צרח Arab. *apertus*, *clarus*...*fuit.* unde צרח *tſárhhon*, *arx*, *palatium*, & omnis *excelſior ſtructura.* Gi.

צָרִיךְ m. apud Rabbinos *indigus*, *opus*, *neceſſe exiſtens*, *aut habens*... Vide צֹרֶךְ.

צֹרִים Maſſ. *Tſorím*, Vulg. *Tyrii*, vide ſupra צֹרִי, col. 2084.

צֹרֶךְ m. unde cum affix. mutato τοῦ hhólem in (ׇ hhatoúph), & in pauſa, כָּל־צָרְכֶּךָ, 2. Paral. 2. v. 15. O. κατὰ πᾶσαν τὴν χρείαν σου, Lxx. & alii, *ſecundùm*, vel *ad*, *neceſſitatem tuam*... prout opus fuerit tibi... Vulg. *quæ neceſſaria habueris*... R. צרך *dſarocha*, Arab. *noxam paſſus fuit*; *infelix*, *pauper*, *indigus*...*fuit.*

צָרַע QAL, unde PUAL צֹרַע, ex quo PAOUL ſ. m. מְצֹרָע *leprâ affectus*...vide ſupra צָרוּעַ, col. 2083.

צִרְעָה feminini generis, ſive ἐπίκοινον *epicœni*, quo animalium, volucrum, inſectorum uterque genus comprehenditur, vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 52. c. 1. Lxx. σφηκία, Vulg. & alii, *veſpa*, *crabro*, *fucus* ...vel collectivè, *veſpæ*, *crabrones*, *fuci* ...*examen veſparum*... Cum præf. וְשָׁלַחְתִּי אֶת־הַצִּרְעָה לְפָנֶיךָ וְגֵרְשָׁה אֶת־הַחִוִּי, Exod. 23. v. 28. *mittam veſpas*, aut *fucos*, vel *crabrones*... *ante te, qui expellant Hevæum*... Arab. Aben-Eſr. *& mittam plagam*... *lepram*... R. עֲצַר Chald. *preſſit*... unde per metatheſin צרעה *tſira*, pro עצרה *itſra*, *commune nomen* veſpæ & crabroni... veſpa autem ſic dicta, *quia mirè preſſa & conſtricta habet ilia*... *ſic crabronis nomen* ...Bochart. lib. 1. cap. 1x. de animal. p. 70. Quem ſequuntur plerique... Quidam abſque metatheſi nomen commodiùs deducunt à צָרַע Arabibus, Fut. A. *proſtravit*... in II. Conjug. *vicit*... in III. *proſternere ſtuduit*, *colluctatus fuit*... in VII. *proſtratus*, *conſternatus fuit*... unde Arab. צרעה *tſoraathon*, *proſtrator*, *qui ſæpe proſternit*, G. *qui proſternitur*; *qui à cupiditatibus*

Digitized by Google

abripitur; quem ira abripit... Hinc & צִרְעָה Hebr. *veſpa*, aſper *crabro*, Virg. 4. Georg. *irritare crabrones*, τὰς σφηκίας ἐρεθίζειν, id dictum eſt à Plaut. in Amph. in mulierum ingenium: quibus ſi iratis repugnes, magis provoces, neque ſine malo diſcedas... *fucus, qui colluctatur, conflictaturve* cum apibus, ſive à fœtis *expellitur*...

צָרְעָה Maſſ. *Tſoráh*, Vulg. *Sarea, Sara, Saraa*, nomen propr. urbis Tribûs Judæ in planitie, Joſ. 15. v. 33. *non longe ab Eſtaol*, Jud. 13. v. 25. & 16. v. 31. *Danitis attributa*, Joſ. 19. v. 41. Eſt *vicus in finibus Eleutheropolis verſus Septentrionem*, pergentibus Nicopolin in *decimo miliario. Euſebius ad vocem* Σαραά. *Sic ibi legitur male pro* Σαραά. *Meminit etiam Hieronymus ad vocem* Sarea, *locatque juxta Eſtaol, & Euſebius ad vocem* Σαρὰν. Had. Reland. Palæſt. pp. 1060. & 1061. Etym. *proſtrator, qui ſæpe proſternit*, ab Arab. צרעה *Tſoraathon*, G. idem.

צָרְעִי Maſſ. *Tſori*, Vulg. *Sarai, Saraïtes*, nomen commune virorum ex *Sara*, ſive *Saraa* oriundorum... 1. Paral. 2. vv. 53. 54. Etym. idem ac vocis præced.

צָרַעַת f. Lxx. Incert. λέπρα, Vulg. & alii, *lepra*... In pauſa, quare τὸ (-) penult. in (·) mutatur, צָרָעַת *lepra*...Cum præfix. וְצָרַעַת *& lepra*... הַצָּרַעַת, & in pauſa, הַצָּרָעַת *lepra*... וְהַצָּרַעַת *& lepra*... וּלְצָרַעַת *& lepræ*... Cum præf. & affix. מִצָּרַעְתּוֹ *à lepra ejus*, m. R. צָרַע *leprâ affectus, leproſus fuit*.

צָרְעָתִי Maſſ. *Tſorathí*, Vulg. *Sarathi*, i. *Sarathæi*, pro *Sarathæorum*, 1. Paral. 4. v. 2. nomen commune virorum oriundorum ex urbe *Sara*, ſeu *Saraa*, quam vide mox ſupra cum ſuo etymo.

צרף QAL, per metatheſin ac aphæreſin, Gr. Lxx. Aq. Sym. Theod. πυρόω, Lxx. δοκιμάζω, πυρράζω, κατασκευάζω, Lxx. Incert. χωνεύω, Lxx. ἀργυροκοπέω... Vulg. & alii, *igni probo, purgo, defæco*, metalla propriè: Metaphoricè, *examino, exploro, experior, tento, periculum facio, demonſtro... conflo, argenteos nummos*, metaphoricè, *verba*, aut *orationem, cudo*...

Praet. 3. p. ſ. m. לַשָּׁוְא צָרַף צָרוֹף וְרָעִים לֹא נִתָּקוּ, Jerem. 6. v. 29. adeóque *fruſtrà conflavit conflando*, i. *ſtudioſiſſimè*, conflator ſcil. qui ex verbo ſubintelligitur, (Lxx. & Vulg. pro צָרוֹף, legerunt צוֹרֵף...) *nam mali non ſunt avulſi, extracti*... Scoriæ non ſunt ſeparatæ... 3. p. ſ. f. cum affix. אִמְרַת יְהוָה צְרָפָתְהוּ, Pſal. 104. Hebr. 105. v. 19. ubi (·) ſub פ loco τοῦ (-) ob pauſam, (*quum venit tempus verbo ejus* prophetico *opportunum*, præfinitum, confer Gen. 37. vv. 7. 9.) *ſermo Domini inflammavit eum*... *miſit rex qui ſolveret eum*... 2. p. ſ. m. cum affix. בָּחַנְתָּ לִבִּי פָּקַדְתָּ לַּיְלָה צְרַפְתַּנִי בַל־תִּמְצָא, Pſal. 16. Hebr. 17. v. 3. *exploraſti cor meum, viſitaſti nocte*, (ubi ſolent cogitationes eſſe diſſolutiores. Confer Pſalm. 16. 7. Cocc.) *conflaſti me* igni tentationum, ſive afflictionum... *non inveniſti* ſcoriam... צְרַפְתָּנוּ *conflâſti nos*... c. 1. p. ſ. m. cum affix. הִנֵּה צְרַפְתִּיךָ וְלֹא בְכָסֶף, Iſai. 48. v. 10. O. ἰδοὺ πέπρακά σε, οὐχ ἕνεκα ἀργυρίου· *ecce vendidi*, vel *conflavi te, non argenti* inveniendi *ergo*.... Cum præf. & affix. וּצְרַפְתִּים *& conflabo eos*...

Ben. ſ. m. צֹרֵף, צוֹרֵף, Lxx. Incert. χωνευτής, Lxx. πυρώτης, Lxx. Theod. χρυσοχόος, Lxx. ἀργυροκόπος, χαλκεύς... Vulg. & alii, *conflator, faber aurarius, argentarius, ærarius... qui igni excoquit, purgat... qui argenteos nummos cudit*, vel *argentum ſignat... qui ex ære*, aut *ex ferro... fabricat*... Lxx. item, χρυσίον *aurum*... Cum præf. וְצֹרֵף *& aurifaber*... Cum præf. & (י) ex Arabiſmo, ad genitivum ſcil. exprimendum, vel parag. vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 164. c. 1. בֶּן־הַצֹּרְפִי, Nehem. 3. v. 31. Melchias *filius Aurificis*... ſic Vulg. & alii, Alii... *filius Aurifabri*, cognomine ſic dicti.... O. τοῦ Σαρεφί *Sarephí*, Syr. בר צפניא *bar Tſphaniôn, filius Tſphaniæ*... וַיֵּצֵא לַצֹּרֵף כֶּלִי, Prov. 25. v. 4. O. καὶ καθαρισθήσεται καθαρὸν ἅπαν (... הָגוֹ *amovendo ſcorias ab argento*,) *tunc totum purum fiet.* Vel ... *& omne purum purgabitur.* Vulg... *& egredietur vas puriſſimum.* Alii... *prodiit aurifabri vas.* De Infinitivo formæ abſolutæ הָגוֹ, vide Gram. Hebr. t. 1. p. 286. c. 1. הָגוֹ צוֹרְפִים לַצּוֹרֵף *aurifabro*... Cum affix.

Digitized by Google

ובחנתים, Jerem. 9. v. 7. *ecce conflo, proboque eos... Quomodo enim...* Plur. צורפים *aurifices*... Cum præf. הצרפים, Nehem. 3. v. 32. *aurifices*... Ii, qui cognomine dicuntur *aurifices*... Vatabl. Quidam existimant nomina hæc aliquarum familiarum propria fuisse; qualia ab artibus, aut quæstu sæpe familiæ adipiscuntur. Wolp.

Paoul f. m. כסף צרוף, Psal. 11. Hebr. 12. v. 7. *argentum fusum*, probatum... f. f. אמרת יהוה צרופה, 2. Reg. 22. v. 31. *dictum Domini conflatum*, probatæ puritatis, Cocc. Sym. *δόκιμον*.

Infin. formæ absolutæ, צרוף *conflando*... Cum præf. ו (ו) in (ּ hhatoúph) ob maqqaph mutato, כצרף־ *quasi conflares argentum*.... לצרוף בהם, Dan. 11. v. 35. (*vel de eruditis deficient;*) *inter conflandum ex eis*, aut Vulgus *per eos*...

Imper. 2. p. f. m. cum ה parag. unde ו (ו) mutatur in (ּ hhatoúph) inter quod & ר (ּ) primæ radic. fit transpositio, vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 166. c. 1. צרפה, vel remanente ו (ו) in penult. צרופה, Psal. 25. Hebr. 26. v. 2. *conflato... probato*...

Fut. 1. p. f. c. cum præf. ואצרף *& expurgabo*.... Cum præf. & affix. ואצרפנו, Jud. 7. v. 4. *& probabo eum* populum ibi coram te...

NIPHAL נצרף, unde 3. p. plur. m. Fut. cum præf. ויצרפו רבים, Dan. 12. v. 10. O. *καὶ πυρωθῶσι, καὶ ἁγιασθῶσι πολλοί... & igni purgabuntur, sanctificabunturque multi*... Vulg. *& quasi ignis (igni) probabuntur multi*... Alii, *seseque igni probabunt*...

PIEL צרף, unde Ben. f. m. וישב מצרף, Malach. 3. v. 3. O. *καθιεῖται χωνεύων*.... Vulg. & alii, *sedebit*, non perfunctoriè, sed ex professo, *conflans*... ut aurifex, cùm metalla expurgat. Drus. O. v. 2. *χωνευτηρίου fornacis, in qua metalla conflantur;* legebant מצרף *fornax*, *vasve fusorium*...

צורף m. vide Benóni של צרף, mox supra.

צרף Mass. *Tsoréph*, nomen arboris, Isai. 41. v. 7. Est Arabibus צרף, vel צרף, alternando, ut fit, צ & צ, *Tsáreph*, sive *Dsáreph*, *ficus arbor*, *arbor montana magnitudine foliisque referens arborem* אתהשב Athsab *dictam*, Cedri speciem... *ficus albas ac rotundas*, insipidas, ferens... Gi. Syris, תתא פכיהתא, Græcis *Συκόμωρος*, Latinis *Sycomorus*, sive *ficus fatua*, aut *insipida*, vel *ficus*, sicut & vox, *Ægyptiaca*, unde per metathesin, aut apocopen, Gr. *συκῆς*... Quæ vox, nempe, צרף sic accepta Isai. 41. v. 7. non versûs hujusce solius, sed & prædicti & præcedentis capitis totius clavis esse videtur. Ex locis hinc inde collectis, collatisque nonnullis ex Novo Testamento parallelis, judicabis. 1°. *Suscitatus*, sive *vocatus* Christus *à Deo ab Aquilone*, seu *ab Aquilonari plaga*, nimirùm, à Galilæa, i. e. à Nazareth, *venit prædicans nomen* Patris, Isai. 41. v. 25. 2°. Adveniens *jubet Sionem, Evangelizatricem cum* τῇ *Jerusalem constitutam, ascendere super montem excelsum; exaltare in fortitudine, exaltare*, inquit, vocem suam, *nec timere;* (adeò timendum erat in Judæa Scripturarum ignora, aut stultè studiosa, religiosave, Deum hominem prædicare.) *Sed dicere civitatibus Juda: Ecce Deus vester, ecce Dominus Jehováh in FORTI venit*... Isai. 40. v. 9. 3°. Suam, Patrisve doctrinam annuntiaturus, demonstratâ priùs deorum inanitate cùm ex *Præteriti*, tum ex *Futuri* ignoratione, utrunque sibi præsens, & *Præteritum* videlicet & *Futurum*, magnum Numinis argumentum, *Primus Sioni ac Jerosolymis... annuntiat*, seu *revelat*, Isai. 41. v. 27. confer & versus præcedentes. 4°. Sistendus judicio suos hisce verbis provocat judices: Quis vestrum *justitiam oriri*, ortamque *ante pedes præcedere jubet?* Quis vestrum *sibi sistit gentes? reges deponit?* Vulg. *obtinebit*, O. *ἐκστήσει*... Quis vestrum *similem pulveri reddit gladium* cujusque eorum? *Arcumque propulsam veluti stipulam?* Quis vestrum reges *persequitur, pacificè*, seu *impunè progrediens, iter nec pedibus*, nec motibus *faciens?* Confer Joan. 8. v. 59. *Quis* vestrum, inquam, *operatus est*,

Digitized by Google

aut fecit istac...? Ego Dominus Jehovâh, omnium *primus, qui ad novissima*, Messiæ scilicet, tempora, *ego ipse* adsum... Isai. 41. vv. 1. 2. 3. 4. 5°. Præsentem, quem volunt videre Joan. 12. v. 21. *vident insulæ*, i. insulares, puta, advenæ Romani, Judæi quoque & proselyti, Cretes & Arabes... Confer Act. 2. vv. 5. 10. 11. *vident*, inquam, *insulæ, pavent, stupent, qui ab extremis* terris *venerant, populi*, præ magnitudine videlicet, multitudineve miraculorum... Isai. 41. v. 5. 6°. A Principibus Sacerdotum & Senioribus populi commoti, missique cum gladiis & fustibus, confer Matth. 26. v. 55. *veniunt, dimicaturi veluti accedunt, sese cohortantur, socium quisque suum, dicuntque* לְאָחִיו *fratri (discipulo) ipsius*, חֲזָק *comprehende*... Isai. 41. vv. 5. 6. 7°. Captus igitur, traditusve à אָחִיו *fratre*, sive *discipulo suo*, ἐν σταυρῷ *in cruce*, uti serpens (*in palo*) in deserto, ita à terra exaltandus Filius hominis, ut omnia trahat ad seipsum... Conf. Joan. 3. v. 14. rogat cui, ὁ Θεὸς ὤν, sit ipse assimilandus? An לַפָּסֶל *idolo*? An quærendus artifex prudens, à quo sic σταυρῷ aptetur, affligaturve ne moveatur? Confer Isai. 40. vv. 18. 19. 20. ubi quidem idololatras ridet propheta; sed

———*ridentem dicere verum quid vetat?*

Ludit idolum σταυρῷ *palo* stabiliendum; sed alludit ad Christum σταυρῷ *cruci* affligendum. Imò, notes velim quòd prophetæ, maximè Isaias, clariùs de adventu Christi non loquantur, quin veri Numinis διακριτικοῖς argumentis, collato scil. vero cum falso, auditorum, lectorumve mentes, præparent, ne scilicet verus *Dei Filius* sub forma *Filii hominis* adveniens, sive *habitu inventus ut homo*, Philip. 2. v. 7. habeatur Jovis veluti filius, pro Mercurio videlicet, aut alio, susceptus.... 8°. Erectis, quos verbo everterat, militibus, lupis veluti gregem dispergentibus, ὁ Ποιμὴν ὁ καλός, *bonus pastor*, animam suam pro ovibus daturus, eam à seipso positurus, unusque pro populo, ne tota gens periret, moriturus ex sententia, prophetiave Caiphæ Pontificis *anni illius*, Joan. 11. v. 51. mortis *eligit* genus abominabile, imò תּוֹעֵבָה, Isai. 41. v. 24. *abominationem* ipsam, i. *Judæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam*, 1. Corinth. 1. v. 23. nempe, σταυρὸν *crucem*... וַיְחַזֵּק חָרָשׁ אֶת־צֹרֵף מַחֲלִיק פַּטִּישׁ אֶת־הוֹלֶם פָּעַם אֹמֵר לַדֶּבֶק טוֹב הוּא וַיְחַזְּקֵהוּ בְמַסְמְרִים לֹא יִמּוֹט, Isai. 41. v. 7. *Sumit igitur faber lignarius* τὸν *Tsáreph*, sive *Dsáreph*, i. Sycomorum, seu ficum Ægyptiacam, *decorticans malleo*, vel *lævigans dolabra*, (A.) *fragmentum* ligni *conveniens*, (B.) ἐπὶ τῇ *angulo*, vel τῶν *angulis*, (C.) i.e. lignum crucis transversum, *dicens: adhæsioni*, sive *adhæsuro, affligendove* homini, *hoc est idoneum. Firmabitur enim ille clavis; non movebitur*... Obscuriùs ne hîc de missione, de prædicatione, de divinitate, de humanitate, de passione, de Cruce Christi, ipsius Propheta, S. Hieronymo Apostolus, Evangelista... loquitur; quàm loqui jubetur cap. 6. vv. 9. 10. 11.? Confer Isai. cap. 41. v. 8. & seqq. maxime 14. 15. ubi Christus Ecclesiam alloquens hisce verbis confirmat: אַל־תִּירְאִי תּוֹלַעַת יַעֲקֹב מְתֵי יִשְׂרָאֵל, Isai. 41. v. 14. *ne formides vermis Jacob*, i. parva ac vermis veluti conterenda congregatio *virorum, mulierum, parvulorum ...ex Israël*... הִנֵּה שַׂמְתִּיךְ לְמוֹרַג חָרוּץ חָדָשׁ, Isai. 41. v. 15. *ecce posui te*, generis feminini, i. Ecclesiam meam, *in traham tribulæ novæ*.... Decebat ut SAPIENTIA stultitiæ τῆς [illegible] pœnas persolutura τὸν צרף, sive fatuam ficûs speciem ad crucem eligeret, *ut*, quemadmodum canit Ecclesia, *unde mors oriebatur; inde vita resurgeret: & qui in ligno vincebat; in ligno quoque vinceretur*... Fructus enim vetitus Orientalibus ficus fuit. Ea scilicet, quæ incisa ostendit crucem, quâ videlicet *lignum tunc notavit*, Christus, sive Verbum, *damna ligni ut solveret*... Cujus arbor ea emittit folia, quæ hominem totum, imò, plures involverent homines, Teste oculato, Sapientissimo

Digitized by Google

ac eruditissimo Domino Ascari, à Regiis manuscriptis Orientalibus... Merito igitur ficus illa, sive arbor illa, in medio quondam Paradisi sita, nunc nomen gestat Adami, quem tunc & pavit & texit...

NOTÆ

A. פַּטִּישׁ *malleus*, sive *dolabra*, seu *dolatoria*, Græcis ἀξίνη, vel ἀξινή Hesychio & σφῦρα, & ἀξίνη, i. & *malleus*, & *ascia*, *dolabra*, vel *securis*. Hispanis *Açuela*, Gallis *Arminette*.

B. חָלָם *fragmentum* ligni *conveniens*, à חָלַם *contudit*, *conquassavit*, *fregit*... Chaldæis idem; item, *congruit*, *convenit*, *quadravit*... unde חוֹלְמָה *conveniens*, *quadrans*...

C. פַּעַם cum (ָ) ob pausam, *angulus*, unde sing. fem. inusit. פַּעֲמָה, ex quo plur. cum affix. פַּעֲמֹתָיו, 3. Reg. 7. v. 30. *angulis ejus*, m. Chaldæis, זָוְיָתֵיהּ *angulis ejus*, m. absque affixo Syris זויתא, Arabibus זואיא *anguli*... Vide supra פעם, col. 1885.

צָרְפַת Masf. Σάρεφθα, Vulg. *Sarepta*, nom. propr. urbis, Abd. v. 20. *quasi in medio inter Tyrum & Sidonem sita*, 3. Reg. 17. v. 9. Leusd. Etym. *fusio* vitri Bocharto, Aliis, *conflatio* metallorum, à צָרַף *conflavit*, *incendit*. Rabbini *Galliam* צָרְפַת *Tsárphâth*, ac per apocopen veluti ac metathesin... פרצ *Phratsa*, *Franciam*, *Gallumque* צָרְפָתִי *Tsárphathí*, i. e. *conflatorem* metallorum, seu tormentorum bellicorum... vocavêre, à tempore scil. Ludovici Magni, quo Orientales, concussâ tormentis bellicis, totâ ipsorum terra contremente, timore perculsi tonitrua Gallicana primùm audiêre.... Vel *Gallum* Rabbini צָרְפָתִי *Tsárphathí*, h. e. urbium *incensorem*, jam inde ab ipso videlicet sacræ Crucis militiæ tempore, appellavêre... Vel denique ita nuncupavêre à frequentiori metallorum conflatione...

צָרַר QAL. Lxx. δεσμεύω, Sym. δέω, Lxx. ἐνδέω, Aq. Theod. ἐνδεσμέω, Lxx. ἀποδέω, ἀποδεσμεύω, συνέχω, μισέω, ἐχθραίνω, πολεμέω, θλίβω, καταπατέω, συστρέφω.... Vulg. & alii, *ligo*, *colligo*, *vincio*, *in vincula*, seu *in carcerem conjicio*, *illigo*, *astringo*, *implico*, *irretio*, *involvo*, *religo*, *præligo*, *prohibeo*, *contineo*, *comprimo*, *constringo*, *coarcto*, *constrictum teneo*... *odio habeo*, *prosequor*, *inimicus sum*, *inimicitias gero*, *simultatem exerceo*, *hostiliter ago*, *bellum gero*, *expugno*, *oppugno*, *repugno*, *vexo*, (*premo*, ut calceus à Philostrato dicitur θλίβειν pedem,) *affligo*, *afflicto*, *conculco*, *proculco*, *contemptui habeo*, *opprimo*, *contorqueo*, *convolvo in fascem*, *collectum contorqueo*...

PRAET. 3. p. s. m. ex forma perfectorum, צָרַר רוּחַ אוֹתָהּ בִּכְנָפֶיהָ, Hos. 4. v. 19. *ligavit eam* (*vaccam petulcam*, i. e. populum Israël,) *ventus*, diabolus, in *alis suis*... מִי צָרַר־מַיִם בַּשִּׂמְלָה, Prov. 30. v. 4. *quis colligavit aquas*, maris, *quasi in vestimento?* 3. p. plur. c. cum præf. וְצָרְרוּ & *angustabunt*... Cum affix. צְרָרוּנִי *angustarunt me*, c.

BEN. s. m. Lxx. ἀντιδικῶν, ἐχθρός, διάβολος... Vulg. & alii, *adversarius*, *infensus*, *infestus*, *inimicus*, *hostis*... *calumniator*, *diabolus*... צֹרֵר־מַיִם בְּעָבָיו, Job. 26. v. 8. *qui aquas constringit in nubes suas*... צֹרֵר הַיְּהוּדִים, Esth. 3. v. 10. *oppressuro Judæos*, Syr. בעלדבבא *hosti*, ad verb. *marito*, sive *domino*, vel *auctori invidiæ*, *Judæorum*. Cum præf. הַצֹּרֵר *angustantem*... Cum affix. וָאֲחַלְּצָה צוֹרְרִי רֵיקָם, Psal. 7. v. 5. *imò erui eum*, *qui me angebat immeritò*. Pisc. Plur. masc. כִּי צֹרְרִים הֵם לָכֶם, Num. 25. v. 18. *erant enim vobis infesti in machinis suis*, *quibus*... Constr. צֹרְרֵי *angentes*... Cum præf. וְצֹרְרֵי & *hostes*... Cum affix. צוֹרְרָיו *hostes suos*... m. צֹרְרֶיךָ *hostes tui*... m. צֹרְרַי, & in pausa, quare τὸ (ֵ) in (ַ) mutatum, צוֹרְרַי *hostes mei*... c.

PAOUL s. m. צָרוּר, Hos. 13. v. 12. *colligata* iniquitas... Fem. s. צְרוּרָה *colligata*... Plur. f. τὸ (ו) in (ֻ) ad euphoniam correpto, צְרֻרֹת *ligata*...

INFIN. formæ absolutæ, צָרוֹר *oppugnando*... vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 217. c. 2. est aliis Imperat. vide eand. Gram. p. 166. c. 1. vide & infra Imperat. Cum præfix.

Digitized by Google

בִּצְרוֹר אֶבֶן בְּמַרְגֵּמָה, Proverb. 26. v. 8. *qui mittit lapidem in acervum Mercurii... Hieronymus alludit ad acervos lapidum, quos Gentiles olim Mercurio, viarum duci, in triviis haud procul ab ejus statuis accumulabant, ut in honorem Dei istius vias ab offendiculis expurgarent*, &c. Tirin. Eruditè certè. At commodiùs O. ὃς ἀποδεσμεύει λίθον ἐν σφενδόνῃ, ὅμοιός ἐστι τῷ διδόντι ἄφρονι δόξαν. *qui alligat lapidem in funda, similis est ei, qui dat stulto gloriam.* Stultè uterque agit... לִצְרֹר, Levit. 18. v. 18. (*& uxorem ad sororem ejus*, i. e. *mulierem* unam *ad alteram ne assimito*, Polygamia hîc prohibetur, Ethnicis improbata, Phocylides,

> Μηδὲ γάμῳ γάμον ἄλλον ἄγῃς, ἐπὶ πήματι πῆμα.

...Sed multis Patribus Divinâ dispensatione permissa... Vide Synops.) Vulg. *in pellicatum*... O. ἀντίζηλον... Lxx. *æmulam*, sive *pellicem*... Alii, *ad lacessendum*, Arab. *ut sit ipsius rivalis*...

Imper. 2. p. s. m. defectivè, צוֹר תְּעוּדָה חֲתוֹם תּוֹרָה בְּלִמֻּדָי, Isai. 8. v. 16. *liga, complica, testimonium, obsigna, consigna... legem*, seu *doctrinam per discipulos meos prædicandam*... Christus ad ipsius prophetam... Ex forma perfectorum cum (ּ) sub prima radic. loco τῶ (ּ), vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 166. c. 1. צָרוֹר אֶת־הַמִּדְיָנִים, Num. 25. v. 17. *affligite hostiliter, vexate Madianitas*... Est τὸ צָרוֹר, per metathesin vel contractè pro צררו, 2. p. plur. m. Sic enim Samar. [Samaritan] *premite*... O. ἐχθραίνετε... *pro inimicis*, sive *hostibus habete*... Ita זָכוֹר, Exod. 13. v. 3. *memento*... pro זכרו, Vulg. *mementote*... unde Samarit. [Samaritan] *recordamini*... O. μνημονεύετε... *memoramini*... Targ. הווּ דָכִירִין *memores estote*... Vel τὸ צָרוֹר est Infinitivus formæ absolutæ sæpiùs usitatæ in Verbi conduplicatione, ac Verbum proinde vel conduplicatum, vel conduplicandum indicantis, uti hîc (צְרוּ) צָרוֹר *oppugnando*, (*oppugnate*...)

Pual צֹרַר, unde Paoul plur. m. cum præf. וּמְצֹרָרִים, Jos. 9. v. 4. O. ἀποδεδεμένους... Alii, (*&*) *alligatos, colligatos*... præ ruptura scil. Vulg. *atque consutos*...

צְרוֹרוֹת plur. ex terminatione fem. vide supra צְרוֹר, col. præced.

צֶרֶת Masc. *Tséreth*, Vulg. *Sereth*, nomen proprium filii Assur ex Halaa, 1. Paral. 4. v. 7. Etym. *satureia, origanum*... à צרת, & cum א emphat. צרתא Syr. idem.

צֶרֶת הַשָּׁחַר Masc. *Tséreth-haschschábhar*, Vulg. *Sarathasar*, nomen propr. urbis Tribûs Ruben, Jos. 13. v. 19. Etym. *angustia decursûs aquæ*, à צָרַת *angustia*, (formæ נֶפֶת, רֶחֶת...) R. צָר *angustavit*... & שחר Arab. *decursus aquæ*...

צָרְתָן Masc. *Tsarthán*, Vulg. *Sarthan*, nom. propr. urbis, aut loci *non longe à Jordane*, Jos. 3. v. 16. 3. Reg. 7. v. 46. *inter Succoth & Tzartan fusæ sunt columnæ Salomonicæ.* Had. Reland. Palæst. p. 1058. Eadem צרדתה *Tsredháthah*, Vulg. *Saredatha*, dicitur 2. Paral. 4. v. 17. unde τὸ צָרְתָן, (vel cum ה paragog. צָרְתָנָה) idem etymon, eandemque radicem cum τῷ צְרֵדָתָה habere videtur, amisso videlicet per syncopen τῷ (דָ).

צָרְתָנָה Masc. *Tsarthánah*, Vulg. *Sarthana*, nom. propr. urbis vel loci, *prope Iizreel & Bethschean*, 3. Reg. 4. v. 12. idem videtur ac præcedens. Had. Reland. Palæst. p. 1058.

קא

קֵא m. unde cum affix. Proverb. 26. v. 11. *ut canis* שָׁב עַל־קֵאוֹ, O. ὥσπερ κύων ὅταν ἐπέλθῃ ἐπὶ τὸν ἑαυτοῦ ἔμετον *quum irruat*, sive *irruens in ipsius vomitum*.... Vulg. & alii, *qui revertitur ad vomitum suum*... oblitus scil. recentis molestiæ, nec metuens ejusdem renovationem. Piscat. Rad. קָא *vomuit, fastidivit*... vel potiùs קִיא Arabibus.

Digitized by Google

bus, *vomuit*, terra aquam *manavit*, quasi *vomuit*...

קאת, קָאַת f. Lxx. ὄρνεον, καταῤῥάκτης, πελεκᾶν, χαμαιλέων... Vulg. & alii, *avis*, *ales*, *volucris*, *catarractes*, i. e. *avis rapax*, Aliis, *diomedea*, Græcis Ἡ'ρῳδιὸς, Vulg. & aliis, *mergulus*, maritimus, aquilarum species... *pelicanus*, sive *pelecanus*, picus martius, παρὰ τὸ πελεκᾶν τὰ ξύλα... *leo pumilus*, animal, quod subinde colorem mutat: unde Proverb. Chamæleonte mutabilior. Scap. Vulg. & alii, *onocrotalus*, avis cygno similis, sic dicta, quòd collum in aqua mergens, spiransque, asini veluti ruditum edat, ἀπὸ τῶν, nempe, ὄνῳ *asinus* & κρόταλον *crepitaculum*... Alii, *onocentaurus*... *ardea*, seu *ardeola*, ἐρωδιός, quasi ἑλωδιός, παρὰ τὸ ἐν ἕλεσι διατρίβειν... Suid. Aristot... Gal. *heron*... ἶβις *ibis*, avis serpentes devorans, ob id Ægyptiis culta... Traditur autem *ibis* clysteris usum prima commonstrasse, quod consuetudinem habeat se purgandi, rostri aduncitate eam perluens partem, qua ciborum onera redduntur. Calep. Cum præfix. הַקָּאַת *pelecanus*, in Buxtorf. Concord. *platea*... הקאת *& pelicanus*, *platea*.... Constr. cum præfix. דָמִיתִי לִקְאַת מִדְבָּר, Psal. 101. Hebr. 102. v. 7. *similis factus sum pelecano*, al. *anseri*, al. *cygno*... *deserti*... Hebræum קאת kaath, *tam Arabes*, *quàm* Talmudici *nos docuère idem esse*, *quod* קוק kuk; & kuk *avem esse aquaticam*, *& longo collo. Sed cum hoc non sufficiat*, *quia multa sunt aves aquaticæ & longo collo*, Græci & Hieronymus pelicanum *nobis designant*: *quam versionem ut verissimam amplector libens. Nam eò nos ducit origo vocis*, *quæ palàm orta est à Verbo* קאה kaah, *id est*, vomere. Aristoteles historiæ lib. 9. cap. 10. οἱ δὲ πελεκᾶνες, οἱ ἐν τοῖς ποταμοῖς γινόμενοι, καταπίνουσι τὰς μεγάλας κόγχας καὶ λείας· ὅταν δὲ ἐν τῷ πρὸ τῆς κοιλίας τόπῳ πέψωσιν, ἐξεμοῦσιν, ἵνα χασκουσῶν τὰ κρέα ἐξαιροῦντες ἐσθίωσι. *pelicani fluviatiles magnas levesque conchas deglutiunt*, *& in stomacho coctas evomunt*; *ut ex biantibus carnes ablatas comedant*. Bochart. lib. II. de animal. cap. XXIV. partis post. At 1°. qua in lingua Verbum קאה usitatum? 2°. Quonam, amabo, pactò per vocem קאת *Kaath*, *Græci & Hieronymus* pelicanum *nobis designant*, qui nihil hacce voce certum sibi designant? Quippe cùm τὸ קאת *kaath* & Græcis modò καταῤῥάκτης, modò χαμαιλέων, modò ὄρνεον τι *avis nescio quæ* videatur; & S. Hieronymo nunc *onocrotalus*, nunc *mergulus*, nunc *pelicanus*... unde quidam sic vertunt τὸ νυκτικόραξ, nempe, דָמִיתִי לִקְאַת מִדְבָּר *similis factus sum feli deserti*, sive *cato ululanti*, à קַטָּא, seu קַטָּא Chald. *noctua*; *catus ululans*, Gall. *chat qui huë*, ou *chat-huant*, ainsi nommé, parce que cet oiseau a une tête de chat, & prend les souris comme un chat, & crie fort haut la nuit; ce qu'on appelloit autrefois, *huër*. Menag. Avis deserti aut solitudinis amans, quod τὸ מדבר designatur. Vel ab Arab. קטט, alternando scil. ת & ט, *qàtton*, sive *qutton*, *felis mas*, catus, Gi. unde Gr. κάττα *catta*, Evagr. lib. 6. cap. 24. Germ. *ein katz*, Angl. *à cat*, Gall. *chat*, provinciæ quædam, vulgus certè, *cat*, Ital. *gatto*, Hisp. *gato*. R. קַטַּט Arabibus, *secuit* rem *perlatum*, seu *transversum*, uti catus soricem... Aut קטא Samaritanis, *succidit*... Syris, *circumivit*, *ambivit*... unde & Syr. קטא *qatô*, *felis*... Vel denique est קטא *qàtan*, Arab. *avis columbæ similis magnitudine & formâ*; *quæ gregatim volat & è longinquo aquam petere novit*, *vocem kata*, *kata edens*: unde illi nomen. Duæ species sunt: una כדרי, altera גני dicta. Illa *colore fusco*, *dorsum ventremque variegata albo & nigro*, *cervice flava*, *brevi cauda est*: ארגני *ferè duplo major*, *interiora alarum & pennas remiges nigrantes habet*, *dorsum fuscum cum flavedinis* mixturâ. Unde adagium, ליס קטא מתל קטו kothijion. *Non sunt magni similes parvis*. Gi. Meid.

קב, קַב m. unde cum præf. הַקַּב, 4. Reg. 6. v. 25. O. τοῦ κάβου, Vulg. & alii, *cabi*, Gall. *d'un demiseptier*; *& d'un posson* $\frac{1}{4}$. Est τὸ קב *qâbh*, Gr. κάβος, Lat. *cabus*, Gall. *cabas de figues*, Belg. *kab*... mensura arido-

Digitized by Google

rum, sexta pars τῦ seâ, sive sati; pars decima (quod lege in Gram. Hebr. t. 2. p. 527. c. 1.) octava τῦ Epha; proindeque capiebat pollices cubicos 79. & 406177/704969 poll. cub... R. קבב II. Conjug. Chaldæis, Arabibus.. *concamerato opere struxit... opus opere rotundo elaboravit*... domus, &c. *rotunda fuit, effecta est.* Av. l. 18.6. unde קַב *cabus*... mensura aridorum, ex opere ut plurimum rotundo, sic dicta...

קָבַב QAL. Lxx. ἀράομαι, Lxx. Aq. καταράομαι, Lxx. ἐπικαταράομαι... Vulg. & alii, *maledico, imprecor, execror, diris devoveo*...

Præt. 3. p. s. m. cum affix. ה loco τῦ (ו), ex Arabismo, vide Gram. Hebr. t. 1. p. 339. c. 1. Num. 23. v. 8. *quâ* imprecatione *maledicam?* לֹא קַבֹּה אֵל *non maledixit Deus?* vel *quonam pacto maledicam, cui non maledixit Deus?* Aut *quorsùm maledicam, non maledicente Deo?* 2. p. s. m. cum præf. & affix. וְקַבֹּתוֹ *& execreris eum*...

Infin. קֹב *execrando*... Cum præfixo ל, τῷ (-) ante Infinit. monosyllabum afficiendo, vide Gram. Hebr. t. 1. p. 217. c. 1. לָקֹב *ad execrandum*...

Imper. 2. p. s. m. ex forma (-) cum ה parag. & (·) sub ק, loco τῦ (-) & dagheśch per æquivalentiæ legem, vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 217. c. 1. קָבָה־לִּי אֹתוֹ *qábbahlí othó*, Num. 22. v. 11. *maledic ei ante*, vel *propter me*... Cum præf. & affix. ex eadem forma (-) eodemque, quo mox supra, modo in (·) mutato, cum נ Arabibus paragog. levi, quod Futuro frequentiùs, Imperativo interdum, accidit, cùm rem futuram quodammodo petit, ut fit interrogando, imperando, vel optando, & cùm præcedit juramentum, quod נ parag. accedente affixo, vel discedit, vel remanet... vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 217. c. 1. ac synops. instit. Arabic. Alting. p. 52. num. 3. וְקָבְנוֹ *& maledic ei*... m.

Fut. 2. p. s. m. cum affix. ex forma (-), &c. ut supra, vel potiùs à Verbo נָקַב, quod vide supra, col. 1373. תִּקָּבֶנּוּ *maledicito ei*... m.

קֵבָה f. unde cum præf. Deut. 18. v. 3. *dabit populus Sacerdoti, nempe, armum & maxillas* (totum scil. caput) וְהַקֵּבָה, O. τὸ ἔνυστρον, Vulg. & alii, *& ventriculum*; est porrò τό Hebr. קבה *marsupium in pecoris intestinis, in quo lactentis lac collectum coagulatur*... Aristot. hist. lib. 2. cap. 17. animalia, quæ ruminant, quatuor ventriculos habere asserit, quorum primum ad os stomachi vocat τὴν κοιλίαν τὴν μεγάλην, *magnum ventrem*; secundum κεκρύφαλον *reticulum*, à figura retiformi; tertium ab asperitate ἐχῖνον· quartum denique ἤνυστρον. *Et lib. tert.* De partibus animalium *capite decimo quarto docet bos quatuor ventriculos supplere vicem dentium, quæ illis ab una parte desunt. Neque enim sunt ἀμφόδοντα... Est ἤνυστρον ab ἀνύω*, perfecit, & absolvit: *quia cibi digestio, in prioribus ventriculis solùm affecta, in isto planè perficitur, & consummatur... inde vocatur ἤνυστρον, quasi* perfectorium, *ultimus ille ventriculus. Sed* קבה, *in quo agni, vel hœdi, vel lepusculi lactentis lac coagulari solet, sitne primus, aut ultimus, aut unus è mediis ventriculis planè nescimus*, Bochart. lib. II. cap. XLV. col. 505... à קבה *qíbbathon*, vel *qíbathon*, id, quod חפת *hháphithßon*, Arab. *echinus*, ἐχῖνος, (ventriculus ab asperitate sic dictus, vide mox supra...) seu *ilia pelliculata* ovis. Gi. R. קבב Arabibus, *extenuatus fuit* uterus... *mugivit*... unde קבי *qabbíion*, Arab. *qui jejunat donec concidant ilia.* Gi.

קֻבָּה f. unde cum præf. הַקֻּבָּה, Num. 25. v. 8. O. τὴν κάμινον... Σ. τὸ πνεῖον, al. πορνεῖον... A. τὸ τέγος... Lxx. *caminum*... Sym. *fornacem*, vel *balneum*, sive *fornicem*... Aq. *tectum*... Vulg. & alii, *lupanar*... à Arab. קבה *qúbbathon, fornix, concameratum opus, testudo*... R. קבב Arabibus, *concamerato opere struxit*.... unde Hebr. קֻבָּה *fornix*.... ex quo Lat. *fornicari*...

קֳבָתָהּ ex קֻבָּה, f. unde, ut creditur, cum affix. mutato τῷ (ו) in (-), vel potiùs in simplex (- hhatoúph) cui, ipsius veluti index, τό (·) adjungitur, rudiorum gratiâ, vide Gram. Hebr. t. 1. pp. 35. c. 1.

Digitized by Google

& 41. c. 1. קֳבָתָהּ, Num. 25. v. 8. O. τῆς μήτρας αὐτῆς. Lxx. & alii, *vulvam ejus*; à קבתא Chald. *stomachus, vulva*.... R. קָבַב Arabibus Fut. O. i. q. קָבַץ, Fut. I. *strinxit alvum*... Av. l. 126. 9. item, *contraxit*... unde קֵבָה, & cum emphasi קבתא Chald. *stomachus*.... à contractione sic dictus. Hincque Hebr. קֹבָה, formæ גֹּדֶל *sors*, idem; masc. scil. pro quo temerè ponitur קֻבָּה, f.

קִבּוּצִים plur. m. unde cum affix. קִבּוּצַיִךְ, Isai. 57. v. 13. O. ἐξελέσθωσάν σε ἐν τῇ θλίψει σου. Lxx. *eruant te in tribulatione tua*... Vulg. & alii, *eripiant, liberent te congregati tui*... *turma tua*, vel alienorum, ℣. 9. quibus confisus es; vel idolorum, Isai. 65. v. 11. vide Deut. 32. vv. 37. 38. Vers. Ang. R. קָבַץ *congregavit*, de re dispersa dicitur, ut אָסַף de non dispersa, manu, pede, &c. unde קִבּוּץ, m. Chald. *congregatio, collectio*...

קְבוּרָה f. Lxx. Incert. ταφή, Lxx. τάφος, μνῆμα, μνημεῖον... Vulg. & alii, *sepultura, funus, exequiæ, tumulus, sepulchrum* (mortuorum scil. sive moriturorum) *monimentum*.... וְגַם־קְבוּרָה לֹא הָיְתָה לּוֹ, Eccles. 6. v. 3. (ubi ultimæ duæ voces ob daghésch forte, euphonicum לְ infixum conjunctim leguntur, *báithabllô*, vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 29. c. 2.) *nec etiam sepultura fuerit illi*... Tantæ erat calamitatis, non modò apud Gentiles, sed & apud Israëlitas sepulturâ carere. Cum præfix. הַקְּבוּרָה *sepultura*... בִּקְבוּרָה *in sepultura*.... Constr. קְבֻרַת *sepultura, sepulchrum*... (ו) in (ֻ) ad euphoniam correpto, הִוא מַצֶּבֶת קְבֻרַת־רָחֵל עַד־הַיּוֹם, Gen. 35. v. 20. *hic titulus* (*hæc statua, erectio, columna*, O. στήλη...) *sepulchri Rachel* perseverat *ad hanc usque diem*. Cum affix. (ו) in (ֻ) mutato, קְבֻרָתוֹ, קְבֻרָתָהּ, *sepulchrum ejus*, m. —f. Cum præf. & affix. בִּקְבֻרָתוֹ *in sepulchro suo*, m. בִּקְבֻרָתָם *in sepulchro eorum*... Rad. קָבַר *sepelivit*...

קבל QAL, Chald. קַבֵּל, Gr. per metath. βλαχέομαι, Lat. per aphæres. *balo, clamo*... *capulo, decapulo*, Æthiop. (לבק *cabala*) *evacuo*... Hinc Hisp. *cabal m. lo, que cabe à cada uno. Portio, quæ cuique contingit*, vel *quam singuli accipiunt*... Gal. *Gabelle*...

PIEL קִבֵּל, Lxx. per aphæres. & metathes. λαμβάνω... δέχομαι, Sym. ἐνδέχομαι, Lxx. προσδέχομαι, ὑποδέχομαι, ἀναλέγομαι... Vulg. & alii, *sumo* (Lat. per apoc. *capio, accipio, recipio, suscipio*...) *sustineo, lego*, sive *eligo, adnoto, colligo*... Ex usu Chald. *trado*... Gall. per aphæres. *je baille*...

PRÆT. 3. p. s. m. וְלֹא קִבֵּל, Esth. 4. v. 4. O. ὁ δὲ οὐκ ἐπείσθη *ille autem non obtemperavit; qui non accepit*, recipere renuit. Cum præf. וְקִבֵּל הַיְּהוּדִים, Esth. 9. v. 23. *&* *suscepit Judæi*, i. e. unusquisque ipsorum ... Vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 550. 3. p. plur. c. cum præfix. וְקִבְּלוּ, & mutato (ִ) in (ֵ) ad euphoniam, vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 163. c. 1. וְקִבֵּל, Esth. 9. v. 27. ubi Massorethæ legendum docent וקבלו cum ו parag.... *& exceperunt* (annotârunt) *receperunt*...

IMPER. 2. p. s. m. (ִ) ob maqqáph in (ַ) correpto, קַבֶּל־ *accipe*... Cum præf. וְקַבֵּל מוּסָר, Proverb. 19. v. 20. (*audi consilium*;) *& accipe disciplinam*.

FUT. 3. p. s. m. cum præf. & affix. וַיְקַבְּלֵם *& suscepit eos*... 3. p. plur. m. cum præf. וַיְקַבְּלוּ *& receperunt*... 1. p. plur. c. נְקַבֵּל *accipiemus*...

HIPHIL הִקְבִּיל, unde BEN. plur. f. מַקְבִּילֹת הַלֻּלָאֹת אִשָּׁה אֶל־אֲחֹתָהּ, Exod. 26. v. 5. τοῦ Σαμαρειτικοῦ, ἀλληλοδεχόμεναι συμβολαὶ μία πρὸς μίαν ἀντιπροσώπως, κατὰ τὸ προσέχειν ἀλλήλαις. O. κατὰ τὴν συμβολὴν τῶν ἀντιλαβῶν, ἀντιπρόσωποι ἀντιπίπτουσαι ἀλλήλαις εἰς ἑκάστην. Samar. *excipientes commissuræ, unam ad alteram, è regione, secundùm ipsam adhæsionem aliarum aliis*. Lxx. (...*ex parte aulæi*) *ad commissuram secundi, faciem contra faciem concurrentes ad invicem ad unamquamque*. Vulg. *ita insertas, ut ansa contra ansam veniat, & altera alteri possit aptari*. Alii, *excipientes, occurrentes, laqueolos* (*ligulas, loramenta*...) *unam alteri*, respondentes...

קֳבֵל m. nomen, vel adverbium, aut præpositio, Lxx. ἀπέναντι... Vulg. & alii, *ex*

Digitized by Google

adverso, è regione, coram, palam, adversus ... Constr. remanente ־ (-) in penultima, quod sit pro (-) & daghésch, vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 88. hholémque in (- hhatoúph) correpto, וַיַּכֻּהוּ קָבָל־עָם, 4. Reg. 15. v. 10. O. *καὶ ἐπάταξαν αὐτὸν Κεβλαὰμ*... Lxx. *& percusserunt eum Keblaám* ... Alii, *& percussit eum coram populo.* Syr. לוּקְבָל *ad occursum populi*.... Cum affix. Ezech. 26. v. 9. infixo ־ ל dagheśch forti, quod post (-) nunquam imprimitur, ibi igitur pingitur qaméts hhatoúph cum schevá, ut hhatéph qaméts hhatoúph, rudiorum gratiâ, vide Gram. Hebr. t. 1. p. 41. c. 1. וּמְחִי קָבָלּוֹ יִתֵּן בְּחוֹמוֹתָיִךְ, Vulg. *& vineas & arietes temperabit in muros tuos*... Alii, *& belepolin* (*arietem*, machinam bellicam ad evertendos muros...) *admovebit muris tuis*... Alii, *& ictum ex directo dabit*, &c. Quidam, *& ictum occursûs sui*... Arieti comparat Nabuchodonosorem... R. קָבַל Syris, *sese opposuit, obvius fuit, occurrit*... Hebræis in Piél, קִבֵּל, Chaldæisve in Paél, קַבֵּל, *accepit*... unde קַבָּלָה *Qabbaláh*, sive *Kabbaláh*, aut *Cabbaláh*, *doctrina* à majoribus (aiunt Cabbalistæ) tradita & accepta, mysticè & ænigmaticè proposita, de rebus divinis, angelicis, cælestibus, metaphysicis ... miris symbolis & arcanis docendi modis involuta... Quæ duplex, עִיּוּנִית Theoretica, & מַעֲשִׂית Pratica; cujus nemo capax sine חֲלֵב טוֹב.. Lex. Heptaglott. Vide Gram. Hebr. tom. 2. p. 389.

קְבַל PEAL, Chald. unde PAEL קַבֵּל, Lxx. *λαμβάνω*, *παραλαμβάνω*.. Vulg. & alii, *accipio, recipio, suscipio*... *accipio quasi per manus traditum, accipio audiendo à majoribus*...

PRAET. 3. p. s. m. קַבֵּל מַלְכוּתָא, Dan. 5. v. 31. vel 6. v. 1. Vulg. *successit in regnum* ... Alii, *accepit regnum*...

FUT. 3. p. plur. m. cum præfixo (ו) copulativo, cujus schevá, sive (ְ) cum schevá, seu (ִ) sub (ו), contrahitur in hhiriq, i. unum punctum sub (ו), vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 385. c. 1... & ן parag. quod Chald. & Syr. *hic* (in personis scilicet desinentibus in (ו,) vel (ן,)) *semper adhibent.* Lud. *de Dieu*, Gram. p. 205. Aut plerumque Gram. Hebr. t. 2. p. 98. c. 2. וִיקַבְּלוּן *& suscipient*... 2. p. pl. m. תְּקַבְּלוּן *recipietis*...

קֳבֵל, vel קֳבָל Chald. unde cum כָּל־ vel כָּל־ præced. & דְּנָה vel דִּי seq. כָּל־קֳבֵל דִּי vel כָּל־... כָּל־קֳבֵל דְּנָה vel כָּל־... Lxx. *καθότι, καθώς τότε*... Vulg. & alii, *quod, eò, quod, propter hoc, propter quod, quandoquidem, quamvis, secundùm quod, quatenus, quomodo, quâ ratione, sicut, quemadmodum, quia, quoniam, quantum, postquàm, simul atque, quum, quum primum, nam, quippe, quando, aliquando* כָּל־קֳבֵל דִּי הֲוָא ... עָבֵד, Dan. 6. v. 10. vel 11. *quemadmodum fecerat*, i. e. Vulg. *sicut & ante facere consueverat*... propriè, *omnino ut*... כָּל־קֳבֵל דְּנָה, ibid. v. 9. Lxx. *τότε tunc*... Vulg. *porrò*... Alii, *propterea, idcirco*, ad verbum, *hoc omni*, vel *hoc planè respectu*... Cum præf. לָקֳבֵל, לְקֳבֵל, O. *κατέναντι*... Vulg. & alii, *contra, e regione, ex adverso, coram, palam* ... לָקֳבֵל נֶבְרַשְׁתָּא, Dan. 5. v. 5. *contra lychnuchum*... Cocc. לָקֳבֵל צַלְמָא, Dan. 3. v. 3. O. *ἐνώπιον τῆς εἰκόνος*... Vulg. & alii, *coram imagine*... *in conspectu statuæ*... וּלְקֳבֵל *& coram.* Cum præf. & affix. לָקֳבְלָךְ, Dan. 2. v. 31. O. *πρὸ προσώπου σου*... Vulg. & alii, *contra, coram te, ante faciem tuam, ex adverso tui*... in R. קָבַל Arabibus Fut. A. *advenit, adventavit*... in IIIa. Conjug. *e regione oppositus fuit, opposuit se, ex adverso respexit*... Hinc Gr. *Κόβαλοι*, Germ. *Goblines*, (Gall. *Goblins*,) *κλέμματα*, spiritus furtivi, qui noctu ædes frequentant privatas, muros veteres... Cl. M. Casaubon...

קָבַע QAL. Lxx. *πτερνίζω*, Aq. Sym. *ἀποστερέω*, Aq. *καθηλόω*, Alii, *supplanto, decipio*; quasi i. q. עָקַב, *privo, spolio, rapio, diripio*... Vulg. & alii ex usu Chald. Syr. Samar.... *figo, affligo, infigo*... *clavis defigo, configo*...

PRAET. 3. p. s. m. cum præf. וְקָבַע אֶת־ קֹבְעֵיהֶם נָפֶשׁ, Proverb. 22. v. 23. O. *καὶ ῥύσῃ σὴν ἄσυλον ψυχήν.* A. *καὶ καθηλώσει τοὺς καθηλώσαντας αὐτόν.* Σ. *καὶ κολάσεται τοὺς κολαζομένους ψυχὴν αὐτοῦ.* Lxx. *& eruet à præda*

Digitized by Google

periculo animam ... Aq. Vulg. ... *& clavis, configet eos, qui* (Vulg. *animam ejus*) *ipsum, clavis, confixerunt.* Est τὸ נפש *anima, persona, ipsemet, ipse, homo* ... Quòd non corpus, sed anima homo est; ... Hierocl. 2. 150. Sym. *& castigabit eos, qui animam ejus*, i. ipsum, *castigabant* ... Alii, *eorumque spoliatores vitâ spoliabit* ... Castal. Quidam, *& auferet ipsis, qui illis auferunt, vitam* ... 1. p. plur. c. cum affix. dilato (ִ) in (ֶ) sub ע, vide Gram. Heb. t. 1. p. 346. c. 2. בַּמֶּה קְבַעֲנוּךָ, Malach. 3. v. 8. Vulg. *in quo configimus te?* Alii, *in quo spoliamus te?* m. *in decimis & oblatione?*

BEN. plur. m. Malach. 3. v. 9. *maledictione vos maledicti; & , unde, vos me* קֹבְעִים הַגּוֹי כֻּלּוֹ *spoliatis*, Vulg. *configitis, gens universa.* Cum affix. קֹבְעֵיהֶם *rapientes eos* ... m.

FUT. 3. p. s. m. cum præf. ex forma (ֶ) ob ע, הֲיִקְבַּע אָדָם אֱלֹהִים, Malach. 3. v. 8. *an spoliabit homo Deum* ...? Vulg. *si affliget homo Deum* ...?

קֻבַּעַת f. unde אֶת־קֻבַּעַת כּוֹס, Isai. 51. vv. 17. 22. O. τὸ ποτήριον τοῦ τῆς πτώσεως ... Σ. τὸν κρατῆρα ... Lxx. utrobique, *calicem enim ruinæ* ... Sym. *craterem* ... Vulg. *usque ad fundum calicis* ... Alii, *imò faces calicis* ... R. קבע Arabibus, *concidit* ... unde קבעה *qoúbathon, calyx, folliculus florum*, sic dictus, quòd citò concidat ... Inde etiam קֻבַּעַת *fax* ... sic dicta, quòd sit composita ex partibus terrestribus, sive crassioribus, quæ motu carentes continuò concidunt, imoque in loco considunt ...

קָבַץ QAL. Lxx. συνάγω, ἐπισυνάγω, ἀθροίζω, συναθροίζω, ἐκκλησιάζω, εἰσδέχομαι, ἐκλέγομαι, ἀποστρέφω ... Vulg. & alii, *congrego, colligo, contraho, concludo, comprehendo, complector, comprimo, aggrego, post alium colligo*, seu *congrego, congero, coacervo, ad concionem voco, intrò admitto, recipio*, (Vulg. *adduco*,) *adnoto & colligo, lego, eligo, detraho, depello, averto* ... Dicitur propriè de re dispersa: אָסַף de re non dispersa. Sic rectè dicitur אֱסֹף יָדֶךָ *retrahe manum tuam*, 1. Reg. 14. v. 19. non autem קְבֹץ ... Buxt. Lex.

PRAET. 3. p. s. m. קָבַץ אֶת־כָּל־חֵילוֹ, 3. Reg. 20. v. 1. *collegit omnes copias suas* ...

BEN. s. m. Ezech. 22. v. 19 *ecce ego* קֹבֵץ אֶתְכֶם *congregaturus vos* ... Cum præf. וְקֹבֵץ עַל־יָד יַרְבֶּה, Proverb. 13. v. 11. (*opulentia ob, per vanitatem dilapidatur*, minuitur;) *qui* opes *congregat ad usum* proprium, *auxiliumve* aliis ferendum ... *augebit* eas ... rem faciet.

PAOUL plur. m. קְבוּצִים *congregati* ...

INFIN. cum præf. & affix. mutato τῷ hhólem in (ֲ hhatoúph), quod cum (ִ) penultimæ sedem commutat, vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 351. c. 1. Sophon. 3. v. 8. *quia judicium* (*jus*) *meum* erit *in gentes colligendas*; לְקִבְצִי מַמְלָכוֹת *in regna mihi congregunda* ... aut, *ut colligam ego regna* ...

IMPER. 2. p. s. m. קְבֹץ *congrega* ... 2. p. plur. m. קִבְצוּ *congregate* ... Cum præfix. וְקִבְצוּ *& congregate* ...

FUT. 3. p. s. m. τῷ hhólem in (ֲ hhatoúph) ob maqqáph correpto, לִבּוֹ יִקְבָּץ־אָוֶן, Psal. 40. Hebr. 41. v. 7. *cor ipsius coacervat vanitatem* ..., Cum præfix. וַיִּקְבֹּץ *& congregavit* ... Cum affix. יִקְבְּצוֹ, Proverb. 28. v. 8. *congerit eas* opes, *gratiosè pauperibus*, aut *tenuibus largiturus* ... Cum præf. & affix. וַיִּקְבְּצֵם *& congregavit eos* ... 2. p. s. m. וְאֶת־כָּל־שְׁלָלָהּ תִּקְבֹּץ אֶל־תּוֹךְ רְחֹבָהּ, Deut. 13. v. 16. *& omnia ejus spolia coacervabis media in platea*, Cocc. *in forum* ... 1. p. s. c. אֶקְבֹּץ *congregabo*. Cum præf. & ה parag. וְאֶקְבְּצָה *& congregabo* ... וָאֶקְבְּצָה *& congregavi*. Cum præf. & affix. וָאֶקְבְּצֵם *& congregavi eos*. 3. p. pl. m. cum præf. וַיִּקְבְּצוּ *& congregent* ... וַיִּקְבְּצוּ *& congregârunt* ...

NIPHAL נִקְבַּץ, Lxx. συναντάω, συνάγομαι, Incert. συναθροίζομαι ... Vulg. & alii, *occurro, in aliquem incido, colligor, congregor, contrahor, concludor, congeror, coacervor* ...

PRAET. 3. p. pl. c. נִקְבְּצוּ אֵלֵינוּ, Jos. 10. v. 6. *congregati sunt*, Vulg. *convenerunt, adversus nos* ... כֻּלָּם נִקְבְּצוּ בָאוּ־לָךְ, Isai. 49. v. 18. *omnes illi collecti veniunt tibi*, collecti sunt, ut tui fiant. Sic cap. 60. v. 4. Cocc. vel *congregant se ut veniant tibi*. Piscator. Cum præf. וְנִקְבְּצוּ *congregabuntur* ... In pausa, quare τὸ (ֶ) primariæ vocis revocatum

Digitized by Google

in (ּ) sub ב mutatur, וְנִקְבְּצוּ *& cum congregati fuerint* ...

Ben. plur. m. cum præf. הַנִּקְבָּצִים *congregati.* Cum præf. & affix. לְנִקְבָּצָיו *ad congregatos ejus*, m.

Infin. cum præf. בְּהִקָּבֵץ, Psal. 101. Heb. 102. v. 23. *dum congregabuntur populi*.... וּבְהִקָּבֵץ, Esth. 2. v. 8. *& cum congregarentur* ... לְהִקָּבֵץ *ad congregandum*...

Imper. 2. p. plur. m. הִקָּבְצוּ *congregate vos.*

Fut. 2. p. s. m. לֹא תֵאָסֵף וְלֹא תִקָּבֵץ, Ezech. 29. v. 5. *non colligêris, nec aggregaberis* patribus tuis, i. nec sepeliêris ... 3. p. plur. m. יִקָּבְצוּ *congregabuntur* ... Cum præf. וַיִּקָּבְצוּ *& congregabuntur*... וַיִּקָּבְצוּ *& congregârunt se* ... 2. p. plur. m. תִּקָּבְצוּ *congregabimini.*

PIEL קִבֵּץ, Lxx. συνάγω, Aq. ἀθροίζω, Lxx. συναθροίζω ... Vulg. & alii, *congrego, colligo* .... *acervo, coacervo* ... Lxx. item, εἰσδέχομαι (ex usu Arab.) *excipio* ... ἐλεέω *misereor* ... Substantivè, paraphrasticωs, συναγωγή *adductio* ...

Praet. 3. p. s. m. cum affix. וּמֵאֲרָצוֹת קִבְּצָם, Psal. 106. Hebr. 107. v. 3. *ex terris collegit eos* ... ex multis populis adduxit ad unam fidem, & dispersos fecit congregari ... Cocc. קִבְּצָן *congregavit ea* ... Cum præf. & affix. וְקִבֶּצְךָ *& colliget te*, m. Deut. 30. v. 3. ubi τὸ (ּ) penult. ex (ֵ) ortum in (ֶ) ob concursum mutatur, vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 338. c. 1. 3. p. s. f. ex forma (ֵ) quod revocatum in (ּ) ob pausam mutatur, vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 174. c. 2. קִבָּצָה *coacervavit* ... 1. p. s. c. cum præf. unde accentus à penultima ad ultimam retractus, vide Gram. Hebr. tom. 2. p. 310. c. 1. וְקִבַּצְתִּי *& congregabo* ... Cum præf. & affix. וְקִבַּצְתִּים *& congregabo eos* ... 3. p. plur. c. קִבְּצוּ *colligent, contrahent atrorem.* Quidam, apud Cocc. *retrahunt decus, splendorem* ...

Ben. s. m. מְקַבֵּץ *congregans* ... Cum aff. מְקַבְּצָם, Jerem. 32. v. 37. *ecce ego congregaturus* eos ... Plur. m. cum præf. & affix. וּמְקַבְּצָיו *& congregantes illud* ...

Infin. קַבֵּץ *congregando* ... Cum præf. Isai. 66. v. 18. *egone morer? operum eorum*, *imò cogitationum eorum* quæque eò *devenit* impietatis; לְקַבֵּץ אֶת־כָּל־הַגּוֹיִם וְהַלְּשֹׁנוֹת וּבָאוּ וְרָאוּ אֶת־כְּבוֹדִי *ut congregem omnes gentes & linguas; ut scil. veniant; & videant gloriam meam* ... Christus loquitur. Conf. Dan. 9. v. 24. Joan. 12. vv. 20. 21. ... Cum affix. קַבְּצִי, Sophon. 3. v. 20. *tempore, quo congregabo vos* ... Cum præf. & aff. בְּקַבְּצִי *quando congregavero ego* ...

Imper. 2. p. s. m. cum præf. & affix. וְקַבְּצֵנוּ *& congrega nos*, c.

Fut. 3. p. s. m. יְקַבֵּץ *congregabit* ... Cum affix. מְזָרֵה יִשְׂרָאֵל יְקַבְּצֶנּוּ, Jerem. 31. v. 10. *qui dispersurus* est *Israël congregabit eum* ... יְקַבֶּצְךָ *congregabit te*, m. 3. p. s. f. cum aff. תְּקַבְּצֵם *congregabit* ... *eos.* 1. p. s. c. Isai. 56. v. 8. *dictum Domini Dei: congregaturus dispersos Israëlis* עוֹד אֲקַבֵּץ עָלָיו לְנִקְבָּצָיו *congregabo etiam præter ipsum* ... alios *ad congregandos* ex Israële addam ... Cum ה parag. אֲקַבְּצָה *congregabo* ... Cum affix. in pausa, unde τὸ (ְ) affixi sub צ in (ֶ) mutatur, וּבְרַחֲמִים גְּדוֹלִים אֲקַבְּצֵךְ *congregabo te*, m. אֲקַבְּצֵךְ, Isai. 54. v. 7. *& cum misericordia magna colligam te*, Gentilitas, ut sis unum mecum & in me ... Oppositum עֲזַבְתִּיךְ *reliqui te* ... (בְּרֶגַע קָטֹן *parvo momento*). Cocc. אֲקַבְּצֵם *congregabo eos* ... Cum præf. & aff. וַאֲקַבְּצֵם *& congregabo eos* ... וָאֲקַבְּצֵם *& congregavi eos* ... 2. p. pl. m. cum præf. וַתְּקַבְּצוּ *& colligebatis* ...

PUAL קֻבַּץ, unde Paoul s. f. ex terminatione ה præced. duplici (ֶ), Ezech. 38. v. 8. *post dies multos visitaberis: in novissimo annorum venies ad terram*, scil. מְשׁוֹבֶבֶת מֵחֶרֶב מְקֻבֶּצֶת מֵעַמִּים רַבִּים, O. τὴν ἀπεστραμμένην ἀπὸ μαχαίρας, συνηγμένην ἀπὸ ἐθνῶν πολλῶν ... *gladium aversatam, collectis de gentibus multis* ... Vulg. *quæ reversa est à gladio*, (Ecclesia jam liberata à tyrannorum persecutionibus ... aut figuratè, synagoga à captivitate Babylonicâ reducta, vel à vexatione regum Syriæ liberata ...) *& congregata est de populis multis* ...

HITHPAEL הִתְקַבֵּץ, Lxx. συνάγομαι, συναθροίζομαι, συνέχομαι ... Vulg. & alii, *ipse me congrego*, vel *congregor, colligor, contrahor* ... *coacervor, convenio* ...

Digitized by Google

Praet. 3. p. plur. c. הִתְקַבְּצוּ *congregârunt se*...

Imper. 2. p. plur. m. הִתְקַבְּצוּ *congregate vos*...

Fut. 3. p. plur. m. יִתְקַבְּצוּ כֻלָּם יַעֲמֹדוּ, Isai. 44. v. 11. *congregentur universi, stent*... pudore *afficiantur*... Targ. hîc pro יִפְחֲדוּ ponit יִתַּבְּרוּן *conterantur*..... Cum præfix. וַיִּתְקַבְּצוּ *& congregârunt se*...

קַבְצְאֵל Mass. *Qavtsél*, Vulg. *Cabseel*, nom. propr. urbis *in parte australi Tribus Judæ*, Jos. 15. v. 21. *videtur eadem esse ac* Jecabtzeel, Neh. 11. v. 25. Had. Reland. p. 668. Etym. *exemplar libri divini*... à קֶבֶץ Chald. *codex, volumen, exemplar libri*.... & אֵל *Deus*...

קְבֻצָה f. unde constr. retracto ab ultima ad penult. ob concursum accentu, vide Gram. Hebr. tom. 2. p. 308.. קְבֻצַת כֶּסֶף, Ezech. 22. v. 20. O. καθὼς εἰσδέχεται ἄργυρος... Lxx. Verbaliter, ex usu Arabico, *sicut recipitur argentum*.... Vulg. & alii, *congregatione, collectione argenti... media in fornace*. R. קָבַץ *congregavit, collegit*...

קִבְצַיִם Mass. *Qibbtsáim*, Vulg. *Cibsaim*, nomen propr. *civitatis ex Tribu Ephraim datæ Levitis*, Jos. 21. v. 22. Leusd. Etym. *numerosæ duæ hominum multitudines*.... à sing. קִבְץ *qibtson, numerosa hominum multitudo*... unde duale Hebr. קִבְצַיִם *cibsaim*, divisione fortè multitudinis, aut ex inæqualitate loci sic dicta...

קָבַר QAL. (Angl. *to caber*, Hisp. *cavar*, Gall. *caver*, Germ. per metath. *graben, grublen*, ex quo Gall. *crible*...) Gall. *creuser, crêver*, Hisp. *quebrar, percer*... Lxx. ὀρύσσω, κατορύττω, Lxx. Aq. Sym. θάπτω, Lxx. κόπτω, κόπτομαι... Vulg. & alii, *fodio, effodio, perfodio, defodio, obruo, humo, sepelio* (Germ. *begraben*, Belg. *begraven*)... *cædo* (Gall. *couper*...) *pectus manu plango, percutio*...

Praet. 3. p. s. m. קָבַר *sepelivit*... 2. p. s. m. cum præf. & affix. וְקָבַרְתּוֹ *& sepelito eum*, וּקְבַרְתַּנִי *& sepelies me*.... 1. p. s. c. קָבַרְתִּי *sepelivi*... 3. p. plur. c. קָבְרוּ *sepeliêre*... Cum præf. retracto ab ultima ad penultimam ob concursum accentu, vide Gram. Hebr. tom. 2. p. 308. וְקָבְרוּ שָׁם אֶת־גּוֹג, Ezech. 39. v. 11. *& sepelient ibi Gogum*... Antiochum scil. Epiphanem... τὸν τῶν ἀντιχρίστων τύπον... גּוֹג *Góg*, Arabibus dicitur יאגוג *ïagoúgo*, à יאגוג *ïagoúgon*, i. e. יוג אכדא ואכדא *ïaïiggo becadhsâu wabecadhsau*... Camus, *hoc vel illo modo properans vel æstuans* (*rutilans, splendens, & lucens*...) *ac vagans*... Quo nomine Antiochus Ἐπιφανὴς optimè designatur. R. אָגַג Arabibus, *arsit, flagravit*, (*rutilavit, splenduit, luxit*...) ignis, Gi. *ivit*, seu *properavit motu simili* motui *struthio cameli*... Mu. Za. cum עלי *impetum fecit* in hostem ...Ca. Hoc autem nomine Arabibus notantur extremi Orientis Scythæ: peculiariter, qui Sinis ad Boream positi... & ferè junctis nominibus simul dicitur יאגוג ומאגוג *ïagoúgo wamagoúgo*, i. *Góg & Magóg*.... Gol. Ita fortè quòd ambo nomina, nempè, יאגוג ומאגוג, ab eadem R. אגג derivata idem significent, atque adeò ו (ו) non sit particula conjunctiva, sed disjunctiva... Cum affix. וּ (ו) in (ֻ) ad euphoniam mutato, קְבָרֻהוּ *sepeliêrunt eum*... Cum præf. & affix. וּקְבָרוּם *& sepelient eos*... 2. p. plur. m. cum præf. וּקְבַרְתֶּם *& sepelietis*.

Ben. s. m. קֹבֵר *sepeliens*... Cum hhólem deficienti, וְאֵין קֹבֵר, 4. Reg. 9. v. 10. *nec erit, qui sepeliat*... Plur. m. קֹבְרִים *sepelientes*...

Paoul s. m. קָבוּר, Lxx. τάφος *sepulchrum*, Vulg. & alii, *sepultus*... Plur. m. וּ (ו) ad euphoniam in (ֻ) correpto, Eccles. 8. v. 10. vidi רְשָׁעִים קְבֻרִים *improbos sepultos*... sepulturâ honoratos.

Infin. ex forma absoluta, קָבוֹר, Lxx. substantivè, ταφὴ *sepultura*, apud Vulg. vacat, Alii, *sepeliendo*... Cum præf. לִקְבֹּר *sepelire, ad sepeliendum*... מִקְּבֹר *à sepeliendo*... Cum affix. mutato וֹ (ו) in (ָ hhatoúph), quod cum (ְ) penultimæ sedem commutat, vide Gram. Hebr. t. 1. p. 351. c. 1. קָבְרוֹ postquàm *sepelivit ipse*... Gen. 50. v. 14. Cum præf. & affix. וּלְקָבְרוֹ, 3. Reg. 13. v. 29. *& ut sepeliret eum*... לְקָבְרָהּ, 4. Reg. 9. v. 35. *ut sepelirent eam*...

Digitized by Google

IMPER. 2. p. s. m. קְבֹר, קָבוֹר *sepelito*... Cum præf. וּקְבֹר & *sepelito*... 2. p. pl. m. קִבְרוּ *sepelite*... Cum præf. & affix. וְקִבְרוּהָ & *sepelite eam*...

FUT. 3. p. s. m. cum præf. וַיִּקְבֹּר & *sepelivit*... 2. p. s. m. cum affix. Deut. 21. v. 23. *non pernoctabit cadaver ejus*, qui ob idololatriam, vel blasphemiam lapidatus, ut omnibus innotescat facinus ejus, suspensus, expositusve fuerit, *in ligno*; (*non enim pœna erat suspensio. Strangulabantur enim stantes apud Hebræos, non suspendio*... Grot.) כִּי־קָבוֹר תִּקְבְּרֶנּוּ *sed sepeliendo*, i. humanitùs... *sepelies*... תִּקְבְּרֵנִי *sepelias me*, c. 1. p. s. c. cum præf. & ה parag. וְאֶקְבְּרָה & *sepeliam*... Cum præf. & affix. וָאֶקְבְּרֶהָ & *sepelivi eam*... 2. p. plur. m. cum præf. וַתִּקְבְּרוּ & *sepelivistis*... 3. p. pl. m. יִקְבְּרוּ *sepelient*... Cum præf. וַיִּקְבְּרוּ & *sepeliêre*. Cum præf. & affix. (וּ) in (ֻ) ad euphoniam correpto, וַיִּקְבְּרֻהוּ & *sepeliverunt eum*...

NIPHAL נִקְבַּר, Lxx. θάπτομαι.... Vulg. & alii, *defodior, obruor, humor, sepelior*...

Fut. 3. p. s. m. קְבוּרַת חֲמוֹר יִקָּבֵר, Jerem. 22. v. 19. *sepulturâ asini sepelietur*... h. e. *insepultâ sepulturâ*, ut vocat Cicero Philip. I. *asini* meminit, ut animalis contemptissimi ... Calv. Cum præf. וַיִּקָּבֵר & *sepultus fuit* ... 3. p. s. f. cum præf. וַתִּקָּבֵר & *sepulta fuit* ... 2. p. s. m. Gen. 15. v. 15. *sed tu ingrediêris ad patres tuos in pace*, תִּקָּבֵר בְּשֵׂיבָה טוֹבָה, O. τραφεὶς ἐν γήρᾳ καλῷ. Interpres & alii, à τρέφω *nutritus*... Trom. & quidam, *reversurus* in pulverem *in senectute bona*. Vulg. *sepultus in senectute bona*. Alii, *sepeliêris in canitie bona*. Dicitur (שֵׂיבָה) *de senectute ultima*, (ut זִקְנָה de prima & media, Drus.) Notat & longam & placidam ejus senectutem, Vatabl. 1. p. s. c. אֶקָּבֵר *sepeliar*... 3. p. plur. m. in pausa, quare τὸ (ֵ) primariæ vocis sub ב revocatur, שְׂרִידָיו בַּמָּוֶת יִקָּבֵרוּ, Job. 27. v. 15. O. οἱ δὲ περιόντες αὐτῷ ἐν θανάτῳ τελευτήσουσι ... *qui verò illi superstites fuerint morte*, sive *rei capitalis damnatione vitam finient*.. Vulg. *qui reliqui fuerint ex eo sepelientur in interitu*... Alii, *superstites ejus in mortalitate, fame, pesteve sepelientur*, aut ex usu Arab. *sepelibiles reddentur*,.. Quidam ex Syriaca significatione, *in morte congregabuntur*, i. simul interibunt...

PIEL קִבֵּר, Lxx. θάπτω, (quod in Trom. Concord. deest.) Vulg. & alii, *sepelio, humo, inhumo*...

BEN. s. m. מְקַבֵּר *sepeliens*.... Plur. m. Ezech. 39. v. 14. *tum viros jugiter seligent, tura peregrantes*, seu *exteros*, מְקַבְּרִים אֶת־הָעֹבְרִים אֶת־הַנּוֹתָרִים עַל־פְּנֵי הָאָרֶץ לְטַהֲרָהּ *qui sepeliant exteros illos, illos scilicet relictos*, sive *inhumatos* jacentes *super faciem terræ, ut emundent eam*... Adhibebunt exterorum manus, quibus videlicet non est religio pollui pro mortuo, ut eorum opera humandis cadaveribus abutantur, quasi Nethinæi, sive dedititii Israëlitarum essent. Jun. Cum præf. הַמְקַבְּרִים *sepelientes, vespillones*...

INFIN. cum præfix. לְקַבֵּר *ad sepeliendum*...

FUT. 3. p. s. f. cum affix. תְּקַבְּרֵם *sepeliet eos*...

PUAL קֻבַּר, unde... שָׁמָּה קֻבַּר, Gen. 25. v. 10. O. ἐκεῖ ἔθαψαν... Lxx. *ibi sepeliêrunt*... Vulg. & alii, *ibi sepultus est Abraham & Sara uxor ejus*.

קֶבֶר m. Lxx. Incert. τάφος, Lxx. μνῆμα, μνημεῖον, ταφή, θάνατος... Vulg. & alii, *sepulchrum, tumulus, funebre epulum, monimentum, sepultura, funus, exequiæ*, per metonymiam adjuncti, *mors*... Hinc Lat. *caverna*, per metath. Germ. *grab*, Angl. *grave*, Hisp. *carcava*, vel *carcavo de muertos*, Gall. *creux*, per apocopen, *cave, caveau*... Lxx. item, ὄρος *mons*... אֲחֻזַּת־קֶבֶר, Gen. 23. v. 4. *possessionem sepulchri*... קֶבֶר־פָּתוּחַ גְּרוֹנָם, Psal. 5. v. 10. *sepulchrum apertum est guttur eorum*... Exhalans fœtorem sycophantiæ... Genebrard. Ezech. 39. v. 11. *dabo* τῷ *Gog* (Antiocho Epiphani...) מְקוֹם־שָׁם קֶבֶר בְּיִשְׂרָאֵל, non possessionem terræ, quam ambiebat, sed *locum sepulturæ in ea, in Israël*... In pausa, quare τὸ (ֶ) penult. in (ָ) mutatur, קָבֶר *sepulchrum*. Cum præf. הַקֶּבֶר *sepulchrum*, קֶבֶר, in

Digitized by Google

Præt. 3. p. plur. c. in pausa, quare τὸ (ַ) in (ָ) mutatum, Job. 22. v. 12. *&* *vide* רֹאשׁ כּוֹכָבִים כִּי־רָמּוּ, O. τοὺς ὕβρει φερομένους ἐταπείνωσε; Lxx. sensum, non verbum, exprimentes, *eos autem, qui contumeliâ efferuntur, humiliavit?* Vulg. in singulari, *& super stellarum verticem sublimetur?* Alii, *caput* (vel *verticem*, vel *summitatem*, vel *cacumen*) *stellarum, quàm illa*

sublimes sunt! In plerisque exemplaribus רֻמּוּ vel רֹמּוּ, scribitur, quasi à רָמַם, sicut Job. 24. v. 24. sed rectiùs רֹמּוּ sine daghésch, à רוּם *altus fuit.* Merc.... Ex forma hhòlem, רֹמוּ, sed τὸ רוֹמוּ, sive רֹמוּ ad Imperativum, ubi vide, referendum...

Imper. 2. p. pl. m. רוֹמּוּ מְעַט וְאֵינֶנּוּ, Job. 24. v. 24. O. πολλοὺς γὰρ ἐκάκωσε τὸ ὕψωμα αὐτοῦ, ἐμαράνθη δὲ ὥσπερ μολόχη ἐν καύματι ... Lxx. *multis enim nocuit altitudo ejus, sed emarcuit sicut malva in æstu*... Vulg. *elevati sunt ad modicum & non subsistent*... Alii, *attollamini*, i. e. recedite ab eo, Qimhhi in Merc. *mox nullus est*...

Fut. 3. p. s. m. cum præf. (ו) convertenti, unde accentu ab ultima ad penultimam retracto, τὸ (ו) in (ָ) pro (ֹ hhatoúph), ad euphoniam corripitur, vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 218. c. 1. & tom. 2. p. 310. c. 1. וַיָּרֻם תּוֹלָעִים, Exod. 16. v. 20. O. καὶ ἐξέζεσεν σκώληκας... Lxx. *& ebullivit vermes*... Vulg. *& scatere cœpit vermibus*... Alii, *& efferebatur vermibus* ... fervere incipiebat vermibus. Quæ fervent & verminant, efferuntur & quasi ebulliunt, Cocc...

NIPHAL ex forma (ו), נָרוֹם, Lxx. ἐκχωρέω... Vulg. & alii, *tollo ipse me, cedo, recedo*...

Imper. 2. p. plur. m. cum (ֵ) sub characteristica in compensationem τοῦ daghésch ex ר excidentis, הֵרֹמּוּ, Num. 17. v. 10. vel 16. v. 45. *tollite vos*, auferte vos, recedite, *ex medio cœtûs illius, & consumam eos*, Cocc...

Fut. 1. p. s. c. anomala, *forma composita ex Niphal & Pyal*, Cocc... Vel potiùs ex Hithpaél, sive Hithpoél, cum syncopa scil. τοῦ ה, cujus excidium compensaretur per daghésch infigendum primæ radicali, sed cum illud recipere nequeat, compensatur istud ה, vel daghésch excidens per (ֵ) sub א, characteristico, vide Gram. Hebr. tom. 1. pp. 128. c. 2. & p. 163. c. 1. & Thes. Joan. Buxt. p. 182...ex forma (ֵ), in pausa, quare τὸ (ֵ) in (ָ) mutatum, עַתָּה אֵרוֹמָם, Isai. 33. v. 10. *nunc super efferam me*... Cocc.

3. p. plur. m. cum (ֵ) sub characteristica, ut in Imperativo, הֵרֹמּוּ *extulerunt se*... Cum præf. וַיֵּרֹמּוּ *& extulerunt se*...

HITHPAEL, seu HITHPOEL הִתְרוֹמֵם, unde 3. p. s. m. Fut. cum præf. וְיִתְרוֹמֵם, Dan. 11. v. 36. Ο. ὑψωθήσεται... Lxx. & Vulg. (&) *elevabitur*... Alii, *& elevabit se*... *& supereffferet se*, Cocc....

רוֹמֵמֻת s. unde cum præf. correpto ad euphoniam τοῦ (ו) in (ָ), & (ֻ) loco τοῦ (ו), ob pausam, ante affix. מֵרוֹמְמֻתֶךָ נָפְצוּ גוֹיִם, Isai. 33. v. 3. O. ἀπὸ τοῦ φόβου σου, καὶ διεσπάρησαν τὰ ἔθνη. Σ. ἀπὸ τοῦ ὑψωθῆναί σε, διεσπάρησαν τὰ ἔθνη. Lxx... *obstupuerunt populi à timore tuo, & dispersæ sunt gentes.* Sym. & alii, *ab exaltari te*, (1), *dispersæ gentes*, i. e. *dum erigis te, disperguntur gentes.* Vulg. & alii, *ab exaltatione tui* (Cocc. *ab erectione tuâ*) *dispersæ sunt gentes.* (1.) Est τὸ רוֹמֵמֻת Infinitivus τοῦ Poal Verbi רוּם *altus... fuit*, ex terminatione Chaldaïca. Chaldæi enim *pro* א *in fine, interdum adhibent* (ו) *cum* ת, *ut* בְּהִתְקַבְּצוּת in congregando se, Psal. 102. Hebr. 103. v. 23. אִסְתַּלָּקוּת elevari, Num. 11. v. 17. Lud. *de Dieu*, Gram. 228.

רוֹמַמְתִּי עֶזֶר Mass. *Romámti vézer*, Vulg. *Romemtihezer*, nom. propr. filii Heman, 1. Paral. 25. v. 4. Etym. *auxilio exaltatus sum*... à רוֹמַמְתִּי, 1. p. s. c. Præteriti τοῦ Poal Verbi רוּם *exaltatus... fuit*; & עֵזֶר vel עֶזֶר, m. *auxilium*...

רֹמֶץ פֶּרֶץ... vide supra, col. 2463...

רָמַס QAL. Lxx. πατέω, καταπατέω, συμπατέω... Vulg. & alii, *ambulo, calco, tero, protero*: metaphoricè, *contumeliâ afficio, opprimo... proculco*; metaphor. *contemptui habeo, prorsus nihili facio*... *conculco*... Per metath. Hisp. *márcho*, Gal. *je marche*, Lat. *serpo*, Gr. ἕρπω...

Praet. 3. p. s. m. cum præfix. וְהָיָה שְׁאֵרִית יַעֲקֹב בַּגּוֹיִם בְּקֶרֶב עַמִּים רַבִּים כְּאַרְיֵה... Mich. 5. v. 7. *itaque erunt reliquiæ Jacob* (illi qui è Babylonia redierunt, Grot... parvulus illi Dei grex, Tarnov.... Restringitur hæc promissio ad exiguum numerum, Calv...) *inter gentes, in medio*

Digitized by Google

populorum multorum (i. e. populis aspectantibus, Grot... Antithesis subest inter *reliquias*, & *populos multos*, sive *validos*... Calv...) *quasi leo*... Non crudelitate, sed potentiâ, quâ terrorem hostibus incutiat, Calv... אֲשֶׁר אִם־עָבַר וְרָמַס וְטָרַף וְאֵין מַצִּיל׃ *qui, quum impetum fecerit, conculcat*, O. διασείλας... (pedibus subjicit prædam) *& laniat, & non est, qui eripiat*. Cocc... Metaphora. Confer Psal. 2. v. 9. Psal. 109. Hebr. 110. vv. 5. & 6... תָּרֹם יָדְךָ, Mich. 5. v. 8. *exaltabitur manus tua*, ô Christe, qui pugnabis per tuos milites, Menoch. ὑψωθήσεται.... Confer præcedentia ac sequentia...

Ben. s. m. תַּמּוּ רֹמֵס, Isai. 16. v. 4. *consumpti sunt conculcantes*... Singulare in sensu collectivo, Cocc... Cum ש loco τῦ ס, רֹמֵשׂ, רוֹמֵשׂ *repens*... Cum præfix. הָרֹמֵשׂ *repens*... Fem. ex forma ה, præcedenti duplici (·) cum præfix. הָרֹמֶשֶׂת *repens*...

Infin. רְמֹס *conculcare*...

Imper. 2. p. s. f. cum præf. וְרִמְסִי *& calca*...

Fut. 3. p. s. m. יִרְמֹס, τῷ לֹא hhólem in (· hhatoúph), ob maqqaph, correpto, יִרְמָס־ *calcabit, proculcabit*... Cum præf. וַיִּרְמֹס *& conculcat*... Cum præf. & affix. וַיִּרְמְסֵהוּ *& conculcavit illum*... וַיִּרְמְסֶהָ *& conculcavit eam*... 3. p. s. f. alternato ש & ס, תִּרְמֹשׂ *calcat*... Cum præfix. וַתִּרְמֹס *& calcavit, conculcavit*... Cum affix. תִּרְמְסֶנָּה *conculcat eam*... Cum præf. & aff. וַתִּרְמְסֵם *& conculcavit eas* stellas... 2. p. s. m. תִּרְמֹס *conculcabis*... 1. p. s. c. cum præf. & affix. וְאֶרְמְסֵם *& calcabo eos*... 2. p. pl. m. תִּרְמְסוּ *conculcabitis*... 3. p. plur. m. cum præfix. וַיִּרְמְסוּ *& conculcarunt*... Cum præf. & aff. τῷ (י) in (ֻ) ad euphoniam correpto, וַיִּרְמְסֻהוּ *& conculcarunt eum*...

NIPHAL נִרְמַס, unde 3. p. plur. f. Fut. ex forma (-) cum (-) sub characteristica in compensationem τῦ daghésch ex ר excidentis, vide Gram. Hebr. tom. 1. pag. 173. c. 2. בְּרַגְלַיִם תֵּרָמַסְנָה עֲטֶרֶת גֵּאוּת שִׁכּוֹרֵי אֶפְרָיִם׃, Isai. 28. v. 3. O. A. Σ. Θ. καὶ τοῖς ποσὶ καταπατηθήσεται ὁ στέφανος τῆς ὕβρεως, οἱ μισθωτοὶ τῦ Ἐφραΐμ. Lxx. Aq. Sym. Theod. (*&*) *pedibus conculcabitur*, Lxx. *corona contumeliæ*, Aq. Sym. Theod. Vulg. & alii, *corona superbiæ*, Lxx. *ô mercenarii*, Theod. *ô ebrii*, Vulg. *ebriorum*, *Ephraïm*. Alii, *pedibus calcabuntur coronæ quæque* (1.) *superbæ* (2.) *ebriorum τῦ Ephraïm*. (1.) Verbum pluralis numeri construitur interdum cum nomine singulari etiam non collectivo, quo partitio denotatur.... (2.) Ex duobus substantivis, quorum alterum altero regitur, modo prius, modo posterius, loco adjectivi ponitur: quandoque etiam utrumvis pro adjectivo commodè potest accipi. Vide Gram. Hebr. tom. 2. pp. 461. & 548...

רמשׂ QAL, 1. *calco*... vide in Verbo præced. רָמַס... 2. Lxx. Aq. κινέομαι, Lxx. Aq. Sym. Theod. ἕρπω, Incert. ἐξέρπω, Lxx. διέρχομαι... Vulg. & alii, *moveor, commoveor, permoveor, mutor*... *serpo, repo, repto*, metaph. paulatim *gradiendo accedo, incedo*... *transeo, pertranseo, prætereo*... Lxx. item adjectivè, ἑρπετὸν *reptile, serpens, animal, quod serpit*...

Ben. s. m. sine, vel cum præf... fem. sing. ex forma ה.. cum præf... vide supra in Benoni Verbi רָמַס... Lxx. in utroque particip. ἑρπετὸν *reptile*...

Fut. 3. p. s. f. אֲשֶׁר תִּרְמֹשׂ הָאֲדָמָה, Gen. 9. v. 2. *quod calcat tellurem*, Cocc. O. τὰ κινούμενα ἐπὶ τῆς γῆς... Vulg. *quæ moventur super terram*...

רֶמֶשׂ m. Lxx. Aq. Sym. Theod. ἑρπετὸν, Vulg. & alii, *reptile, reptilia, serpentes, animalia, quæ se movent in terra*, etiam serpendo vel rependo... Cum præfix. וְרֶמֶשׂ *& reptili*; collectivè, *reptilibus*... Cum (·) sub (ו), quod conjungat duo nomina, quorum posterius est penacutum, vide Gram. Hebr. t. 2. p. 385. c. 2. וָרֶמֶשׂ *& reptile*... הָרֶמֶשׂ *reptile*... כְּרֶמֶשׂ *ut reptile*... R. רָמַשׂ *repsit, reptavit*...

רֶמֶת Mass. *Rémeth*, Vulg. *Rameth*, nomen propr. urbis in Tribu Issachar, Jos. 19. v. 21... Etym. *altitudo*... à רוּם *altus fuit*... unde רָמָה *altitudo*... formæ נַחַת *tractus*, ab

Digitized by Google

Arab. ‏נָיִף, In Præterito ‏נאף Fut. O. *longa & elata fuit res*... Hinc & *Roma*, Arabibus ‏רומיה *Roumíiathon*, ex cujus regimine, & πολιτεία...

‏רָמוֹת Maff. & Vulg. *Ramóth*, vide mox infra...

‏רָמֹת גִּלְעָד Maff. *Ramóth Gilyádh*, Vulg. *Ramoth Galaad*, nom. propr. urbis in Galaad, 3. Reg. 22. v. 3... *Alterius urbis hoc nomine* (Ῥαμαθῶνος) *meminit Josephus, quum Antiq. VIII.* 10. *scribit Achabum Ramathone* (Ῥαμαθῶνι) *mortuum esse. Hæc* Ῥαμαθὼν *est Ramoth in Gilead, quam Josephus* Ἀραμαθὰ *solet nuncupare... Est &* ‏רמות *Ramoth memorata* 1. Sam. 30. v. 27. *ubi Ramoth austri appellatur, sita in* Δαρώμᾳ, *sive australi parte Tribus Judæ, eadem atque Ramath negeb. Aliquid de situ ejus licet colligere ex eo quod inter duas urbes refugii trans Jordanem medio fuerit ut tertia, inter Bosor nempe & Golan*, Deut. 4. v. 43. *quodque Syris Damascenis eam eripere tentarint reges Samariæ*, 1. Reg. 4. v. 22. *adeoque probabiliter inter Damascum & Samariam sita. Ab hoc nomine, non multum recedit* Ῥάμιθα *quod antiquissimum nomen Laodiceæ fuisse Stephanus tradit in Ethenicis.* Had. Reland. Palæst. pp. 966. & 967. Etym. idem ac τῆς ‏רָמָה, mox supra.

‏רָמַת הַמִּצְפֶּה Maff. *Ramáth hammitspéh*, Vulg. *Ramoth Masphe*, nom. propr. urbis *Gaditarum*, Jos. 13. v. 26. *ubi regio eorum dicitur extendi à Chesebbon Ramath hammizpe*, Reland. ibid. ac mox supra, *Ramoth... Civitas Sacerdotum atque fugitivorum in Tribu Gad, non procul à monte Galaad*, Jos. 13. v. 26. 1. Sam. 30. v. 27... Leusd. At 1. Sam. 30. v. 27. non scribitur ‏רָמַת הַמִּצְפֶּה *Ramáth hammitspéh*; sed ‏רָמוֹת־נֶגֶב *Ramoth-néghebb*, *Ramoth-austri*, sive *australis*, Vulg. *ad meridiem*, Reland. *sita in* Δαρώμᾳ, *sive australi parte Tribus Judæ*... Quo, amabo, pacto ‏רָמוֹת־נֶגֶב *Ramoth-néghebb*, sive *australis*... *in Tribu Gad? non longe à monte Galaad?* Quo modo *inter Damascum & Samariam sita?* Vide ‏רָמוֹת *Ramóth* in ‏רָמוֹת גִּלְעָד *Ramóth Gilyád*, mox supra... Etym. *pars superior campi*, seu *regionis Galaad*... à ‏רָמָה f. *elevatio, altitudo*... unde constr. ‏רָמַת, retento scil. ut fit, ‏ה (-), penult. vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 87. c. 1. R. ‏רוּם *excelsior, superior ... fuit*; & ‏גִּלְעָד *Gilyád, campus*, sive *regio Galaad*... *Galaad*, i. e. vel ‏גַּלְעֵד *Galyédh, tumulus testis*, vide Gen. 31. vv. 47. & 48. vel *spolii acervus*, à ‏גַּל *acervus*... & ‏עַד *spolium*... vel ‏גִּלְעָד *Galaad*, à ‏גלעד *Galaadon*, Arab. *durus*...

‏רָמַת לֶחִי Maff. *Rámath lébbi*, Vulg. appellativè, *elevatio maxillæ*, nom. loci, quò abjecit Samson asini maxillam, Jud. 15. v. 17... *Locus hic nomen ductum habet à maxilla, quam ibidem Sanson abjecit, uti constat ex* Jud. 15. v. 9. *Aquila & Symmachus reddiderunt* ἐν Σιαγόνι, *uti observat Eusebius in Onomast. ad h. v. & ad vocem* Ἐνλεχί (pro ἐν Λεχί) notat, Ἀκύλας· Σιαγόν. *Sed inde non sequitur eos credidisse id non esse nomen loci proprium, quum etiam Josephus hunc locum* Σιαγόνα (Σιαγόνα) *appellat, uti* παρεμβολὰς *nuncupat urbem* ‏מחנים *&* σκοπὸν ‏צופים. *Ita Eusebius ipse voce* Σκηναὶ *urbem* Succoth ‏סוכות appellat. *In annalibus Glycæ legitur part.* II. pag. 164. *in suburbio Eleutheropolis eum fontem fuisse.* Ἡ γὰρ Σιαγὼν παρ' αὐτῷ ἐκθλιβεῖσα ὕδωρ ἔβλυσεν ἄφθονον. Ὅθεν ἡ τοιαύτη πηγὴ μέχρι καὶ τήμερον ἐν τοῖς προαστείοις Ἐλευθεροπόλεως φαίνεται σιαγόνος ἐπονομαζομένη πηγή. Maxilla ab eo abjecta ingentem aquæ copiam produxit. Et hic fons in hunc usque diem in suburbio Eleutheropolis conspicitur & fons maxillæ nuncupatur. *Meminit etiam Antoninus martyr in Itinerario, cujus verba vide ad vocem Eleuteropolis; & quum situs Eleutheropolis certus sit ex testimonio Veterum, etiam hinc colligere licet Lechi eodem circiter loco sitam fuisse.* Had. Reland. Palæst. p. 872. Etym. *maxillæ abjectio*, à maxillæ enim abjectione sic dictus locus, uti liquet ex Jud. 15. v. 17. à ‏רָמָה f. *abjectio*... ex quo constr. ‏רָמַת. R. ‏רָמָה *projecit*... & à ‏לְחִי, in pausa ‏לֶחִי *maxilla*, R. ‏לחי Arab. in VIII. *barbatus evasit juvenis*... Hinc nom. ‏לחי *maxilla*, unde enascitur barba...

Digitized by Google

רָמָתָה Mass. *Ramáthah*, (vel potiùs *Ramáh*, vel *Háramáh*...) Vulg. *Ramatha*, nom. propr. urbis, ejusdem scil. ac רָמָה *Rama*, quam vide supra, col. 2459. *Est porro Rama in Ephraim, ubi Samuel habitavit, & sepultus est. Quæ creditur eadem esse ac Ramathaim Tzophim*, 1. Sam. 1. v. 19. *Hanc Vulgatus Ramatham vocat: sed verum nomen est* הרמה Rama, *vel* Harama, *non* Ramatha. *Illud tha natum est ex* (mutatione ה in ת, &) *adjecto* ה *locali*, 1. Sam. 1. v. 19. Had. Reland. Palæst. p. 964.

רָמָתִי Mass. *Rámathí*, Vulg. *Ramathites*, nom. patronymicum virorum ex *Rama* oriundorum, unde etymon idem ac τῆς *Rama*, quam vide supra, col. 2459.

רָמָתַיִם צוֹפִים Mass. *Rámathaim Tsophím*, Vulg. *Ramathaim Sophim*, nomen propr. urbis, 1. Reg. 1. v. 1. ejusdem scilicet ac רָמָה *Ramáh*, cum ה articulo, הָרָמָה *Háramáh*, 1. Reg. 1. v. 19. cum ה paragogico, sive locali, unde ה finale, seu femininum in ת mutatum, הָרָמָתָה *Háramáthah*, Vulg. *Ramatha*, ibid. cum duali terminatione, nempe יִם, ת ex ה finali, feminino ad exprimendam scil. utranque urbem, sive urbis utranque partem, inferiorem videlicet ac superiorem, רָמָתַיִם *Rámathaim*... In montanis Ephraim, 1. Reg. 1. v. 1. *Erat in regione Thamnitica juxta Diospolim, & eadem, quæ in Novo instrumento Arimathæa dicitur, si credimus Eusebio in Onom. ad vocem* Ἀρμαθέμ. Ῥαμαθέμ *appellatur*, 1. Macc. 11. 34. *ex Samaritide attributa Judææ*, ibid. & Ῥαμαθὰ *Josepho*... Had. Reland. Palæst. pp. 579. 580. 581. 964. 965. Ἔτυμον τῆς *Ramathaim*, idem ac τῆς *Rama*, quam vide supra, col. 2459. τὸ verò *Tsophim*, sive *Sophim*, ἔτυμον *speculatores, prophetæ*... Græcè, Σοφοὶ, hinc enim Σοφὸς *sapiens*, i. e. *sciens, prudens*... sic dictus fuit mons in Tribu Ephraim, 1. Reg. 1. v. 1. fortè, quòd ibi habitarent, qui postea φιλόσοφοι *Philosophi* dicti sunt, Σοφοὶ...

רֹן Infinitivus τῆ Qal Verbi רָנַן, ubi vide...

רָנָה QAL, unde 3. p. f. f. Fut. עָלָיו תִּרְנֶה אַשְׁפָּה, Job. 39. v. 23. vel 26. O. ἐπ' αὐτῷ γαυριᾷ τόξον... Lxx. *super ipsum gaudet arcus*... Vulg. & alii, *super ipsum sonabit pharetra*... Cocc. *super ipso*, aut *circa ipsum sonat*, tinnit, *pharetra*... Alii, *super* (vel *apud*, vel *propter*, Vatabl. vel *contra*, sive *adversus*, Munst.) *ipsum sonat*, sive *resonat*, vel *stridet pharetra*... Virg. Æneid. 9. 660.

—*Pharetramque fugâ sensere sonantem.*

Per pharetram *sagittæ* significantur, (est enim metonymia subjecti, quâ continens pro contento sumitur) quæ *filiæ pharetræ*, Thren. 3. v. 13. dicuntur...

רִנָּה f. Lxx. ἀγαλλίαμα, ἀγαλλίασις, εὐφροσύνη, χαρά, Lxx. Incert. τέρψις, Sym. λαλιά, δέησις, Lxx. αἶνος, Lxx. Aq. αἴνεσις... Vulg. & alii, *exultatio*... *oblectamentum*... *lætitia, hilaritas, animi voluptas*... *gaudium, id, quod lætitiam affert*... *delectatio, oblectatio*... *sermo, loquela, loquacitas*... (*cantus, cantio, clamor*...) *bona fama, honesta*, seu *honorifica appellatio, fausta acclamatio*... *precatio*, sive *deprecatio*... *laudatio*, vel *assentio*... στρατοκήρυξ *præco-exercitûs*... Lxx. item, verbaliter, δοξάζομαι *glorificor, existor, celebror, prædicor*... ἐλεῶ *misereor*... וְאַל־תִּשָּׂא בַעֲדָם רִנָּה וּתְפִלָּה, Jerem. 7. v. 16. *nec attollas pro eis clamorem deprecatorium*, vel *precatorium*, i. e. nec clara voce pro eis aut veniam, aut gratiam postules... רִנָּה clamor in periculo testatur sollicitudinem, & spectat aversionem mali; תְּפִלָּה est etiam petitio boni, Cocc... Dicimur interdum, *preces abjicere*, &c. quod humilitatem designat, ubi supplices accedimus, neque audemus oculos attollere, ut Luc. 18. v. 13. interdum, *preces attollere*, ob fervorem desiderii, & fidem imprecando, &c. Calv... Ohel Moed in צעק, פירשו תפלה לשון צעקה בכח פתם לשירה ולשמחה ופתם להכרזה ופתם לבכי וגם פתם לתפלה *explicant hanc vocem clamorem validum partim in cantu & lætitia, partim in præconio, partim in ploratu, atque etiam in oratione*, Cocc... קוֹל רִנָּה וִישׁוּעָה בְּאָהֳלֵי צַדִּיקִים, Psal. 117. Hebr. 118. v. 15. *vox cantus* (*præconii, laudis*...) *& salutis in tentoriis justorum*... Cum præf. הָרִנָּה *clamor*... בְּרִנָּה *cum præco-*

Digitized by Google

nio, cántu, clamore, laudatione, exultatione... Cum affix. רִנָּתִי *clamor... meus*, c. Cum præf. & affix. לְרִנָּתִי *ad clamorem... meum*, c. בָּאֳנִיּוֹת רִנָּתָם, Iſai. 43. v. 14. Αλλ., ἐν ναῦσι, Θ. ἐν πλοίοις, δεηθήσονται. Alius, *in navibus*, Lxx. *in naviculis, vincientur*, rectius fortè, *deprecabuntur*. Vulg. *in navibus suis gloriantes*. Alii, *in navibus*, vel *ad naves clamor eorum*... i. e. clamabunt, *ad naves, ad naves*; ut Iſai. 22. v. 5. *ad colles, ad colles*, Angl. Annot... Alii, *in navibus cantus, clamor... ipſorum*... R. רָנַן *cecinit, cantavit, cantillavit, exclamavit, acclamavit*...

רִנָּה Maſſ. *Rinnáh*, Vulg. *Rinna*, nom. propr. filii Simeonis, 1. Paral. 4. v. 20. Etym. *canticum*, ſive *exultatio, gaudium*... à רִנָּה, quod vide mox ſuprà, idem.

רָנִּים plur. m. unde conſtr. רָנֵּי פַלֵּט תְּסוֹבְבֵנִי, Pſal. 31. Hebr. 32. v. 7. Θ. τὸ ἀγαλλίαμά μου λύτρωσαί με ἀπὸ τῶν κυκλωσάντων με. Lxx. Vulg. Lat. *exultatio mea erue me à circumdantibus me*. Legebant רָנִּי, accipiebantque τὸ פַלֵּט in Imperativo... Alii, *cantus liberationis facias cingant me*. Cum enim סָבַב in Qal ſit *cingere*, in Piél rectè accipitur pro *facere cingere*, etſi & ibi (in Piel) pro *cingere* alibi uſurpetur, Lud. *de Dieu*... R. רָנַן *cantavit, cantillavit*...

רָנַן QAL. Lxx. χαίρω, ἐν χαρᾷ εἰμι, εὐφραίνομαι, ἀγαλλιάομαι, τέρπομαι, ἐξίστημι, Incert. ἀλαλάζω, Sym. εὐφημέω, Aq. αἰνέω, Lxx. ὑμνέω, σημαίνω εἰμι... Vulg. & alii, *lætor, gaudeo... in gaudio ſum... lætitiâ afficior, gaudium percipio... exulto, lætitiâ geſtio... delector, oblector, ſatior, ſatio me, ad hilaritatem uſque me ſatio... mente excedo... clamo alala, fremitum edo inter pugnandum, clamorem lætum tollo in committendo prælia*. Eſt autem propriè, *clamorem tollo cum animi alacritate, & exultabundè, atque in ſignum victoriæ, plaudo*; interdum pro, *clamorem triſtem tollo*, unde Lat. *ululo*... (& ex Hebræo, *ringo*...) *celebro, fauſta precor, gratulor, bene ominor, faveo linguâ, bona verba dico, fauſtis acclamationibus proſequor... laudo, approbo, comprobo, aſſentior*, interdum, *renuo, recuſo*... *carmine celebro, hymnis decanto, laudibus effero*; item, *convitior, incuſo, carmine perſtringo, diffamo; deploro, lamentor... perſpicuus, diſertus... ſum*...

Infin. cum præf. mutato ob maqqáph לְּ hhólem in (ָ hhatoúph), בְּרָן־יַחַד כּוֹכְבֵי בֹקֶר וַיָּרִיעוּ כָּל־בְּנֵי אֱלֹהִים׃, Job. 38. v. 7. *quùm vocem attollerent* (in vocem lætam prorumpentes ad Deum laudandum... Merc.) *unà omnes ſtellæ matutinæ; & clangerent omnes filii Dei*. Cocc... *quùm prædicarent*, ſive *narrarent ſimul, pariter*... gloriam Dei, *aſtra matutina*, Mercurius ſcil. Venus, (luna) ſol... vel ſol, & ſtellæ fixæ, ex ſe lucentes... Confer Pſal. 18. Hebr. 19. v. 1. 148. vv. 1. 2. 3.. Quidam ex uſu Arabico, *quùm* (1.) *prodirent unà omnes*, ad vocem jubentis יְהִי־אוֹר, Gen. 1. v. 3. *fiat lux*... (2.) *lucis* (3.) *turmæ*, i. e. aſtra omnia, tum ſol & ſtellæ fixæ, Carthеſio tot ſoles; tum planetæ, nempè, Mercurius, Venus, Luna, Mars, Jupiter, & Saturnus... *unde jubilarent omnes filii Dei*, h. e. (4.) angeli... (1.) *prodirent*, à ורא Arab. Fut. A. *venit*.... (2.) בֹּקֶר *lux*, Amos. 5. v. 8.... (3.) à כוכבה *kiaukiábethon*, Arab. (Plur. כואכב *kiawákibon*) 1. Act. ſive Infinitiv. τοῦ כוכב *kiaúkiaba*, Arab. *ſtellavit*... 2. *ſtella*, 3. *multitudo, caterva* (*cœtus, congregatio*.) De accentu in τοῦ כּוֹכְבֵי ob concurſum retracto, vide Gram. Hebr. tom. 2. p. 308.

Imper. 2. p. ſ. f. τοῦ hhólem in (ָ hhatoúph) ad euphoniam mutato, unde accentus à penultima ad ultimam deſcendit, vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 217. c. 2. ubi pro *pluralis*, lege *ſingularis*... רָנִּי *canta*... Cum præfixo (ו) τοῦ (ָ) affecto, quod ſcil. ſit ante vocem penacutam, vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 385... in pauſa, quare τὸ hhólem in penultima ſervatum, וָרֹנִּי *& canta*... 2. p. plur. m. mutato, ut ſupra, ad euphoniam, τοῦ hhólem in (ָ hhatoúph), unde accentus à penultima ad ultimam deſcendit, vide eand. Gram. p. 218. c. 2. רָנּוּ *cantate*...

Fut. 3. p. ſ. m. ex forma quieſcentium ע, vide eand. Gram. p. 218. c. 1. Proverb.

Digitized by Google

29. v. 6. *in scelere vir malus laqueo* capitur; *justus verò* יָרוּן וְשָׂמֵחַ *cantat* (loquitur, ἀγαλλιάζεται) *& lætatur*, Cocc. 3. p. f. f. cum præfix. וְתָרֹן *& cantabit*... Cum ה parag. תָּרֹנָּה *cantat, prædicat, clamitat*... 3. p. plur. m. יָרֹנּוּ *cantabunt*... Cum præfix. וַיָּרֹנּוּ *& acclamârunt*...

PIEL ex forma perfectorum, רִנֵּן, Lxx. ἀγαλλιάομαι, ἀδολεσχέω, Sym. εὐφημέω, ἀντευφημέω, ὑμνέω... Vulg. & alii, *exulto, lætitiâ gestio... loquax sum, garrio* (*clara voce sono, dico*... Cocc.) *contemplor, oro, laudo... celebro, bene ominor, bona verba dico, fausta precor, gratulor... faustis acclamationibus prosequor*... Lxx. item substantivè, εὐφροσύνη *lætitia*...

Praet. 3. p. plur. c. cum præf. וְרִנְּנוּ *& cantabunt*...

Infin. רַנֵּן *cantando*... Cum præf. וְרַנֵּן *& cantare*...

Imper. 2. p. plur. m. רַנְּנוּ *cantate*... Cum præf. וְרַנְּנוּ *& cantate*...

Fut. 3. p. f. f. תְּרַנֵּן *cantabit*... 1. p. f. c. אֲרַנֵּן *cantabo*... Cum præf. וַאֲרַנֵּן *& cantabo*... 3. p. plur. m. יְרַנְּנוּ, & in pausa, unde צֵרִי (‥) motio primariæ vocis sub נ, loco שְׁוָא (:) reductum, יְרַנֵּנוּ *cantabunt*... Cum præfixo (ו), affecto שְׁוָא (:) ex ipsius (:) & ex (:) sequenti contracto, vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 385. c. 1. וִירַנְּנוּ *& cantabunt*... 3. p. plur. f. sublatâ tertiâ rad. נ ob aliud נ sequens, neque eâ per daghésch fortè, ut fieri solet, compensatâ: quia post motionem magnam anomalus sequitur daghésch hujusmodi, תְּרַנֵּנָּה (à רִנֵּן in forma perfectorum) *cantabunt*, pro תְּרַנֵּנְנָה, aut תְּרַנֶּנָּה, vide Gram. Hebr. t. 1. p. 178. c. 2... 1. p. plur. c. cum ה paragog. נְרַנְּנָה *ovabimus*... Cum præf. & ה parag. וּנְרַנְּנָה *& cantabimus*...

PUAL ex forma perfectorum, רֻנַּן, unde 3. p. f. m. Fut. in pausa, quare פַּתָּח (‑) in (‥) mutatum, לֹא־יְרֻנָּן לֹא יְרֹעָע, Isai. 16. v. 10. O. οὐ μὴ εὐφρανθήσονται... A. οὐ αἰνέσει... Lxx. in plur. cæteris prætermissis, *nequaquam lætabuntur*... Aq. *non laudabit*, pro *non laudabitur*... Vulg. *non exultabit, neque jubilabit*, quisquam scil... Aq. S. Hieron... legebant יְרֹעַע, יְרֻנַּן, hoc in Piël, illud in Poël... Alii, *non cantabitur*, (vel *exultabitur*, Munst.) *neque jubilabitur*...

HIPHIL ex forma perfectorum, הִרְנִין, Lxx. εὐλογέω, Sym. εὐφημέω, Aq. αἰνοποιέω, Lxx. εὐφραίνομαι, Lxx. Theod. ἀγαλλιάομαι, Lxx. καυχάομαι, τέρπω... Vulg. & alii, *bene-dico, laudo, prædico, bene precor... bene ominor, fausta precor, faustis acclamationibus prosequor, bona verba dico... laudem concedo, laudare facio*, vel *jubeo... lætitiâ afficior, gaudium percipio... exulto, lætitiâ gestio, præ gaudio canto, jubilo*, i. e. *rustica & incondita voce gaudium testor, taratantarizo... glorior, ipse me jacto... delecto, oblecto* ipse me in aliqua re...

Imper. 2. p. plur. m. הַרְנִינוּ גוֹיִם עַמּוֹ, Deut. 32. v. 43. O. εὐφράνθητε ἔθνη μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ... A. αἰνοποιήσατε ἔθνη λαὸς αὐτοῦ... Θ. ἀγαλλιᾶσθε ἔθνη λαὸς αὐτοῦ... Lxx. *lætamini gentes cum populo ejus*... Aq. *laudes congerite gentes populus ejus*... Theod. *exultate gentes populus ejus*... Vulg. & alii, *laudate gentes populum ejus*... Alii, *laudate, ô gentes*, quæ estis *populus ejus*, subaudi, *Jehovam*... Alii, *personate, acclamate*, vel *laudate, gentes populum ejus*... Quidam ex usu Arabico, *auscultate gentes populo ejus, parcite... quia sanguinem servorum suorum ulciscetur*... Cum præfix. וְהַרְנִינוּ *& cantate*...

Fut. 2. p. f. m. תַּרְנִין *facis ut cantent*... 1. p. f. c. absque (י) צֵרִי (‥) indice, vel comite, אַרְנִן *cantare faciebam*...

HITHPAEL, vel potiùs HITHPOEL, הִתְרוֹנֵן, unde Ben. f. m. מִתְרוֹנֵן, כְּגִבּוֹר מִתְרוֹנֵן מִיָּיִן, Psal. 77. Hebr. 78. v. 65. O. A. ὡς δυνατὸς κεκραιπαληκὼς ἐξ οἴνου. Σ. ὡς δυνατὸς διαλαλῶν ἐξ οἴνου. Lxx. Aq. Vulg. Lat. *tanquam potens crapulatus à vino*. Sym. & alii, *tanquam potens differens ex vino*. S. Hieron. *quasi fortis post crapulam vini*. Alii, *ut heros, qui jubilat à vino*. Cocc... Targ. הֵיךְ גַּבְרָא דְּמִתְפַּקַּח מִן חַמְרָא *vir veluti, qui sese*, vel oculos *aperit, qui sese excitat*, sive *qui evigilat à vino*.

רְנָנָה f. Lxx. εὐφροσύνη, Lxx. Incert. ἀγαλλ...

Digitized by Google

λιάσις, Incert. ἀγαλλίαμα, Sym. εὐθυμία... Vulg. & alii, *lætitia, hilaritas, animi voluptas... exultatio... oblectamentum... prosper successus, bona habitudo, abundantia, ubertas, copia...* item, *vox elata, cantus...* Cum præf. בְּרִנָּה *cum cantu...* Constr. כִּי רִנְנַת רְשָׁעִים מִקָּרוֹב, Job. 20. v. 5. ὁ Ἑβραῖος, ὅτι ἡ ἀγαλλίασις τῶν ἀσεβῶν περὶ βραχύ. O. εὐφροσύνη δὲ ἀσεβῶν πτῶμα ἐξαίσιον. Σ. ὅτι εὐθυμία ἀσεβῶν ἐπ' ὀλίγον. Hebræus, *exultatio enim impiorum ad breve.* Lxx. *lætitia autem impiorum ruina insignis.* Sym. *quoniam prosperitas impiorum brevis.* Vulg. *quod laus impiorum brevis sit.* Alii, *ovatio... impiorum ex propinquo*, sub. *tempore*, Vatabl. à brevi tempore, non jamdiu *fuit*, Merc... Quidam, *gaudium impiorum de propinquo*... Non de remoto à sensibus, non de spiritali, non de cælesti... de obvio, non de divino, subjecto... Vel *de re fini proxima*, mox desitura... Causa contemnendæ voluptatis, haud parva, est quòd sit brevis... Plur. וְשִׂפְתֵי רְנָנוֹת יְהַלֶּל־פִּי, Psal. 62. Hebr. 63. v. 6. O. καὶ χείλη ἀγαλλιάσεως αἰνέσει τὸ ὄνομά σου. Σ. καὶ διὰ χειλέων εὐφήμων ὑμνήσει τὸ στόμα μου. Lxx. *& labia exultationis laudabunt nomen tuum.* Sym. *& per labia benedicentia cantabit os meum.* Vulg. *& labiis exultationis laudabit os meum.* S. Hieron. *& labiis laudantibus canet os meum.* Alii, *quùm os meum in laudes prorumpit labiis jubilationum*, (i. e. maximè jubilantibus...) Munst... h. e. anima interiùs refecta se prodit per labia, &c. Gej... R. רָנַן *cantavit, exultavit, jubilavit, clamavit, acclamavit...*

רְנָנִים plur. m. unde כְּנַף־רְנָנִים נֶעֱלָסָה, Job. 39. v. 13. O. πτέρυξ τερπομένων νεέλασα, vel νεέλασσα... Α. πτερύγιον αἰνούντων συναναπλέκει... Σ. πτερὸν ἀγλαϊσμοῦ φερεύεται... Lxx. *ala lætantium Neélassa*, vel *Neélasa*. (Hebraïca scil. voce retentâ...) ※ *penna struthionis mixta est*... Aq. *alam* (vel *ala*) *laudantium simul complicat*... Sym. *ala nitoris circumnascitur*... Hexapl... Vulg. *penna struthionis similis est*... Alii, *exultat*... רְנָנִים *renanim*, Job. 39. v. 13. *pavones explicat magna pars recentiorum, nullo autore idoneo, & contra historiæ fidem. Cum ignoti fuerint pavones ætate Jobi, nec in Judæam allati ante Salomonis tempora. Neque à cantu verisimile est* renanim *dici pavones, quorum est stridor potiùs. Itaque in Phædri fabulis:* Pavo ad Junonem venit indignè ferens se derideri, simul ac vocem miserit. *Nec de ave tam eximiâ hoc solum diceretur, illam alis suis superbire, aut exultare. Quod ipsum esset minus verum, cum alas non ostentet pavo, sed caudam, cujus nomine se maxime effert...* רננים, Job. 39. v. 13. *Hieronymo sunt struthiones rectè omninò. Nempe struthiones fœminæ tam dicuntur* רננים renanim *quam* יענים jeenim *à clamore & cantu. Ut* זמאר zimar, *id est, cantus, dicitur ejulatus Arab. struthionis fœminæ... Et alis exultare eædem aves rectè dicuntur, cum illarum alacritas ex alis tota pendeat...* Bochart. indice partis 2. de anim... R. רָנַן *clamavit...*

רִסָּה Mass. *Rissáh*, Vulg. *Ressa*, nom. propr. loci, in quo castrametati sunt filii Israël, profecti de Lebna, Num. 33. v. 21. Etym. *sapientia...* à רסה *Ráſſathon*, Arab. idem.

רְסִיסִים plur. m. Lxx. κλάσματα, Lxx. Aq. Sym. ψεκάδες... Vulg. & alii, *fragmenta, frusta defracta...* (*scissuræ...*) *stillæ, guttæ... conspersiones...* וְהִכָּה הַבַּיִת הַגָּדוֹל רְסִיסִים, Amos. 6. v. 11. O. καὶ πατάξει τὸν οἶκον τὸν μέγαν θλάσμασι... Lxx. Vulg. & alii, *& percutiet domum magnam* (Vulg. *majorem* 1.) *ruinis*, Alii... *rupturis*, aut *fracturis*... 1. *domum majorem*, i. e. Regnum Decem tribuum, tempore Salmanasaris, Grot. Constr. קְוֻצּוֹתַי רְסִיסֵי לָיְלָה, Cant. 5. v. 2. (*quia caput meum plenum est rore*) *& cincinni mei guttis, stillis, aspersionibus... noctis.* R. רָסַס *aspersit, conspersit...* Chald. רְסַס, רַס *stillavit... confractus in minutas partes, fractus, confractus est...*

רֶסֶן m. Lxx. χαλινός... Vulg. & alii, *frænum, lupatum; Metaph. gubernatio, imperium...* Cum præf. וְרֶסֶן מִפָּנַי שִׁלֵּחוּ, Job. 30. v. 11. O. καὶ χαλινὸν τοῦ προσώπου μου ἐξαπέστειλαν. Lxx. & alii, *& frænum à facie mea abjecerunt;* infrænatè agunt & loquuntur in conspectu meo, Cocc... Vulg. *& frænum posuit in os meum...* וְרֶסֶן

שָׂמִים

Digitized by Google

מַתְעֶה עַל לְחָיֵי עַמִּים, Isai. 30. v. 28. O. καὶ διώξεται αὐτοὺς πλάνησις, καὶ λήψεται αὐτοὺς κατὰ πρόσωπον αὐτῶν... Lxx. *& persequetur eos error, capiet eos ad faciem ipsorum.* Vulg. & alii, *& frænum erroris, quod erat in maxillis populorum.* Quidam, ut cribret gentes in cribro nihili, sive ad nihilum, ut scil. nullus ex ethnicis supersit; *& exagitet frænum errare faciens de maxillis populorum*... בְּמֶתֶג־וָרֶסֶן עֶדְיוֹ לִבְלוֹם, Psal. 31. Hebr. 32. v. 9: (ubi (ו) τὸ (-) afficitur, quòd duo nomina conjungat, quorum posterius est penacutum, O. ἐν χαλινῷ καὶ κημῷ τὰς σιαγόνας αὐτῶν ἄγξαι... Lxx. *in fræno & camo*... Vulg. Lat. *in camo & fræno maxillas eorum constringe*... Alii, *fræno*, vel *lupato*, vel *capistro*, *maxilla ejus adstringenda*... Unde apparet distinctio τοῦ רֶסֶן & τοῦ מֶתֶג... מֶתֶג, unde per metath. Gr. κημός, Lat. *camus*, est *frænum*, *lupus*, sive *lupatum*, à dentibus lupinis, seu inæqualibus... רֶסֶן verò, propriè, *habena*, *capistrum*... Gallicè, *bride*, *licou*, *museliere*... Cum affix. בְּכֶפֶל רִסְנוֹ מִי יָבוֹא, Job. 41. v. 4. O. εἰς δὲ πτύξιν θώρακος αὐτοῦ τίς ἂν εἰσέλθοι; Σ. εἰς ὑποδίπλωσιν φολίδος αὐτοῦ τίς ὑποδύσει; Lxx. *in squamas alias aliis incumbentes*, sive *in plicam thoracis ejus quis ingrediatur?* Sym. & alii, *in duplicitatem squamæ ejus quis subibit?* Vulg. *& medium oris ejus quis intrabit?* Alii, *quis pertingat inter utranque maxillam ejus, ut frænum adhibeat?* Vers. Tigur... Quidam ex usu Arabico, *ad rugas nasi ejus* (quibus, ut canis irritata, iram designat) *quis accedet?* R. רָסַן Arabibus (Fut. O.) *ligavit*, spec. *capistro*, *fune*, *qui naso incumbit*, *constrinxit*, *instruxit* equum... Hinc Arab. מרסן *márſinon*, *nasus*...

רֶסֶן Mass. & Vulg. *Résen*, nom. propr. urbis Babyloniæ percelebris, nunc dictæ גהיאגן *Gehiágán*, Benj. Itin. p. 75... ædificatæ ab Assur *inter Niniven & Chale*, Gen. 10. v. 12. Etym. *capistrum*... à רֶסֶן, idem...

רסם QAL, unde INFIN. cum præfix. לָרֹס אֶת־הַסֹּלֶת, Ezech. 46. v. 14. O. τοῦ ἀναμίξαι τὴν σεμίδαλιν... Lxx. *ad miscendam similam*... Sym. & alii, *ut aspergatur similâ*... Vulg. & alii, *ut misceatur similæ*... Alii, *ad conspergendam*, *macerandam*, *humectandam*, *subigendam*... *similam*... Chald. *ut misceatur cum similâ*...

רַע, רָע, m. Lxx. Aq. Sym. Theod. κακός, ὄν, πονηρός, Lxx. ἄδικος, ον, αἰσχρός, ἀσεβής, ἁμαρτωλός, παράνομος, ἐχθρός, σκυθρωπός, Sym. κακοῦργος, ἀηδής, Lxx. Sym. κακία, Lxx. πονηρία, Lxx. Aq. Sym. Theod. κάκωσις, Lxx. ἀδικία... Vulg. & alii, *malus*, *improbus*, *nequam*, *infaustus*, *perniciosus*, *ignavus*, *timidus*, *ignobilis*, *humilis*, *abjectus*, *pauper*, *vilis*, vel *vilis vetusque*, *imperitus*... Neutr. *malum*... *scelestus*, *pravus*, *malus*, i. *male se habens*, *vitiosus*, *vitiatus*... *injustus*, *iniquus*, *injurius*... Neutr. *iniquum*... *turpis*, *fœdus*, *deformis*, cui opponitur καλός... *impius*, *irreligiosus*, *qui non colit*, *nec veneratur cæleste numen*... *peccator*, in Novo Test. ponitur pro, *qui peccatis est deditus*... *contra leges faciens*, *legum violator*... *invisus*, *infensus*, *infestus*, *inimicus*, cui opponitur φίλος... *tristem vultum gerens*, *contrahens supercilium*... *maleficus*, *facinorosus*... *insuavis*, *injucundus*, *odiosus*, vel neutr. *odiosum*... Substantivè, *improbitas*, *vitium*, *ignavia*, *timiditas*, *probrum*, *dedecus*, *ærumna*... *nequitia*, *malitia*, *pravitas*, *defectus*, *inopia*, *vitæ conditio misera & laboriosa*... *vexatio*, *infestatio*, *offensio*, *mala tractatio*... *injustitia*, *iniquitas*, *scelus*, *injusta*, seu *iniqua*, *actio*... Lxx. item, per antiphrasin, ἄκακος *innocens*... καλός *pulcher*... μέγας *magnus*... Sed reducebant ad רָעָה *pasco*, (Lat. *rego*...) *socium*, *amicum ipse me præbeo*, unde ὁ πλησίον *proximus*... ἕτερος *alter*... Substantivè, γνῶσις *cognitio*... Verbaliter, κακόω *malis afficio*... πονηρεύομαι *male facio*... γλύφω *insculpo*... μὴ ἀρέσκω *non placeo*... רַע דִּבְרֵי רַע κρίσις *judicium*... רַע עַיִן βάσκανος *fascinator*, *obtrectator*, *malevolus*, *invidus*... רַע בְּעֵינַי μὴ ἀρέσκω *non placeo*... עֹשֵׂה רָע κακοποιέω *male-facio*... וְכָל־יֵצֶר מַחְשְׁבֹת לִבּוֹ רַק רַע כָּל־הַיּוֹם, Gen. 6. v. 5. O. καὶ πᾶς τις διανοεῖται ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ ἐπιμελῶς ἐπὶ τὰ πονηρὰ πάσας τὰς ἡμέρας. *& unusquisque cogitat in corde suo diligentiam curamque ad-*

bibet ad mala facienda *omnibus diebus.* Vulg. *& cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore.* Alii, *& omnis forma cogitationum cordis ejus tantùm mala omni die.* Cocc. In pausa, unde τὸ (ַ) in (ָ) mutatum, nisi ex רֵעַ deducendum, אֹהֲבֵי יְהוָה שִׂנְאוּ רָע, Psal. 96. Hebr. 97. v. 10. *qui amatis Dominum odio habere malum*... Cum præf. הָרַע, & cum (ָ) sub ר & (ו), quod scil. conjungat duo nomina, quorum posterius est monosyllabum, vide Gram. Hebr. t. 1. p. 385. c. 2. וָרָע *& malum*... Sic הָרָע, הָרַע *malum*... וְהָרַע, וְהָרָע *& malum*... בָּרָע, (O. τὸ ὅρμημα *impetus*... Exod. 32. v. 22.) excluso ה articulo, בָּרָע *in malo, in, ad, malum*... לָרָע, *in, ad, malum*... Cum (ָ) sub ר, vide mox supra, לָרָע *malum*... extrito ה articulo, לָרַע *malum, ad malum*... Cum (ַ) sub ר, לְרַע *ad malum*... מֵרָע, מֵרַע *à malo*... לְמֵרַע *à malo*... לְמֵרָע *in malum*... utrunque, nempe לְמֵרַע, & in pausa, לְמֵרָע est Benoni f. m. τοῦ Hiphil הֵרַע Verbi רָעַע, contractum scil. ex מֵרַע, hic substantivè sumptum... Plur. m. רָעִים, cum (ָ) sub ר vel ad compensandum (ו) amissum, si reducas ad רוּעַ, vel daghésch, è ר rejectum, si ad רָעַע referas, vide Gram. Hebr. t. 1. p. 59. c. 2... *mali*, neutr. *mala*... Cum præf. וְרָעִים *& mali*... הָרָעִים *mali*... Constr. remanente τῷ (ָ) ut in absoluto, quod vide mox supra, רָעֵי *mali*... Fem. sing. רָעָה, Lxx. πονηρὰ, ἀδικία, κακία... Vulg. & alii, *improba, scelesta, prava*... Substantivè, *injustitia*... *malitia*... חַיָּה רָעָה, Gen. 37. v. 33. *fera mala*, Vulg. *pessima*... יֵשׁ רָעָה חוֹלָה, Eccl. 5. v. 12. O. ἔστιν ἀῤῥωστία... Lxx. *est tædium* subjiciens animos, *quod sensi*... Vulg. *est & alia infirmitas pessima*... Alii, *est malum ægrum*, i. e. ægrum faciens, sive afferens ægritudinem... meton. causæ, ut *pallida mors*, h. e. pallere faciens... Cum præf. וְרָעָה *& malus, a, um*... הָרָעָה *malus, a, um*... מִדַּרְכּוֹ הָרָעָה, 3. Reg. 13. v. 33. *à via sua mala*... O. ἀπὸ τῆς κακίας αὐτοῦ... *à malitia sua*... בָּרָעָה, & excluso ה articulo, בְּרָעָה *in malo, malum*... לָרָעָה, לְרָעָה *in, ad, malum*...

וּלְרָעָה *& in malum*... מֵרָעָה *à malo*... Constr. remanente τῷ (ָ) penult. ut in plurali masc. quod vide supra, col. præced... רָעַת *malum, malitia*... Cum præf. וְרָעַת *& malum*... מֵרָעַת *à malo*... Cum affix. רָעָתוֹ *malum, malitia ejus*, m... Cum præf. & affix. וְרָעָתוֹ *& malum ejus*, m... בְּרָעָתוֹ *in malum suum*, m... כְּרָעָתוֹ *juxta malum suum, ejus*, m... לְרָעָתוֹ *in malum ejus*, m... מֵרָעָתוֹ *à malo suo, ejus*, m... רָעָתָהּ *malitiam suam*, f... רָעָתְךָ, & in pausa, unde τὸ (ְ) in (ֶ) mutatum, רָעָתֶךָ *malum tuum*, m... בְּרָעָתֶךָ *in malo tuo*, m... רָעָתֵךְ, & ex Syriasmo, addito (י) in fine, vide Gram. Lud. *de Dieu*, p. 152. רָעָתֵכִי *malum tuum, malitia tua*, f. בְּרָעָתֵךְ *in malitia tua*, f... וּבְרָעָתֵךְ *& in malitia tua*, f. רָעָתִי *malum meum*, c... בְּרָעָתִי *malum meum*, c... רָעָתָם *malum, malitiam ipsorum, suam*... בְּרָעָתָם *malitiâ suâ, ipsorum*... וּבְרָעָתָם *& propter malum ipsorum*... מֵרָעָתָם *à malitia ipsorum, sua*... רָעַתְכֶם *malum vestrum*, m. Plur. רָעוֹת *mali, æ, a*... Cum præf. וְרָעוֹת *& malæ, malitiæ*... הָרָעוֹת *malæ, mala, malitiæ*... וְהָרָעוֹת *& malæ*... בְּרָעוֹת *malis*... לְרָעוֹת *ad mala*... Cum præf. & affix. regiminis, τῷ (ָ) penult. remanente, uti in plurali masc. quod vide supra, col. præced. בְּרָעוֹתֵיהֶם *in malis ipsorum*, רָעוֹתֵיכֶם *malis vestris*, m... R. רָעַע *fregit, confregit, contrivit*... vel רוּעַ *malus fuit, displicuit*...

רַע m. Chald. unde cum præf. א, vel potiùs pro (ו) radicali, & altero in fine, sed quasi redundante, אֲרַעא מִנָּךְ, Dan. 2. v. 39. O. ἥττων σου... Lxx. Vulg. & alii, *minus, inferius, humilius, tui*, vel *tuo*, regno... R. רוע Arab. *parvus, exilis, debilis*... *fuit.* Hinc, amisso (ו), (uti (י) in דַּע *scientia*, à יָדַע *scivit*...) רַע *debilius*... Cum præfix. ל, מ, adverbiascit, לְרַע, מִלְּרַע, (מִלְּרַע fortè contractè, pro מִן לְרַע, daghésch ex ל, τῷ (ִ) affecto, ut fit, excidente...) *sub, subtus, infra, infernè*, q. d. ad inferiores partes...

רֵעַ m. *clangor, vociferatio*... Mich. 4. v. 9. *quare* תָּרִיעִי רֵעַ, O. ἔγνως κακά; Lxx. *cognovisti mala*, i. e. Vulg. *mœrore contraheris?* referebant ad רוּעַ, vel יָדַע, quasi ex forma τῆς דֵּעַ *scientia*, à יָדַע *scivit*... Alii, *voci-*

feraris vociferatione, vel *vociferando*? (in Infinitivo scil. τῶ Hiphil, amissâ characteristicâ, הַ, vide Gram. Hebr. t. 1. p. 258. c. 2.) i. e. indesinenter vociferaris? Alii, *ingemiscis? ejulas?* Cum præf. & affixo ה Arab. pro (ו) Hebr. Exod. 32. v. 17. *& audivit Josue vocem populi* בְּרֵעֹה, O. κραζόντων... Lxx. *clamantium*... Vulg. in singulari, *vociferantis*... Alii, *in vociferatione sua*... Alii, *in clangore suo*... R. רוּעַ *clanxit, vociferatus est*...

רֵעַ m. Lxx. Theod. φίλος, Lxx. Aq. Sym. ἑταῖρος, Lxx. γνώριμος, Lxx. Sym. Theod. ὁ πλησίον, Lxx. ἀδελφός, ἕτερος, πολίτης, ποιμήν... Vulg. & alii, *amicus, qui amat*, vel *qui amatur, charus, gratus*... *sodalis, familiaris, socius*... *notus*... *qui in propinquo est, proximus*... *frater*, propriè, *uterinus*... *alter*, propriè de duobus... *civis, concivis*... *pastor*, hinc *Pharao* (commune Regum Ægyptiorum nomen) Copticè, Πιειω *Pirío*, i. e. Gr. ὁ ποιμήν, Gallicè, *le Pasteur*, à Π, articulus Copticus, vel Ægyptiacus, Gr. ὁ, Gal. *le*... & à dictione Coptica, vel Ægyptiaca, ρίω *Río*, (Hebraicè, רֵעַ *Réa*, Chaldaicè, רְהָ *Ráeh*, vel רֵהּ *Réch*, Latinè, *Rex*, Gallicè per metath. ex Copt. Ρίω *Río*, *Roy*...) Gr. Ποιμήν, Gall. *Pasteur*... Vide suprà, פַּרְעֹה *Paroh*, sive *Pharao*, col. 1923... Lxx. item, ex רוּעַ, κακός *malus*... πονηρός *improbus*... ἀντίδικος *adversarius*... πένης *pauper, miser*... ἡ ὕπανδρος *subjecta viro*... Substantivè, κακία *malitia*... Verbaliter, φιλέω *amo*... כָּל־רֵעַ רָכִיל יַהֲלֹךְ, Jerem. 9. v. 3. *omnis amicus obtrectat*... Cum præfix. וְרֵעַ, & cum (·) sub (ו), quòd conjungat duo nomina, quorum posterius est monosyllabum, וָרֵעַ *& socius*... חָרֵעַ *amicus*... אַל־תַּאֲמִינוּ בְרֵעַ, Mich. 7. v. 5. *ne confidatis amico*... כְּרֵעַ *quasi amico*... לְחָרֵעַ *amico*... Cum aff. רֵעוֹ *socius ejus*, m. ... Cum præf. & affix. וְרֵעוֹ *& amicus ejus*, m... אִישׁ אֶת־רֵעֵהוּ, Psal. 11. Hebr. 12. v. 3. O. ἕκαστος πρὸς τὸν πλησίον αὐτοῦ... Vulg. Lat. *unusquisque ad proximum suum*... Cocc. *alter cum altero*... אִישׁ בְּרֵעֵהוּ, Jud. 7. v. 22. ... O. εἰς ἀλλήλους... *ad invicem, mutuò*, sive *alterius in alterum*... אִישׁ־לְרֵעֵהוּ, Exod. 18. v. 7. O. ἀλλήλους *alii aliis, alii alios, alter alteri, alter alterum*... *quisque amico, proximo suo*, m... מֵרֵעֵהוּ *à socio suo*, m... מֵרֵעָהּ *ab amico suo*, f... וְרֵעַ אָבִיךָ אַל־תַּעֲזֹב (a) וְרֵעֲה רֵעֲךָ, Prov. 27. v. 10. *amicum tuum & amicum patris tui ne relinquas*... (a) Scribitur וְרֵעֲה, sed legitur וְרֵעַ... fortè legendum רֵעֵה אָבִיךָ, uti רֵעֵה דָוִד, 2. Reg. 15. v. 37. Ubi status videtur absolutus pro constructo. Sed est ellipsis nominis constructi, quod ita supplendum est: רֵעֵה רֵעֵה דָוִד *amicus, amicus*, inquam, *David*, i. e. amicissimus, vide Gram. Hebr. t. 1. pp. 121. & 122... In pausa, רֵעֶךָ *proximus tuus*, m... בְּרֵעֲךָ, & in pausa, בְּרֵעֶךָ *contra proximum tuum*, m. לְרֵעֲךָ *proximo tuo*, m... In pausa, לְרֵעֶךָ *proximum tuum*, m... רֵעִי *amicus meus*, c... Cum (י) עד (-) indice, וְתִכְרוּ עַל־רֵיעֲכֶם, Job. 6. v. 27. *quùm foderitis sub amico vestro* foveam, in quam incidat... Plur. רֵעִים *amici, socii*... Constr. רֵעֵי *amici*... Cum affix. רֵעָיו *amicos suos*, m... Cum præf. & affix. absque (י) plur. num. indice, וְרֵעֵהוּ *& amicos ejus*, m... רֵעֶיהָ *amici ejus*, f... רֵעֶיךָ *amici tui, sodales tuos*, m... רֵעַיִךְ *proximos tuos*, f... וְרֵעֶיךָ *& amici tui*, m... לְרֵעֶיהָ, 2. Reg. 12. v. 11. *proximis tuis*, plur. pro singul. numeri enallage haud infrequens... In pausa, unde τὸ (-) in (·) mutatum, רֵעָי *amici mei*, c... וְרֵעַי, & in pausa, וְרֵעַי *& amici mei*, c... רֵעֵיהֶם *proximis suis, amicorum suorum*, m... R. רָעָה *pavit se*, vel *alios*... unde רֵעַ (formæ כֵּם *solium*, בֵּן *filius*...) *amicus*... mensa enim, sicut & obsequium, amicos parit...

רֵעַ m. Lxx. διαλογισμός, ἔννοια... Vulg. & alii, ex usu Chaldaico, *ratiocinatio, cogitatio hominis secum ratiocinantis*... *indigentia, egestas*, (à רוּעַ *malus, miser*... *fuit*) *precatio*, vel potiùs, *deprecatio*... Lxx. item, Verbaliter, σύνειμι *conversor, dissero, sermocinor, in conventu*, aut *convivio discepto, disputo, commentor, unà sum*... à רָעָה *pavit*... *consociavit se*... Cum præfix. & affix. לְרֵעִי *cogitationem meam*, c... Plur. cum affix. & (-) sub ר remanente ad compensandam secundam radic. deper-

Digitized by Google

ditam, vide Gram. Hebr. t. 1. p. 94. c. 1. וְלִי מַה־יָּקְרוּ רֵעֶיךָ אֵל מֶה עָצְמוּ רָאשֵׁיהֶם (*mahijâquerôn*), Psal. 138. Hebr. 139. v. 17. Ἄλλος, καὶ ἐμοὶ τίμιοι ἐγένοντο οἱ ἑταῖροί σου Θεός... Ἄλλος, καὶ ἐμοὶ λίαν ἐτιμήθησαν οἱ φίλοι σου ὁ Θεός... Ο. ἐμοὶ δὲ λίαν ἐτιμήθησαν οἱ φίλοι σου ὁ Θεός, λίαν ἐκραταιώθησαν αἱ ἀρχαὶ αὐτῶν. Α. αἱ κεφαλαὶ αὐτῶν ἐκραταιώθησαν. Σ. παμπληθεῖς μοι ἦσαν αἱ κεφαλαὶ αὐτῶν. Θ. ἐκραταιώθησαν οἱ πένητες αὐτῶν. Hebr. *& mihi quàm pretiosæ fuerunt cogitationes tuæ, Deus: quàm invaluerunt capita eorum.* Alius, *& mihi pretiosi fuerunt amici tui, Deus*... Alius, *& mihi valde honorati sunt amici tui, Deus*... Lxx. Vulg. Lat. *mihi autem nimis honorati amici tui, Deus: nimis confortati sunt* (Vulg. Lat. *confortatus est*) *principatus eorum.* Aq. *capita eorum roborata sunt.* Sym. *quàm plurima erant mihi capita eorum.* Theod. *roborati sunt pauperes eorum.* S. Hieronymus, *mihi autem quàm honorabiles facti sunt amici tui, Deus: quàm fortes pauperes eorum.* Theod. S. Hieron. legebant רָשֵׁיהֶם pro רָאשֵׁיהֶם... Alii, mox laudati, referebant τὸ רֵעֶיךָ ad רָעָה, Hebr. *pavit... consociavit se, socium, amicum se præbuit*... Alii verò ex רעה Chald. Syr. *cogitavit*... sic vertunt: *Apud me verò quàm enumeratu difficiles sunt cogitationes tuæ, ô Deus! Quàm grandes earum summæ!*

רֵשׁ m. vide supra רִישׁ, col. 2408.

רעב QAL (ex forma (-), Lxx. Aq. Sym. Theod. πεινάω... Vulg. & alii, *esurio, fame premor*; metaphoricè, *appeto, desidero*...

Præt. 3. p. plur. c. cum præf. in pausa, quare τὸ (-) punctum primariæ vocis sub ע revocatur, כְּפִירִים רָשׁוּ וְרָעֵבוּ, Psal. 33. Hebr. 34. v. 11. *juvenes leones depauperantur & esuriunt*...

Fut. 3. p. s. m. ex forma (-), יִרְעַב, & in pausa, quare τὸ (-) in (-) mutatum, יִרְעָב *esurierit*... 3. p. s. f. in pausa, תִּרְעָב *esuriet*... Cum præf. וַתִּרְעַב *quum fame laboraret*... 1. p. s. c. אֶרְעַב *esuriero*... 3. p. pl. m. in pausa, unde τὸ (-) primariæ vocis revocatum in (ˆ) sub ע mutatum, יִרְעָבוּ *esurient*... 2. p. plur. m. in pausa, תִּרְעָבוּ *esurietis*... 1. p. plur. c. in pausa, נִרְעָב *esuriamus*...

HIPHIL הִרְעִיב, Lxx. λιμαγχονέω, λιμοκτονέω... Vulg. & alii, *fame, inediâ, affligo*, (*neco*, q. d. *strangulo*...) *fame conficio*... Alii item, *esurire facio*, vel *sino*...

Fut. 3. p. s. m. לֹא־יַרְעִיב יְהוָה נֶפֶשׁ צַדִּיק, Proverb. 10. v. 3. *non sinet esurire Dominus animam justi*... *animam justi*, pro *ipsum justum, hominem justum*... Hebraismus imo, Orientalium ἰδιωτισμός, τὸ enim נפש Hebræis, Chaldæis, Syris, Æthiopibus... pro *anima, mens, corpus, ipse, homo*... usurpatur... Cum præf. & affix. absque (י) in penultima, τῷ (.) indice, ac in pausa, quare τὸ (·) in (-) ante affixum mutatur, וַיַּרְעִבֶךָ *& esurire te fecit*...

רָעָב m. Lxx. Aq. Sym. Theod. λιμός... Vulg. & alii, *fames, esuries... caritas annonæ, penuria... cibi potusque* imò, *cujusvis* etiam *rei cupiditas*... וְהִשְׁלַחְתִּי רָעָב בָּאָרֶץ לֹא־רָעָב לַלֶּחֶם וְלֹא־צָמָא לַמַּיִם כִּי אִם־לִשְׁמֹעַ אֵת דִּבְרֵי יְהוָה, Amos. 8. v. 11. *& mittam famem, desiderium*, à רעב Arabibus, *voluit, desideravit... in terram: non desiderium cibi; neque desiderium*, sive *sitim* potiùs, seu *aquæ*; *sed* desiderium *audiendi verbum Domini.* Confer Joan. 7. v. 37... Cum præf. וְרָעָב *& fames*... הָרָעָב *fames*... וְהָרָעָב *& fames*... בְּרָעָב *in fame*... Excluso ה artic. בָּרָעָב *fame, in fame*... וּבָרָעָב *& in fame*... לָרָעָב *fami, ad famem*... מֵרָעָב *à fame*... Cum præf. & affix. לִרְעָבָם, Nehem. 9. v. 15. O. εἰς, Vatic. σιτοδοτίαν, Ald. Complut. σιτοδοσίας, al. σιτοδείας, Alex. σιτοδίαν, αὐτῶν... Lxx. *in*, Vatic. Ald. Complut. *frumentationem*, sive *annonam*... al. Alex. & alii, *in annonæ penuria*, Vulg. & alii, *in fame eorum*... R. רָעַב *esurivit*... Arabibus, *voluit, desideravit, expetivit*... unde רָעָב *esuries, fames, annonæ caritas, penuria, cibi potus*que *aliùsve rei desiderium, cupiditas*...

רָעֵב m. Vulg. & alii, *esuriens, famelicus*... Lxx. ἐν ἐνδείᾳ *in indigentia* constitutus... δίκαιος *justus*... Substantivè, λιμὸς *fames* ... Verbaliter, πεινάω *esurio*... sed hæcce

Digitized by Google

significatio non ad Benoni, sive participium, referenda, sed ad Verbum ipsum ex forma scil. (-), רָעֵב, quod vide supra, col. 2487... *πινω bibo*.... רָעֵב וְעָיֵף וְצָמֵא בַּמִּדְבָּר, 2. Reg. 17. v. 29. *esuriens, & lassus, & sitiens in deserto.* אִם־רָעֵב שֹׂנַאֲךָ הַאֲכִלֵהוּ לָחֶם, Proverb. 25. v. 21. *si esuriat inimicus tuus; ciba illum pane: aut si sitiat; propina ei aquam.* Panis & aqua, non vinum... exiguntur.... לְהָרִיק נֶפֶשׁ רָעֵב, Isai. 32. v. 6. *ad exhauriendam animam famelici*, Cocc... Cum præf. וְרָעֵב *& famelicus*... הָרָעֵב *famelicus*... לָרָעֵב, & excluso ה artic. לָרָעֵב *esurienti*... וּמֵרָעֵב *& à famelico*... Sing. fem. servato (-) masculini generis, quod ibi (i. e. in Benoni f. pl. f. & in pl. m. in aliis etiam nominibus ejusdem formæ) sæpe accidit, sive motio primæ radicalis sit (-), sive (ו), vide Gram. Hebr. tom. 1. pp. 60. c. 1... 164. c. 1. רְעֵבָה *famelica*... Plur. m. servato, uti mox supra, τῷ (-) τῆς singularis, רְעֵבִים *famelici*... Cum præf. וּרְעֵבִים *& famelici*... Excluso ה articulo, לָרְעֵבִים *famelicis*... R. רָעֵב *esurivit*...

רַעֲבוֹן m. Lxx. *λιμός, σιτοδεία*... Vulg. & alii, *fames (parva) rei frumentariæ penuria, caritas*... Non autem *frumenti datio*, uti in indice Hebr... ad hancce vocem & רָעָב posuit Trommius... Constr. וְאֶת־רַעֲבוֹן בָּתֵּיכֶם קְחוּ וָלֵכוּ, Gen. 42. v. 33. Targ. וְיָת־עִבּוּרָא־דְחָסִיר בְּבָתֵּיכוֹן סִבוּ *& frumentum, quod deficit in domibus vestris, tollite*.... Hebr. ad verbum: *famem domorum* vestrarum tollite, h. e. alimentum, quo destituuntur... Munst. Vel, est defectiva locutio, pro שֶׁבֶר רַעֲבוֹן, i. e. *remedium famis*, per metonymiam subjecti, Pisc. pro, *fame*, hoc est, frumentum pro, fame ut Ch. habet. Tales defectus frequentes sunt; ut *Goliah*, 2. Sam. 21. v. 19. pro, *fratrem Goliah*, 1. Chron. 20. v. 5. Ainsw. R. רָעֵב *esuriit*... unde רַעֲבוֹן *fames parva*, sive *rei frumentariæ penuria*... Hâcce enim in וֹן *ôn*, terminatione formantur diminutiva, omnibus ferè in linguis, Hebr. אִישׁוֹן *ischón*, *pupilla*, Psal. 17. Hebr. 18. v. 8. ab אִישׁ *vir*; quod in oculo parva quædam imago viri conspiciatur... Chald. בִּרְיוֹן *birión*, *homo nihili*... Syr. ܒܪܘܢ *bróun*, emphat. ܒܪܘܢܐ *brounón*, *filiolus*... Arab. بنى *bounaíion*, idem... Gr. *κλαδίον ramusculus*, à *κλάδος ramus*... *ἀνθρώπιον*, *ἀνθρωπάριον*, *ἀνθρωπισκάριον*... Lat. *homuncio*... Ital. *homuncino*... Hispan. *calçon*, à *calça*, Gallicè, *chausson*, à *chausse*...

רָעַד QAL, Gr. *ὀρρωδέω vereor, horreo*... *τρέω tremo*... *ὀρρωδία timor, terror*... Lat. per metath. *terreo, or, terror*... Av.

Fut. 3. p. s. f. ex forma (-), quod in (-) ob pausam mutatur, הַמַּבִּיט לָאָרֶץ וַתִּרְעָד, Psal. 103. Hebr. 104. v. 32. O. *ὁ ἐπιβλέπων ἐπὶ τὴν γῆν καὶ ποιῶν αὐτὴν τρέμειν*... Vulg. Lat. *qui respicit terram & facit eam tremere*... Alii, *quo intuente, tremit ipsa*...

HIPHIL הִרְעִיד *tremo*...

Ben. s. m. עָמַדְתִּי מַרְעִיד, Dan. 10. v. 11. *steti (surrexi)* O. Θ. *ἔντρομος*. Vulg. & alii, *tremens*. Minùs jam commotus, sed commotus tamen, ob Angeli præsentiam, Grot. Plur. מַרְעִידִים עַל־הַדָּבָר וּמֵהַגְּשָׁמִים, Esdr. 10. v. 9. O. *ἀπὸ θορύβου αὐτῶν περὶ τοῦ ῥήματος, καὶ ἀπὸ τοῦ χειμῶνος* *præ turbatione sua* (τὸ ם finale pro affixo habuêre) *de facto* (a), *& ab hyeme*. Vulg. *trementes pro peccato & pluviis*. Alii, *trementes propter verbum illud* (b), *& ab imbribus*... (a) *de facto*, malo scil. unde Vulg. *pro peccato*.... Nempè, quòd secuti essent connubia & affinitates contra legem... (b) *propter verbum illud*, sive *rem illam*, seu *negotium illud*, ob quod scilicet convenerant illuc. Vatabl. Tremebant interiùs, ex conscientia sceleris, metuque judicii divini: exteriùs, ob pluvias & frigora. Malvenda, Com. à Lapide...

רַעַד m. Lxx. *τρόμος*... Vulg. & alii, *tremor*... In pausa, unde τὸ (-) penult. in (-) mutatum, יֹאחֲזֵמוֹ רָעַד, Exod. 15. v. 15. *occupabat eos tremor*... Cum præfixo (ו) τῷ (-) affecto, quod conjungat duo nomina, quorum posterius est dissyllabum penacutum, vide Gram. Hebr. t. 1. p. 385. c. 2. יִרְאָה וָרַעַד יָבֹא בִי, Psal. 54. Hebr. 55. v. 6. *timor & tremor invadit me*... R. רָעַד *tremuit*...

Digitized by Google

רְעָדָה f. Lxx. τρόμος, Sym. φρίκη... Vulg. & alii, *tremor*, *horror*... אָחֲזָה רְעָדָה חֲנֵפִים, Isai. 33. v. 14. *occupavit tremor hypocritas*... Cum præf. וּרְעָדָה *& tremor*... עִבְדוּ אֶת־יְהוָה בְּיִרְאָה וְגִילוּ בִּרְעָדָה, Psal. 2. v. 11. *colite jam, adorate*, (ex usu Arabico) *Jehovam cum timore*; (1.) *obite, circumite cum tremore*; (2.) *osculamini* (3.) ejus *filium*...(1.) *obite, circumite*...Templa, non jam idolorum, sed Veri Numinis... וַיְפַסְּחוּ, 3. Reg. 18. v. 26. *obibantque*.... Saltabant circum altaria, ut Salii. Tale & illud in Epigrammate,

Ἔλθετε πρὸς τέμενος γλαυκώπιδος ἀγλαὸν Ἥρης
Λεσβίδες, ἁβρὰ ποδῶν βήματ' ἐλισσόμεναι.
Ἔνθα καλὸν στήσασθε θεᾷ χορόν. ὔμμι δ' ἐπάρξει
Σαπφὼ χρυσείην χερσὶν ἔχουσα λύρην. Grot.
(*Venite ad splendidum Cæsiæ Junonis Templum,*
O puellæ Lesbiæ, molliter incedentes, illic
Deæ pulchram Choream instituite, vobis
Auspicabitur Sappho, auream in manu tenens lyram.)

Fortè ritus ei similis, 4. Æneid.

Aut ante ora Deûm pingues spatiatur ad aras. Mar.

(2.) *osculamini*... osculo manuum Principes adorabant, sicut hodie Indi. Muis. ex Aben-Esra... In Sacris, qui adorabant, manus osculabantur, uti Job. 31. v. 27...(aut osculabantur ipsum, quem adorabant, uti hîc & 3. Reg. 19. v. 18...) Cùm manum alterius osculari non liceret, suam pro aliena eodem significatu osculabantur, Grot. (3.) ejus *filium*, Chald. בַּר, nempè, Filium Dei, Messiam, ex v. 7... R. רָעַד *tremuit*...

רָעָה QAL. (Lat. *rego*, alternato scil. *g* & ע, uti ex עֲמוֹרָה, Gr. Γόμοῤῥα, Lat. *Gòmorrha*, Gal. *Gòmorre*....) Lxx. Aq. βόσκω, Lxx. βόσκομαι... Lxx. Sym. Theod. νέμω, Lxx. Aq. Sym. VI^a. editio, νέμομαι.... Lxx. Aq. Sym. ποιμαίνω, Lxx. Sym. ποιμαίνομαι, (Lxx. ποιμὴν εἰμι, συμβόσκω, συμβόσκομαι, τρέφω, κατανέμομαι, Sym. καταβόσκομαι... Vulg. & alii, *pasco*, *alo* (*more pecudum*)... *pascor*... *ipse me pasco*... *tribuo*, *distribuo*, *attribuo*... *tribuor*, *distribuor*; activè, *divido*, *partior*... *curo*, *curam gero*... *curor*... *pastor* (cujus omnia complectitur officia, nempè, *educere oves*, *regere*, *tueri*, *alere*, *potare*...) *sum*... *simul pasco*, *or*... *nutrio*, *educo*... *possideo*, *fruor*... *depasco*, (*contero*, *affligo*, à רָעַע...) *or*... Lxx. item, per ד legentes, γινώσκω *cognosco*... ἐπίσταμαι *scio*... φρονέω *sapio*... ὑπομένω *sustineo*... συμπορεύομαι *unà proficiscor*... πονηρός εἰμι *malus sum*... Adjectivè, πονηρός *malus*, à רָעַע vel רָעַע ... Metaphoricè, *ipse me socium*, *amicum præbeo*, *consocio*... ut inter greges simul pascentes mutua est societas & amicitia, Buxt. Lex. Construitur aliquando cum accusat. cum præposit. ב... aliquando est activum...

Praet. 3. p. s. m. cum præf. וְרָעָה הַכַּרְמֶל וְהַבָּשָׁן, Jerem. 50. v. 19. *& pascet Carmelum & Basan*... Ο. νεμήσεται ἐν τῷ Καρμήλῳ... fruentur Carmelo pascentes, Cocc. ... 1. p. s. c. cum præf. & affix. וְרָעִיתִים *& pascam eos*... 3. p. plur. c. רָעוּ *paverunt*... Cum præf. וְרָעוּ *& pascent*... Cum præfix. & affix. וְרָעוּם *& pascent eos*...

Ben. s. m. רֹעֶה, Lxx. Aq. Sym. ποιμήν, Sym. νομεύς... Vulg. & alii, *pascens*, *pastor*.... Quo nomine olim appellabatur Rex Ægyptiorum. Hinc enim (cum Coptico Π, vel π,) articulo nomen τὸ פַּרְעֹה *Pharáo*, quod vide supra, col. 1923. Hinc & ipsum nomen Lat. *Rex*, Gal. *Roy*... *dator*, *largitor*, *distributor*, *possessor*. Lxx. item, κατακολουθῶν *sequens*... ἴασις *sanatio*... νομάς *in pascuis degens cum reliquo armento*, vel etiam *gregalis*... ποιμνικός *pastoralis*... ὄρος *mons*... μὴν *mensis*... מִשָּׁם רֹעֶה אֶבֶן יִשְׂרָאֵל, Gen. 49. v. 24. Ο. ἐκεῖθεν ὁ κατισχύσας Ἰσραὴλ... *inde qui confortavit Israël*... Vulg. & alii, *inde pastor egressus est lapis Israël*... Quidam, *inde* (מֵאֵל אָבִיךָ, v. 25. *à Deo patris tui*...) *pastor*, Joseph, Ægyptiis, genti, sive familiæ, suæ, aliisque gentibus... *& lapis*, i. e. basis... τὸ *Israël*... Cum præf. וְרֹעֶה *& pascens*... *& consocians se*... הָרֹעֶה *pascens*, *qui pascit*,

Digitized by Google

pastor... הָאֱלֹהִים הָרֹעֶה אֹתִי *Deus, qui pascit me*... הָרֹעֶה בַּשּׁוֹשַׁנִּים, Cant. 2. v. 16. *qui pascit in liliis.* Pastum agit oves suas in liliis, Cocc... כְּרֹעֶה *velut pastor*... לְרֹעֶה *in pastorem*... מֵרֹעֶה *à pastore*... Constr. רֹעֵה *pastor*... Cum affix. רֹעִי *pastor meus*, c... Plur. רֹעִים *pastores*... Cum præf. הָרֹעִים *pastores*... וְרֹעִים *& pastores*... וְהָרֹעִים *& pastores*... Excluso ה articulo, לָרֹעִים *pastoribus*... Constr. רֹעֵי *pastores*... Cum affix. רֹעֶיךָ *pastores tui*, m... רֹעַיִךְ *pastores tuos*, f... רֹעַי *pastores mei*, c... רֹעֵיהֶם *pastores ipsorum*... Cum præf. & affix. וְרֹעֵיהֶם *& pastores ipsorum*... Sing. fem. רֹעָה *pascebat*... שֵׁן רֹעָה, Proverb. 25. v. 19. O. ὁδὸς κακῦ... *via mali*... ὁδὸς, ex oscitatione amanuensium, pro ὀδὼς... Vulg. *dens putridus*... Alii, *confractus*, quasi à רְעַע Chaldæis, *confregit*... Alii, *vitiatus*.... Cocc. *depascens*... Plur. רֹעוֹת *pascentes*...

INFIN. רְעוֹ ה in (ו) converso, ob hhólem scil. præcedens, ex Arabismo, quo quiescentes post vocales heterogeneas iis fiunt homogeneæ, uti נוי *nóiion*, pro נאוי *nóiion*, *incile*... Vide Synops. Instit. Arabicarum Altingi, p. 7. (1.) Addito ת, ne vox videlicet in vocalem terminaretur... Cum præf. לִרְעוֹת *ad pascendum* מֵרְעוֹת *à pascendo*... Cum præf. & affix. רְעוֹ ה in ת mutato, vel potiùs deperdito, בִּרְעֹתוֹ *in pascendo ipse*, sive *cùm pasceret ipse*...

IMPER. 2. p. s. m. רְעֵה *pasce*... Cum præf. וּרְעֵה *& pascere*... Cum præf. & aff. וּרְעֵם *& pasce eos*... 2. p. s. f. cum præfix. וּרְעִי *& pasce*... 2. p. plur. m. רְעוּ *pascite*...

FUT. 3. p. s. m. Proverb. 15. v. 14. *cor intelligens quærit scientiam:* וּפִי כְסִילִים יִרְעֶה אִוֶּלֶת *& os stultorum pascitur stultitiâ*, Alii, *imperitiâ*, Cocc. *levitate*... Scribitur וּפְנֵי *& facies*... sed legendum וּפִי *& os*... licet in quibusdam exemplaribus sit וּפְנֵי *& facies*, ut notant hîc Massorethæ, (Gej.) qui observant Nun in ״י, h. e. *sexdecim*, locis redundare. Cap... Sed error hîc est librariorum & correctorum, qui ״י, ex linea sequenti ad בְּשׁוּב (וְשׁוּב) huc transtulerunt, & pro (ו) septem pofuerunt: nam septem harum vocum recenset Massora & magna & parva, ad 2. Sam. 21. v. 6. Buxt. *os* dicit, non *cor*, quia *cor stulti in ore ipsius situm est*... Sir. (Eccli.) 21. v. 29... Vide Synops. Criticorum... Cum affix. יִרְעֵם *pascet, depascet eos*... 3. p. s. f. תִּרְעֶה *depascet*... 2. p. s. m. תִּרְעֶה *pasces*... 1. p. s. c. אֶרְעֶה *pascam*... Cum præfix. וָאֶרְעֶה *& pavi*... Cum affix. אֶרְעֶנָּה *pascam eam*... 3. p. plur. m. שִׂפְתֵי צַדִּיק יִרְעוּ רַבִּים, Proverb. 10. v. 21. *labia justi pascunt*, Vulg. *erudiunt, multos*... O. ἐπίςανται ὑψηλὰ... *sciunt sublimia*... Cum præf. וַיִּרְעוּ *& paverunt*... Cum ו ex Chaldaïsmo, & Syriasmo paragog. יִרְעוּן *pascent*... 3. p. plur. f. תִּרְעֶינָה *pascent*... Cum præf. וַתִּרְעֶינָה *& pascebant*... 2. p. plur. m. תִּרְעוּ *pascetis*...

PIEL cum (-) sub prima rad. in compensationem τῶ daghésch ex ע excidentis, רֵעָה, Lxx. ἑταῖρός εἰμι... Vulg. & alii, *sodalis, socius sum*... Construitur cum dativo...

PRAET. 3. p. s. m. לְמֵרֵעֵהוּ אֲשֶׁר רֵעָה לוֹ, Jud. 14. v. 20. O. ἑνὶ τῶν φίλων αὐτῦ, ὃν ἐφιλίασεν *uni amicorum suorum, quos dilexerat.* Vulg. *unum de amicis ejus & pronubis.* Alii, *sodali (socio,) ejus, qui socius, vel sodalis, fuerat ei*... locata fuit, Syr. לשושבינה *paronympho*, vel *pronubo*.... Arab. לענדאבל *liyoudgábila* (Vers. Lat.) *Agabelis.* Sed fortè legendum: לענדאבן *liyoudgábina, connubii conciliatori*...

PUAL רֹעָה, unde secundùm nonnullos 2. p. plur. m. IMPER. רֹעוּ עַמִּים וָחֹתּוּ, Isai. 8. v. 9. O. Γνῶτε ἔθνη καὶ ἡττᾶσθε... οἱ Γ. συναθροίσθητε λαοὶ, καὶ ἡττᾶσθε... Lxx. (1.) *cognoscite gentes, & vincimini*.... Tres interpr. (nempe, Aq. Sym. & Theod. Vide Præliminaria D. Bern. *De Montf.* in Hexapl. Origenis, p. 72.) Vulg. & alii, *congregamini, populi, & vincimini*... Alii, *consociamini, populi, & consternamini*... Cocc.... Alii, *confringimini, ô populi, & conterimini*... In Imperativo scil. τῦ Qal, Verbi רָעַע *frango, confringo*... Quod probat sedes accentûs... (1.) *cognoscite*... legebant דְּעוּ pro רֹעוּ... Posuêre ἔθνη *gen-*

tes, pro λαοὶ *populi*.... Quarum tamen vocum, ficut & Hebraïcorum עַמִּים & גּוֹיִם, haud femper, fine difcrimine, una pro alterâ ponenda, feu accipienda... Priore enim nimirùm, גּוֹיִם ἔθνη *gentes*, haud rarò apud Prophetas defignamur. Confer Pfal. 2. v. 8... 9. v. 16... 71. Hebr. 72. v. 11... 85. Hebr. 86. v. 9... 95. Hebr. 96. v. 10... Ifai. 2. v. 2... Jerem. 3. v. 17... Ezech. 28. v. 16... Agg. 2. v. 8..

HITHPAEL הִתְרָעָה, unde 2. p. f. m. FUT. cum apocopa, vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 306. c. 2... אַל־תִּתְרַע אֶת־בַּעַל אָף, Proverb. 22. v. 24. O. μὴ ἴσθι ἑταῖρος ἀνδρὶ θυμώδει... Σ. μὴ φιλιάσῃς... Lxx. *ne fis amicus*, five *familiaris viro iracundo*... Sym. *ne amicus fis*... Vulg. *noli effe amicus homini iracundo*... Alii, *ne affocies te homini iracundo*... Cocc... Ad verbum: *Ne verferis*, vel *vefcaris*, vel *adfuefcas*, vel *ne te commifceas cum Domino iræ*, vel *habente*, aut *retinente, iram*... בַּעַל *Dominus* dicitur rei alicujus fubjectum, quocunque fe modo habeat: ut *Dominus fomniorum*, Gen. 37. v. 19. & *fagittarum*, Gen. 49. v. 23. &c. Glaff. gram. 3. 1... 35. 128. *Dominus iræ*, qui iram fecum gerit & poffidet, inftar feræ in luftro, è quo facilè erumpit, &c. Gej.

רֵעֶה m. Lxx. ἑταῖρος... Vulg. & alii, *fodalis, focius, amicus*... In ftatu abfoluto pro conftructo, per ellipfin nominis conftructi, vide Gram. Hebr. t. 1. pp. 121. & 122. c. 2. רֵעֶה (רֵעֶה) דָוִד, 2. Reg. 15. v. 37. *amicus*, (*amicus, inquam*,) *Davidis*... h. e. *fodalium*, five *aulicorum princeps*, *amicorum primus*... unde O. ἀρχιεταῖρος... Fem. fing. רֵעָה *focia, amica*... Plur. cum affix. בְּתוּלוֹת אַחֲרֶיהָ רֵעוֹתֶיהָ, Pfal. 44. Heb. 45. v. 15. O. παρθένοι ὀπίσω αὐτῆς, αἱ πλησίον αὐτῆς... Lxx. Vulg. Lat... *virgines poft eam, proximæ ejus*... Alii, *fociæ ejus*... Cum præf. & affix. וְרֵעוֹתֶיהָ, Jud. 11. v. 38. O. καὶ αἱ συνεταιρίδες αὐτῆς... Lxx. & alii, *& fociæ ejus*... וְרֵעֹיתַי, fic fcribitur; fed legitur וְרֵעוֹתַי *& fodales meæ*.... Jud. 11. v. 37. ubi τὸ (-) in (-) ob paufam mutatum... R. רָעָה *pavit fe*, vel alium...

Metaphoricè, *confociavit fe, focium, amicum... fe præbuit*...

רֹעֶה m. *pafcens, paftor*... Vide Benoni τοῦ Qal Verbi רָעָה *pavit fe*, vel *alium*...

רְעוּ Maff. *Revoû*, Vulg. *Regau*, 1. Paral. 1. v. 25. *Reu*, Gen. 11. v. 18. nom. propr. filii τοῦ Phaleg... Etym. *refipifcens, à turpibus ad præclara fe convertens, egregiè agens turpibus deferendis*... ab Arab. רעו *Révwan*, idem; à *Regau*, fortè τὸ *Ragau*, nomen urbis *Mediæ*, quod Bochart. *ab adjacentis pafcui ubertate* deducit...

רְעוּאֵל Maff. *Revouél*, Vulg. *Raguel*, *Rahuel*... nom. propr. 1°. filii τοῦ Efau ex Bafemath uxore, Gen. 36. v. 4. ubi Vulg. *Rahuel*... 2°. filii Jebaniæ, 1. Paral. 9. v. 8. vel 9. ubi Vulg. *Rahuel*... 3°. Sacerdotis τῆς Madian, foceri Moyfi, Exod. 2. v. 18. ubi Vulg. *Raguel*... Qui Exod. 3. v. 1. dicitur יִתְרוֹ, Mafforethis *ïithró*, Vulgato Interpreti *Jethro*... Etym. vir *à turpibus*, inanibufque diis, *ad præclara*, nempe, *ad Numen Verum, fe convertens*... (Confer Exod. 18. vv. 8. 9. 10. 11. 12...) à רְעוּ *Revoû*, quod vide mox fupra, & à אֵל *él*, *Deus*... Sic porrò vocabat Moyfes יִתְרוֹ, (1.) *Jethronem*, חֹתְנוֹ *focerum fuum* (non autem אָחִיו *cognatum fuum*, uti ponit Vulg. ...) per πρόληψιν anticipationem, honoris ergò... (1.) יִתְרוֹ *Jethro*, nomen alterum, vel potiùs unicum, proprium foceri Moyfi, Sacerdotis τῆς Madian... Exod. 3. v. 1... 18. vv. 1. 6. 10... Etym. *Excellentia fua*... Gallicè, *Son Excellence, Son Eminence*... Gallicè dicimus de Cardinale: *Son Eminence eft arrivée*; pro, *le Cardinal eft arrivé*... Quo etiam nunc modo loquuntur יִשְׁמְעֵאלִים *Ifmaëlitæ*, five Turcæ: בג חצרתלרי *Bei bhadfretlerí ô Prince*, *Sa Grandeur*; ad verbum: *Ses Grandeurs*... τὸ autem Hebr. יִתְרוֹ *Jethró*, à יֶתֶר *Excellentia, Eminentia*... & à (ו) pronom. affixum 3. p. f. m. ficut & τὸ Turc. חצרתלרי *Hhadfretlerí*, à חצרת *hhádfret* Arab. Perf. Turc... *majeftas, dominatio, dignitas*... pec. Nom. *honoris, quo de perfonâ aliquâ loquimur*, Gi. Men... à לר pluralis num. crementum *ler*... & à (י,) pronom. affixum

fixum 3. p. utriusq. num. Vide Gram. Turc. Gallico idiomate, Constantinopoli, quò tandem τυπογραφικὴ penetravit, an. M. DCC. XXX. excusam, pag. 61...

רעות f. hujus vocis interpretationem sic effert Hieronymus Comment. in Ecclesiasten c. 1. v. 14. ROUTH (al. ROOTH) *Aquila & Theodotio, νομὴν, Symmachus βόσκησιν, transtulerunt. Lxx. autem interpretes non Hebræum sermonem expressêre, sed Syrum, dicentes προαίρεσιν. Sive ergo νομὴ, sive βόσκησις, à pastione vocabulum est. προαίρεσις autem melius voluntatem, quam præsumtionem sonat.* Et infra: *Dicebat mihi Hebræus, quo Scripturas sanctas instituente perlegi, quod supra scriptum* ROOTH *verbum, magis in hoc loco afflictionem & malitiam, quam pastionem & voluntatem significaret...* Aquila igitur & Theodotio, νομὴ & Symmachus, βόσκησις, *pastio*. Lxx. προαίρεσις *præsumtio*, aut *propositum*. Vulg. *afflictio*, verterunt. Lex. Hebr. ad Hexapla Origenis... Lxx. item, ἡ πλησίον... Vulg. & alii, *proxima, propinqua, domestica, amica*... γυνὴ *mulier, femina, uxor* (γυνὴ enim, quasi γονὴ, παρὰ τὸ γείνω)... ἑτέρα (ἕτερος Trommio, cui omnia sunt masculini generis singularisque numeri) *altera, alia*... Vulg. item & alii, *afflictio, depastio, contritio*... *pastio, animi pabulum, refectio, occupatio seria*, vel *jocosa, levis, vana*... Cum præf. הַכֹּל הֶבֶל וּרְעוּת רוּחַ, Ecclef. 1. v. 14. *certè omnia vanitas vanumque animi pabulum*, sive *levis mentis occupatio*... Gallicè, *le tout certes n'est que vanité, qu'un pur amusement, ou qu'une vaine pâture de l'esprit*... Cum affix. רְעוּתָהּ *amica, socia sua*, f. Cum præf. & affix. לִרְעוּתָהּ *proximæ ejus*, f... Rad. רָעָה *pavit*, vel *se*, vel *alium, depavit*... Metaphoricè, *consociavit se, socium, amicum* (mensæ) *se præbuit*...

רְעוּת f. Chald... Lxx. ἀρεστὸν... Vulg. & alii, *voluntas*, sive *decretum, placitum*... Cum præfix. וּרְעוּת מַלְכָּא, Esdr. 5. v. 17. O. ὡς γνῷς ὁ βασιλεὺς... *ut quùm resciverit*... à רעא Syr. in Ethpaal, *sensit, rescivit*... כִּרְעוּת אֱלָהֲכֹם, Esd. 7. v. 18. O. ὡς ἀρεστὸν

τῷ θεῷ ὑμῶν... Lxx. *sicut placitum* est *Deo vestro*... Vulg. & alii, *secundùm voluntatem Dei vestri*... R. רעה Chaldæis, *voluit*... in Ithpaal, *cogitavit*... Syris in Ethpaal, *cogitavit, sensit, consensit, decrevit, statuit*... Ex Hebræo רצה, alternatis, pro more, צ & ע...

רֵעִי Maff. *Reví*, Vulg. *Rei*, nom. propr. viri, 3. Reg. 1. v. 8. Etym. *amicus*, vel *pastor, meus*, à רֵעַ *amicus, socius, pastor*... quod vide supra, col. 2485. & (ִי) affixum 1. p. f. c...

רְעִי m. *pascuum* bonum... vel benè *pastus*... בָּקָר רְעִי, 3. Reg. 4. v. 23. O. βόες νομάδες... Lxx. Vulg. & alii, *boves pascuales*... Alii, *boves* benè *pasti*... Est τὸ רְעִי Peil Chaldæis participium passivum præteritum τοῦ Peal, f. m. *pastus*; Substantivè, *pascuum*, unde בָּקָר רְעִי *boves τοῦ pascui* boni, i. e. benè *pasti*... R. רָעָה Hebr. vel רְעָא Chald. *pavit*...

רַעְיָה f. Lxx. ἡ πλησίον, Aq. φίλη, Sym. ἑταίρα... Vulg. & alii, *proxima*... *amica*... *dilecta*... Cum affix. רַעְיָתִי, Cant. 1. v. 9. ... *amica, dilecta mea*... R. רָעָה *pavit*... Metaphoricè, *consociavit se, socium, amicum se præbuit*...

רַעְיוֹן m. Lxx. προαίρεσις... Alii, *propositum, studium, institutum, voluntas, consilium*... Ex usu Chaldaico, *cogitatio*... רַעְיוֹן רוּחַ, Ecclef. 1. v. 17. O. προαίρεσις πνεύματος. Lxx. & alii, *præsumptio spiritûs*. Vulg. & alii, *afflictio spiritûs*. Cocc. *depastio spiritûs*, animi consumptio; cruciatus, tormentum. Hinc patet, quomodo dicatur רְעוּת רוּחַ & רַעְיוֹן רוּחַ... Hom. Iliad. III. 202. ὃν θυμὸν κατέδων. Cicero 3. Tusc. qu. 26. *ipse suum cor edens*... Quidam, *pastio*, vanumve *animi pabulum*, sive levis *mentis occupatio*... Cum præf. וְרַעְיוֹן & vanum animi *pabulum*... וּבְרַעְיוֹן & *in* levi mentis *occupatione*... R. רָעָה *pavit*... Chaldæis in Paël, Syris in Ethpaal, *cogitavit*...

רַעְיוֹן m. Chald... Lxx. διαλογισμός... Vulg. & alii, *ratiocinatio, cogitatio hominis secum ratiocinantis*.... Plur. constr. cum præfix. וְרַעְיוֹנֵי לִבְבָךְ תִּנְדַּע, Dan. 2. v. 30. *& cogitationes cordis tui cognoscas.* Cum præfix. &

Digitized by Google

affix. רַעְיוֹנָיו & cogitationes ejus, m.... רַעְיוֹנָךְ cogitationes tuæ, m... רַעְיוֹנַי cogitationes meæ, c... R. ead. ac vocis præced.

רעל QAL, Germ. (vel Belg.) rollen, Angl. to roll. Gallicè, rouller... unde רְעָלוֹת, (quod vide infra, col. seq.) fasciæ, vittæ, cidares... Hinc per metath. Gr. ἱλαρύνω exhilaro, ἱλαρὸς bilaris, ut solet esse ebrius, vino titubans...

HOPHAL הָרְעַל, tremere factus est, R. A. E. opertus est, R. Sa. tremuit, R. Jos. veneno infectus est, R. Da... ex usu Arab. hastâ confossus est... Alii, horruit... Chaldæum est, hinc 3. p. plur. c. Praet. in pausâ, quare τὸ (-) primariæ vocis revocatum in (-) sub ע mutatum, הַבְּרֹשִׁים הָרְעָלוּ, Nahum. 2. v. 4. O. κ̀ (2.) οἱ ἱππεῖς θορυβηθήσονται... Lxx. & equites tumultuati sunt... Vulg. quadrigæ collisæ sunt... Alii, ut abietes (duces, vel principes, Vatabl.) concutiantur... abietes quatiebantur, Cocc. ... הָרְעָלוּ accipio ac si esset הָרְעָשׁוּ: nam hæ literæ alternant. Sic cassila dicebant antiqui & cassida, lacrymæ, & dacrymæ, calamitas, & cadamitas. Sic denique ἔλαφος & ἴλαφος, cervus. Drusius... (2.) οἱ ἱππεῖς ... Legerunt ergo הַפָּרָשִׁים, Capel. crit. p. 246... Vel, legerunt ergò pro הַבְּרוֹשִׁים abietes, הַבְּרוּשִׁים equi punctis maculisve notati, à sing. Arab. ברוש beríschon, eodem modo variegatus equus, Ca... Dixêre autem cum Virgilio, per metonymiam adjuncti, equites pro equi...

רַעַל m. venenum mortiferum, R. Da. stupor, A. Esra, distractio, R. Jona, & al. temulentia, vacillatio... Angl. Reeling, Lex. Heptagl... סַף־רַעַל, Zach. 12. v. 2. O. ὡς πρόθυρα, (idem ac ὑπόθυρα) σαλευόμενα ...sicut subliminaria, quæ (ingredientibus ebriis) commoventur... sive commoveri videntur... Vulg. superliminare crapulæ... Alii, postem contritionis ad quem impingentes os frangunt, &c. q. d. etsi hostes pervenerint usque ad muros & portas Jerosolymæ, claudetur tamen illis ingressus, impingent in ipso limine, dum illud transcendere volent... Cal... Alii, calicem soporis, sive soporiferum, Pagn. stuporis, vel tremoris, Vatabl. ebrietatis, Munst. Grot... pelvem vertiginis, Cocc... Targ. כָּן מְלֵי מְרֵי poculum plenum potu inebriante, Buxt. Lex... Quidam, scyphum (quippe ab Hebr. סַף sáph, Gr. σκύφος, Lat. scyphus) delirii... à רעל Arab. med. Kesr. desipuit, fatuus fuit...

רְעָלוֹת plur. f. unde cum præf. הָרְעָלוֹת, Isai. 3. v. 19. O. κ̀ τὸ κάθεμα... Lxx. in sing. & monile ex variis gemmis in pectus mulierum descendens, ornamentum collare... Vulg. & alii, & armillas... Alii, vela, sive velamina, quibus scilicet (mulieres) totam faciem præter oculos tegunt, & quæ à parte inferiore ligantur, Vatabl. Grot. ... Alii, & vitta earum, ex Arab. nempè עצאיהן ṣatṣanijáhonna, à עצב circumdedit, cinxit... vittâ fasciâve revinxit... accepto לה Hebr. רָעַל (unde Gal. je roule...) in eâdem significatione... Alii, calanticas, (calantica, tegmen muliebre, quod capiti accommodatur, Castal... Gallicè, coëffes, Anglicè, coifs) Alii, & bracteolas (Anglicè, spangles) Jun. Tremell. Pisc. ...Belg. glinsterende klederen... Ferrar. los (velos) tremblantes; vela tremula... Rad. רָעַל tremuit... unde רְעָלָה, ex quo plur. רְעָלוֹת bracteolæ... à tremore sic dicta...

רְעֵלָיָה Mass. Reêlâiah, Vulg. Rebelaia, nom. propr. unius ex illis, qui ascenderunt de captivitate... quique venerunt cum Zorobabel, unde distinguuntur ab aliis, h. e. à Plebeiis, de quibus seq. versu, quod essent insigniores, clariores, ac illustriores, Vatabl. . Esd. 2. v. 2. Is dicitur Nehem. 7. v. 7. רַעַמְיָה Mass. Ráamiáh, Vulg. Raamias... Etym. τὸ Rebelaia, pituita, sive humiditas Dei, i. e. maxima humiditas, à רעאל Rouyálon, Arab. mucus, qui è naso fluit... & à יָה Deus, Dominus... Quod nomen Dei, (uti & אֱלֹהִים, אֵל, יְהוָה...) Judæis superlativo gradui exprimendo servit, vide Grammatic. Hebraic. tom. 1. pag. 472. col 1.... τὸ quoque Raamias ἰσοδύναμον idem, nempe, à רעמו Rouyámon, Arab. mucus tenuior manans è naribus ovis, vel equi.... aut etiam communior. Gi. Ca.

Digitized by Google

רעם QAL (per prosthesin τῦ β, Gr. *βρέμω*, Lat. *fremo*, per metath. & reduplicationem, *murmuro*...) Lxx. *βομβέω*, Sym. Theod. *ἠχέω*, Lxx. Aq. *βροντέω*, vel *βροντάω*, Lxx. *σαλεύω*... Vulg. & alii, *bombum* (ex quo Gal. *bombe*, tormenti bellici genus...) *edo*, vel *facio*... Transfertur ad alios longè diversos sonos, unde, *sono*, *assono*, ut echo, *sonum*, sive *vocem repercutio*... *tono*... *moveo*, *commoveo*, *jacto*, *agito*, *concutio*; intransitivè, *sto in salo*, *fluctuo*, *fluito*... *moveor*, *commoveor*, *percellor*... *indignor*, *irascor*.... Hinc per metath. *ὁρμάω*, *ὁρμαίνω*, *impetum facio*, *ὁρμή*, *ὅρμημα*... *impetus*, *turbatio*... Av... Construitur absolutè, vel cum ablativo...

PRAET. 3. p. plur. c. רָעֲמוּ פָּנִים, Ezech. 27. v. 35. O. *καὶ ἐδάκρυσε τὸ πρόσωπον αὐτῶν*. *& flevit* præ indignatione, aut irâ, *facies eorum*... Vulg. *tempestate percussi* (legebat סָעֲרוּ סַעַר pro שָׂעֲרוּ שַׂעַר, *horripilaverunt crine*. Pagn.) *mutaverunt vultus*. Alii, *percussi sunt vultibus*, toto anteriore corpore cum sonitu concussi sunt, Cocc... Alii, *turbati*, *indignati*... *sunt vultu*.

FUT. 3. p. s. m. ex forma (-), יִרְעַם הַיָּם וּמְלֹאוֹ, Psal. 95. Hebr. 96. v. 11. *tonet*, Pagn. *reboet*, Vatabl. (boet ac reboet fluctibus suis... Muis) *perstrepat*. Munst. præ lætitia *fremat*, Gei... *mare & plenitudo ejus*, i. e. quicquid id implet, sive quidquid ipsum continet, seu tota ipsius extensio... Prosopopœia, quâ ingens gaudium exprimit (de Adventu scil. Christi,)... Muis...

HIPHIL הִרְעִים, Lxx. *βροντάω*... Vulg. & alii, *tono*, *motum cum sono facio*... *commoveo*, *fremere*, *murmurare*, *tonare*... *facio*...

PRAET. 3. p. s. m. Psal. 29. v. 3. *Deus gloriæ* הִרְעִים *intonat super*, sive *inter aquas multas*.

INFIN. cum (-) absque (י) indice, vel comite, & affix. בַּעֲבוּר הַרְּעִמָהּ, 1. Reg. 1. v. 6. O. *καὶ ἀθύμως διὰ τοῦτο*... Lxx. *animoque ob hoc erat abjecto*... Vulg. *& vehementer angebat*... Alii, *ut mœrore afficeret eam*, Vatabl... *ut ad invidiam duceret eam*, Jun... *ut fremere faceret eam*, Pagn... *quatenus tædio afficeretur*, Syr...

FUT. 3. p. s. m. ex forma (-), יַרְעֵם *intonabit*... Cum præf. וַיַּרְעֵם *& intonuit*... 2. p. s. m. וּבְקוֹל כָּמֹהוּ תַרְעֵם, Job. 40. v. 4. vel 9. *& voce, quali ille, tonas?*

רַעַם m. Lxx. Aq. Sym. Theod. *βροντή*... Vulg. & alii, *tonitrus*, vel *tonitru*... *motus cum sonitu*, *strepitus*, Cocc... רַעַם שָׂרִים, Job. 39. v. 25. vel 28. O. *σὺν ἅλματι*, Alex. *καὶ σὺν ἅλματι*, Ald. *συναλαλάγματι*... Lxx. Alex. *cum motu*, sive *saltu*, Ald. *clamore militum*... Vulg. *exhortationem ducum*... Alii, *strepitum*, sive *fremitum*, vel *tonitru*, vel *clamorem*, vel *commotionem*, Pagn. vel *tumultum*, Vatabl. *principum*, sive *ducum*... בְּסֵתֶר רַעַם אֶבְחָנְךָ, Psal. 80. Hebr. 81. v. 8. O. *ἐπήκουσά σου ἐν ἀποκρύφῳ καταιγίδος*... Lxx. Vulg. Lat. *exaudi te in abscondito tempestatis*... Alii, *exaudivi te in abscondito* deprecantem in *tonitru*... significat se nimbis & nubibus tonantibus circumfusum & obtectum Israëlitis affuisse, & pro ipsis pugnavisse, Muis... Alii, *cui* (*tibi*) *respondi in latebra tonitru*; tecto (Israëli) nube, ex qua tonitru edebam & fulgura, Cocc. Cum præf. וְרַעַם *& tonitru*... בְּרַעַם *cum tonitru*... Cum affix. רַעַמְךָ *tonitru tui*, m. R. רָעַם *tonavit*, sive *tonuit*, *intonuit*...

רַעְמָה f. unde הֲתַלְבִּישׁ צַוָּארוֹ רַעְמָה, Job. 39. v. 19. vel 22. O. *ἐνέδυσας δὲ τραχήλῳ αὐτοῦ* (1.) *φόβον*; Σ. *κλαγγήν*; Θ. (2.) *χαιτωμόν*; Lxx. *an*... *indues collum ejus* (equi) *timorem?* Sym. *clangorem?* Theod. Vulg. & alii, *hinnitum*...? (1.) *φόβον*; *timorem?* Quæ versio & à sensu & à voce Hebræa absona est. Aut ergo pro רַעְמָה, legerunt רְעָדָה *tremorem*, seu *timorem*, aut versio corrupta est, & legendum *φόβην jubam*. Nempe *φόβη* equi vel leonis est *juba*, & in genere *coma* quævis, teste Etymologo... Non obscurum est cur *juba* dicatur רַעְמָה *raama*. Nam verbum רְעֵם Syris non solum *tonare*, sed & *altum esse*, sign. ut vulgare רוּם; & in Aphel, *extollere*, & in Ethpael, *efferre se*. Vide Hierosol. paraph.

Digitized by Google

ad Gen. 39. v. 15. Exod. 14. v. 16. Proverb. 24. v. 7. Proinde *juba* רַעְמָה dicta est à situ, quomodo Græcè λοφιὰ, quia est ἐν τῷ λόφῳ *in vertice*, i. e. in summa parte colli & capitis. Parùm verisimile Jobum in tam graphica insignis equi descriptione jubæ non meminisse, cùm & res sit valdè obvia, & vix unquam à Poëtis omissa, qui in hoc argumento versantur; ut Homer. Iliad. ι. & ν'. & ψ'. Apollon. Argon. lib. 4. Non. Oppian. Virgil. Georg. 3. Et à juba equi passim vocantur καλλίτριχες... Bochart. de Sacr. anim. part. 1. lib. II. c. VIII. coll. 118. 119... (2.) χρεμετισμόν; *hinnitum?* Quam versionem Cl. Bootius refellit duobus argumentis. 1. Quòd non צַוָּאר *collum*; sed גָּרוֹן *guttur*, propriè sit vocis instrumentum... 2. Ex voce תַּלְבִּישׁ, ut enim *hinnitu guttur* dicatur *indui*, immanis est catachresis... At *à verbis Job, in quibus ait:* Pereat dies, in qua natus sum, *usque ad eum locum, ubi ante finem voluminis scriptum est:* idcirco ipse me reprehendo, (i. e. à cap. 3. v. 3. usque ad 42. v. 6.) *hexametri versus sunt, Dactylo spondeoque currentes*, S. Hieronym. in Jobum, t. I. nov. edit. pagg. 795. 796... Quid mirum, amabo, si Job Poëticè, ut Poëtæ præstantissimi, vocem (hinnitum) *ex collo* educat? Sic Æschilus in Agam. vers. 321.

——οὐκ' ἐξ ἐλευθέρου
Δέρης ἀποιμώζουσι φιλτάτων μόρον.
——*libero non ampliùs*
Collo suorum fata deflere his datur.

Et Virgilius de Cygnis, Æn. lib. 7. versu 700.

Cum sese è pastu referunt, & longa canoros
Dant per colla modos—

Bochart. ibid.

רַעְמָה Mass. *Raymáh*, Vulg. *Regma*, nom. propr. 1°. filii τοῦ Chus, Gen. 10. v. 7. 2°. regionis, (ab ipso *Regma* sic dictæ,) Ezech. 27. v. 22. ubi Vulg. *Reema*... Nota literam ע, aspirationem densissimam Judæis Orientalibus, Syris, & Arabibus, qui hanc summi gutturis & narium adminiculo proferunt, hîc redditam modò per *g*, modò per *e*... Vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 6. c. 2... Etym. *elevatio, superbia*... à רְעַם Chald. *elevatus, elatus fuit*... unde Aphêl, אַרְעֵם *elevavit*...

רַעַמְיָה Mass. *Rávamjáh*, Vulg. *Raamias*, nom. propr. viri, Nehem. 7. v. 7. Is dicitur *Rehelaiáh*, Esdr. 2. v. 2...

רַעְמְסֵס Mass. *Rhaymsés*, Vulg. *Rameses*, Syr. רעמוסא *Rhaymosen*, sive *Raamusa*, nom. propr. 1°. filiæ Pharonis, quæ Mosen curabat educandum, Bar. Bahlul... 2°. urbis in extremis finibus Ægypti ab Israëlitis conditæ, Gen. 47. v. 11. (ubi per ἀρσινόην, ex nomine scil. filiæ Pharonis, sic nuncupatur,) Num. 33. v. 3... Dicebatur aliàs pagus *Arsenoites*, S. Hieron. Quæst. Hebraicis... Nunc verò עיזקאל עין אלשמס *yizkáal*, vel *Elno alschoúmsi*, Itiner. D. Benjam. p. 120... Ἔτυμον τοῦ רַעְמְסֵס *Rhaymses*, sive *Rameses*... *Nutrix*, seu *educatrix Mosis*, ab Hebr. רָעָה *Rheáh, pascens, regens*... Benoni videlicet f. f. τοῦ Qal, Verbi רָעָה *pavit, enutrivit, educavit, curavit, rexit*... ex רֹעָה scil... & ab Ægyptio משׁם Μω-σῆς *Moses*, h. e. *ex aqua servatus*, à מו Μω *Mo*, (Arab. מא *Mâon*) *aqua*, & à סֵס σῆς *ses* (unde Gr. σῶς) *servatus*... Vide Gram. Hebr. tom. 1. p. XXV... Ἔτυμον verò *Arsenoita*, sive, cujus est possessivum, Ἔτυμον *Arsinoës*, filiæ scil. Pharonis, quæ à cura *Mosis* & רַעְמְסֵס *Rhaymses*, seu *Rameses*, nuncupabatur... *Terra*, sive *terrestris* (1. Ῥέα *Rhéa*) *Domina nostra*, ab Hebr. אֶרֶץ *éres, terra*; unde adjectivum denominativum, אַרְצִי *arsi, terrestris*; ab Ægyptiaco pronomine affixo, 1. p. plur. c. ν, *n*, (ex quo cum articulo fem. τι, τιμαυ *mater nostra*) & ab nomine *os* *os Dominus*... unde cum articulo masc. Π, P, & affixo 1. p. s. c. α, *a*, Παος, *Paos*, ὁ κύριός, ὁ *Dominus meus*... ΟΣ, *OS* porrò *Dominus*, fortè ab ΩΝ, *ON* Ægyptiacè SOL; vel ab ΟΣ, *OS Dominus*, ΩΝ, *On Sol*... quod posset esse & ab Hebr. אָדוֹן *Dominus*, per syncop. scil. τοῦ ד, & contractionem τοῖν (ו) & (ּ) in Ω... vel à Pers. חן ON *pulchritudo*... τὸ *Arsinoe*, non modò ex etymologia, sed ex historia etiam, nomen

Digitized by Google

videtur fuiſſe commune filiarum Regum Ægyptiorum ...῎Ετυμον denique τῆς עיוקאל עין אלשמם (a.) *yizkaál, Eíno alſchoúmſi, Gleba*, unde (vel, ex uſu Chaldaïco, *ſepta* ubi) *ſpecies aquæ meridiano tempore ex repercuſſu lucis ſolaris apparet*, ſive *Fons ſolis*, unde & uno nomine *Fons ſolis* Benjamini locus dictus ... ab Arab. עזק *yoúzouken gleba* ... ab אֹל *ôl*, Perſ. *aquæ ſpecies ex ſolis æſtu in campis*, ſive *arenis eminùs apparens* ... ab Arab. עין *yain fons*, & ab Arab. שמם *ſchoúmſoun*, f. *ſol*, cum artic. & in Genitivo, אלשמם *alſchoúmſi* ... (a.) τὸ עיוקאל *yizkáal*, ſic compoſitum vertendumque, uti mox ſupra, videtur. Sed de ipſo in Notis Interpretis Latini in Benjam. p. 224. verbum nullum ... Hic (י) poſt ע τῦ (.) index viſus eſt ... 1. Ῥέα *Rhéa* ... Hebr. רֹעָה *Rheáh*, i. e. *paſcens* ... Benoni ſcil. f. f. τῦ Qal, Verbi רָעָה *rhóua*, *pavit* ... Sic *tellus* fuit, quod omnes *paſcat*, dicta, cultaque ut *Dea* ... Uxor τῦ Noë *Rhéa*, ſive *tellus* Gentibus habita dictaque fuit, deceptis videlicet, quod Noë אִישׁ הָאֲדָמָה *vir τῆς terræ* dicatur Gen. 9. v. 20 ... Imò ipſe, quod ſeſe in *Arca* abſconderat, ab iiſdem Gentibus *Saturnus*, à סָתוּר *ſathoûr*, h. e. *abſconditus*, dictus fuit ... Cujus tres filii ab ipſis ſic nuncupati, nempe, 1. שֵׁם *Sém*, (in odium pietatis) σμὺ Phœnicibus idem, quod Græcis, per metatheſin, μῦς, Latinis, *mûs* ... Eiſdem tamen *Deus* habitus, ſed inferorum, dictus Græcè, Ἅιδης (Latin. per aphæreſin, *Dis*) *infernus* ... Πλέτων *Pluto*, etiam, ἀπὸ τῦ πλέτε, *à divitiis*, quibus abundat Aſia, *Semo* attributa... Utrunque nomen ab auro argentoque ex *inferno*, ſeu è terrâ פלוטים *ploutím* (unde Gr. πλῦτος) *erutis effoſſiſve* ... 2. חָם *Cham*, i. e. *calidus*, ex ipſo ἐτύμῳ, Gr. Ζεὺς (Doricè Δεὺς, unde *Deus*) *fervidus*, à ζέω *ferveo*, uti חָם *Chám*, à חָמַם *Chamám*, *caleo*, dictus eſt ... Inde ζεὺς Θεός, ζεὺς πατήρ ... Lat. mutato ζεῦ, (vocativo) ut fit, in *ju*, (ſic enim *jugum* ἀπὸ τῦ ζεύγε ... *jus, juris*, liquor eorum, quæ coquuntur, παρὰ τὸ ζέω *ferveo* ...) *Jupiter*, mutato ſcil. *e* in *i*, uti in *Mars-piter* ... *Cham* in Africam ablegatus, ubi cultus ſub nomine *Jovis Hám*, ſeu *Hammônis*, teſtibus Herod. & Plut.... Curtio *Jupiter Hammôn* ... Cum duplici *m*, uti nomen à Verbo reduplicanti ſecundam radic. nempè, חָמַם, derivatum ... 3. יֶפֶת *Jépheth*, in pauſa, יָפֶת *Jápheth*, *dilatet*, imperſonaliter, *dilatetur* ... Eſt 3. p. ſ. m. Futuri τῦ Hiphil cum apocopa τῦ ה ... Vide Gram. Hebr. tom. 1. pp. 302. c. 1. & 531 ... Dictus eſt 1°. Græcis, Ἰάπετος, Latinis, *Japetus*, qui ex tabula filius eſt Cœli & Terræ ... Vide quæ de *Saturno* & *Rhea* dicta ſunt col. præced... 2°. Græcis. ex ipſo Gr. Ἰάπετος, ſive Hebr. יָפֶת *Jápheth*, h. e. *dilatet*, *creſcere faciat* ... ποσειδῶν, i. e. *aquam, pluviam*, fœcundumve, *humorem dans*, ἀπὸ τῆς πόσεως (unde πόσις, πόσι☉, *maritus* ...) *aqua, pluvia, humor* fœcundus, *potio, potus* ... & à participio præſenti Verbi δόω *dono, do* .... δόων, δῶν, δέντος, *donans, dans* ... Sic nuncupatus, quod ſcil. in ipſius portione ſint Hiſpania, Italia, Græcia, Aſia minor ... peninſulæ, inſulæ, imò & ipſa America, magna Plutarcho inſula, Antiquis haud ignota, ipſumque mare, unde nubes, unde pluvia ... Factus igitur maris *Dominus*, dictus eſt & *Deus* ... 3°. Latinis, in eadem ferè ſignificatione, *Neptunus*, i. e. *obnubens, obnubilans*... Sic nuncupatus, quod videlicet terram aquis, cœlum nubibus, quibus in pluviam reſolutis humum fœcundet, mare operiat ... à *nuptu*, ut à *portu*, *portunus*, unde *opportunus* ... Alternatis *e* & *u*, uti in *nebula* & *nube* ... Non ſoli τῦ Noë filii, ſed & ipſius nepotes dii fabuloſæ Antiquitati habiti cultique fuêre. Nempè *Canaan* ſub *Mercurii*, *Nembrod* ſub *Bacchi* nomine. *Mercurius* enim idem eſt qui *Canaan*. 1°. uterque eſt *Jovis*, ſive *Hammônis* filius. 2°. כנען *Canaan*, à כנעה *mercaturâ mercator*; *Mercurius* à *mercibus*, dictus eſt. 3°. *Mercurius* deorum, *Canaan* fratrum, ſervus ... *Nemród* eundem eſſe ac *Bacchum* haud minùs liquet. *Nemród* enim filius eſt τῦ *Chus*, Hebraïcè, בַּר

בּוּשׁ *Ben-chus*, ſive *Ben-cus*, Gen. 10. v. 6. ... τῷ ן ex בֶּן־, ut fit, in compoſitione excidente, ac per daghéſch forte, ſive reduplicans τῷ כ infixum compenſato, mutatoque τῷ (ֶ) in (ַ), quæ mutatio haud infrequens, ex בֶּן־כּוּשׁ *Ben-cus*, fit בַּכּוּשׁ *Bachcus*, Græcis (qui ſyllabam literâ aſpiratâ numquam terminant, per metath.) Βάκχος, Latinis, *Bacchus*. Vide נִמְרֹד *Nemrod*, col. 1355. Confer novum de deorum ἐπίμφ ſyſtema, vel ſomnium D. Pl...

רַעֲנָן m. Lxx. Aq. Sym. Theod. δασύς, Lxx. ἀλσώδης, δάσκιος, κατάσκιος, σύσκιος, Aq. Sym. εὐθαλής, Lxx. κατάκαρπος, participialiter, εὐθαλῶν... Vulg. & alii, *denſus, conſitus... nemoroſus, ſylveſtris... gratas umbras habens... umbroſus, opacus... umbrâ opacatus & obtectus... virens, viridis, pullulans, florens... fructuoſus, frugifer... commodo, beneficio affectus, felix...* Lxx. item, Verbaliter, πυκάζω *denſo, ſtipo, tego, intego, obtego, contego, munio, fulcio, firmum reddo...* Deut. 12. v. 2. *& ſub omni* עֵץ רַעֲנָן *arbore viridi, virenti, frondenti, frondoſa...* Syr. דמטלל *quæ umbram facit.* Solebant gentes ſub arboribus ſacra ſua peragere, imò arbores ipſas diis conſecrare, Apollini laurum, Minervæ oleam, Jovi (1.) eſculum, Veneri myrtum... Malv. ex Plin. 12. 1... (1.) Eſculus arbor eſt ex genere glandiferarum, ſive ſpecies quercûs, Theophraſto ſecundùm nonnullos πλατυφύλλε *latifoliæ*, cujus glande pro eſca utebantur Antiqui, teſte Servio... Virgil. 2. Georg.

> *Altiùs ac penitùs terræ defigitur arbos,*
> *Æſculus imprimis, quæ quantùm vertice ad auras*
> *Æthereas, tantùm radice ad tartara tendit.*

בַּלֹּתִי בְּשֶׁמֶן רַעֲנָן, Pſal. 91. Hebr. 92. v. 11. O. καὶ τὸ γῆράς μου ἐλέῳ πίονι. Lxx. Vulg. Lat. *& ſenectus mea in miſericordia pingui.* Vulg. Lat. *uberi.* O. pro בַּלֹּתִי, legerunt בְּלֹתִי: Librarii quidam, pro ἐλαίῳ, ſcripſerunt ἐλέῳ, quod illæ voces non modò ſcriptione ſint vicinæ, ſed & illâ ætate paris

pronuntiationis: & hinc fluxit hæc verſio, Grot.... Alii referentes τὸ בַּלֹּתִי ad Infinitivum τῷ Piél Verbi בָּלָה *veteraſco...* cum affix. ſcil. 1. p. ſ. c... vertunt: *quum inveteravero...* Favet accentus; ſed obſtat conjugationis ſignificatio, activa videlicet... Alii, ad 1. p. ſ. c. præteriti Qál Verbi בָּלַל *perfudit;* intranſitivè, *perfuſus eſt* referentes, reddunt: *delibutus ſum in oleo viridi*, recenti, pingui... Favet conjugationis ſignificatio, ſed obſtat accentus... R. Sal. Infinitivum (τῷ Qál ſcil. ſed ex forma Infinitivi τῷ Piél quieſcentium Lamédh ה) facit cum præfix. pro לְבַלּוֹתִי *per fundendo me*, hoc eſt, juxta Chaldæum, רַבִּיתָא יָתִי *inungis me* oleo recenti, id eſt, conſtanti dominatu, viribus & potentiâ me inſtruis, ut non peream ſicut improbi, quorum inſtabilitatem verſu præcedenti propoſuit. Similem formam Infinitivi vide in חַנֵּן, Buxt. Lex... Vide & Gram. Hebr. tom. 1. pp. 217. c. 2. 355. c. 2. כְּאֶזְרָח רַעֲנָן, Pſal. 36. Hebr. 37. v. 35. O. ὡς τὰς κέδρους τοῦ Λιβάνου... Lxx. & Vulg. Lat. *ſicut cedros Libani...* Fortè pro אֶזְרָח, legerunt אֶרֶז *cedrus*, Soph. 2. v. 14. & לְבָנוֹן pro רַעֲנָן, Muiſ. Grot... Sed poſterius longè abit. Grot.... Potiùs credo illos ſenſum paraphraſticè ſic expoſuiſſe. Hammondus... Alii, *inſtar viridis ſponte creſcentis lauri*, Ainſw... *ut arborem indigenam & frondentem*, Chald... Conſtr. ob כ ſeq. i. e. præpoſitionem regentem apud Arabes Genitivum, vide Synopſ. Inſtit. Arabicarum Alting. p. 86. & Gram. Hebr. tom. 1. p. 123... τὸ אֶזְרָח plerique, ex adjuncto רַעֲנָן, *arborem* reddunt; neſcio an ſolido fundamento nixi. 1. Nebuchadn. de ſe dicit, (cum præf.) וְרַעֲנָן (O. καὶ εὐθαλῶν, Vulg. Lat. *& florens... & florebam*, Dan. 4. v. 1... 2. יַעֲבֹר, in ſeq. verſu repugnat huic notioni; *arbor* enim etiam cum moritur, non *tranſit*, ſive *præterit*, ſed manet in terra donec exſcindatur, Hammond.... Probabile eſt, אֶזְרָח hîc (ut aliis omnibus locis, quod fatentur,) ſignificare *indigenam*, ſive *nativum Iſraëlitam*, qui *peregrino* opponitur Levit. 19. v. 34. & 23.

Digitized by Google

v. 42. & 24. v. 16... Hammondus... Plur. cum præf. וְרַעֲנָנִים *& virentes*... Hinc Verbum (vel potiùs nomen ex Verbo) רַעֲנָן, Lxx. Sym. εὐθαλέω... Vulg. & alii, *viresco, floreo*... Est τὸ רַעֲנָן per resolutionem, ex IX[a]. Conjug. Arab. absoluta colorum... formante, mediocriter intendente, רעע idem, quod רען Arab. nempe, *semetipsum ornavit*... Lxx. πυκάζω, alii, *denso, stipo, tego, intego, contego, munio, fulcio, firmum reddo*...

Praet. 3. p. f. f. in pausa, quare τὸ (-) primariæ vocis, sive 3. p. f. m. reductum in (-) sub primo נ mutatum, וְכִפָּתוֹ לֹא רַעֲנָנָה, Job. 15. v. 32. O. καὶ ὁ ῥάδαμνος αὐτοῦ οὐ μὴ πυκάσῃ. Σ. οὐκ εὐθαλήσει. Lxx. & alii, *& ramus ipsius tener non condensabit se*, seu *condensabitur*. Vel, *non teget*, ipsius scil. umbrâ... Sym. & alii, *non crescet, virescet, frondescet*... Præteritum hîc pro futuro, quia futurum præcesserat, Merc. ... Imò, & τὸ (ו), τῷ כִּפָּתוֹ conjunctum convertendi præteritum in futurum vim habere potest, sive uti (ו) convertens haberi... q. d. sed exarescet, ut supra, v. 30. λιπόντες, Pisc... כִּפָּה propriè, *ramus major*; ab incurvatione instar volæ manûs (כַּף) sic appellatur... Respicit ad cap. 14. v. 7.–10. Sculter... Vulgatus כִּפָּה sumpsit pro כַּף. (Malvend.) unde vertit: *& manus ejus arescent*...

רעע QAL, Chaldæum est ex Hebræo, רָצַץ, mutato, pro more, צ in ע... Gr. ῥηγνύω, ῥήγνυμι... Vulg. & alii, *confringo, contero*...

Praet. 3. p. plur. c. cum præfix. & (-) sub ר, loco τοῦ (-) in compensationem τοῦ daghésch ex ע excidentis, descendente à penultima ad ultimam ob (ו) convertens accentu, vide Gram. Hebr. tom. 2. pp. 310. & 311. וְרֵעוּ *& confringent*; passivè, *confringentur*... Jerem. 11. v. 16. O. ἠχρειώθησαν *inutiles facti sunt* rami ejus... Vulg. *& combusta sunt fruteta ejus*. Sensum, non Verbum expressit...

Infin. ex forma (-), vide eandem Gram. tom. 1. p. 217. c. 1. רֹעַ *confringendo*... Proverb. 11. v. 15. O. πονηρὸς κακοποιεῖ...

malus malefacit... Vulg. *affligetur malo*... Cum ה parag. servato hholem ad compensandum daghésch ex tertia radic. ע ejectum, vide eand. ibid. רֹעָה, pro רֹעָה *rúyvah*, vel רֹעָה *róvvah*, *confringendo*... Isai. 24. v. 19. O. ταραχῇ... *turbatione*... Vulg. *confractione*...

Imper. 2. p. plur. m. רֹעוּ *confringimini*... Isai. 8. v. 9. O. γνῶτε... *animadvertite*, ex Arab. רעו, *resipiscite*... Vulg. ex Hebr. רֵעוּ *congregamini*...

Fut. 3. p. f. m. יָרֹעַ, Job. 34. v. 24. O. ἐποίησε... Lxx. ex Arab. רעי *inspicit*... Vulg. & alii, *conterit*... Cum præfix. הֲיָרֹעַ *num franget*? 2. p. f. m. תָּרַע לְאֻמִּים, Psal. 43. Hebr. 44. v. 3. O. ἐκάκωσας λαὸς... Lxx. Vulg. Lat. & alii, *afflixisti populos*, à רָעַע, Alii, *conquassabas nationes*, Cocc... *gentes*, septem, Cananæos, &c. Muis... Cum affix. תְּרֹעֵם *confringes eos*... 3. p. plur. m. cum affix. יִרְעוּךְ, Jerem. 2. v. 16. *depascunt te* vertice... (vel *tibi* verticem...) à רָעָה, ubi vide.

NIPHAL נִרַע, unde 3. p. f. m. Fut. cum (-) sub (י), loco τοῦ (.) cum daghésch, ex ר excidentis, רַע יֵרוֹעַ, Prov. 11. v. 15. O. πονηρὸς κακοποιεῖ... Lxx. *malus malefacit*... Vulg. *affligetur malo*... Alii, *confringendo, confringetur*, i. e. *omninò confringetur*... Verbum hîc est sine supposito, ut Hebraicè sæpe fit, impersonaliter dictum, Merc... seu passivè exponendum, vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 531. can. III.

HIPHIL הֵרַע, sive הֵרֵעַ, vide supra in רָעַע, col. 2409.

HITHPAEL, vel HITHPOEL, הִתְרֹעֵעַ, *ipse me frango, frangor*...

Praet. 3. p. f. f. רֹעָה הִתְרֹעֲעָה הָאָרֶץ, Isai. 24. v. 19. O. ταραχῇ ταραχθήσεται ἡ γῆ... Lxx. *turbatione turbabitur terra*... Vulg. & alii, *confringendo*, seu *confractione confringetur terra*... i. e. *omninò confringetur*... terra duarum tribuum & ipsa miserè vastabitur, Grot... quùm scil. וְחָפְרָה הַלְּבָנָה וּבוֹשָׁה הַחַמָּה, v. 23. *erubescet luna, & confundetur sol*... Hæc ὁ. cùm putarent malè sonatura apud Platonicos, quales erant Ægyptii reges, pro חָפְרָה, legerunt חָפְרָה

frangetur; pro לְבֵנָה, mutatis tantum punctis, לְבֵנָה *later;* pro חַמָּה, חוֹמָה *murus.* Itaque verterunt, τακήσεται ἡ πλίνθος, καὶ πεσεῖται τὸ τεῖχος, (*& liquefiet later, & frangetur murus*) ſenſu non malo. Retinenda tamen lectio recepta; & per *ſolem* & *lunam* intelligendæ imagines Solis & Lunæ, per tranſlationem (ſive metaphoram, aut metonymiam ſubjecti, ſignati videlicet pro ſigno) dicuntur *erubituræ*, quòd ſuos cultores *ſervare* (poſt adventum ſcil. Chriſti) *nequiverint*, Grot...

Infin. cum præf. .. אִישׁ רֵעִים לְהִתְרֹעֵעַ, Proverb. 18. v. 24. *vir amicorum* ita *ſtudioſus ut ſeſe ipſe amabilem præſtet*... Sed, ut ametur, amet oportet. Sic Ovid.

——— *ut ameris, amabilis eſto*...

& Mart. Epigramm.

Ut præſtem Pyladen, aliquis mihi præſtet Oreſtem.

Hoc non fit verbis, Marce, ut ameris, ama.

Vulg. *vir amabilis ad ſocietatem, magis amicus erit, quam frater*... unde ad רֵעַ (ex רָעָה *amicum ſe præbuit*) Infinitivus referendus...

רעע PEAL, Chald. Lxx. δαμάζει, κακοποιέω... Vulg. & alii, *domo, ſubigo, affligo (confringo,) contero, conficio, confligo, occido... malo afficio, noceo,* à רוּעַ.

Fut. 3. p. ſ. f. cum (-) ſub characteriſtica loco τῦ (·) ad compenſandum daghéſch, ex ר ejectum, & hhólem deficiente ob viciniam τοῖν ר & ע, vide Gram. Hebr. tom. 2. p. 596. c. 2. תַּדִּק וְתֵרֹעַ, Dan. 2. v. 40. O. λεπτυνεῖ καὶ δαμάσει. Lxx. *comminuet & domabit*... Vulg. & alii, *comminuet & conteret*...

PAEL cum (·) ſub ר, loco τῦ (-) in compenſationem τῦ daghéſch, ex ע excidentis, ex forma (-), רַעַע. (Hæ Conjugationes apud Hebræos, Chaldæos, & Syros planè ſunt perfectæ, vide Gram. Lud. *de Dieu*, p. 255...) *contero*...

Ben. ſ. m. דִּי־מְרָעַע, Dan. 2. v. 40. O. λεπτύνει καὶ δαμάζει... Lxx. Vulg. *comminuit & domat*... Alii, *quod conterit*...

רָעַף QAL Lxx. ῥέω, πλήθω, σκιάζω.. Vulg. & alii, *fluo, defluo, (ſtillo, deſtillo...) impleo, repleo;* neutraliter, *plenus ſum... pinguieſco... obumbro... obnubilo*...

Fut. 3. p. plur. m. יִרְעֲפוּ עֲלֵי אָדָם רָב, Job. 36. v. 28. Vulg. *quæ prætexunt cuncta deſuper.* Alii, *ſtillant*, inquam, *ſuper homines multos*, vel *multùm, copioſè*... guttis ſcil. aquæ... יִרְעֲפוּ נְאוֹת מִדְבָּר, Pſal. 64. Hebr. 65. v. 13. O. πιανθήσονται τὰ ὄρη τῆς ἐρήμου. Ἄλλος, ὁμιχλωθήσονται αἱ νομαὶ τῆς ἐρήμου. Σ. γνοφωθήσονται τὰ ὡραῖα τῆς ἐρήμου. Lxx. Vulg. Lat. *pingueſcent montes* (Vulg. *ſpecioſa*) *deſerti.* Alius, *obnubilabuntur paſcua deſerti.* Sym. *replebuntur caligine ſpecioſa deſerti.* S. Hieronym. & alii, *pingueſcent* (ex Arab. רעף *abundavit*...) *paſcua deſerti.* Alii, *ſtillabunt* pinguedine *ſpecioſa*, (deducendo τὸ נְאוֹת à נָאָה, *pulchrum fuit* ... Alii cum Hebræis, à נָוָה *habitavit*...) *habitationes, tuguria, paſcua*, vel *habitacula* paſtorum, manſiones... deſerti... Cum נ paragog. וּמַעְגָּלֶיךָ יִרְעֲפוּן דָּשֶׁן, Pſal. 64. Hebr. 65. v. 12. *& orbitæ tuæ*, (O. τὰ πεδία σου, Vulg. Lat. *campi tui*, Targ. כְּבוּשֵׁי אוֹרְחָךְ *ſemitæ viæ tuæ*....) *ſtillabunt pinguedinem*, ſive *pinguedine*...

HIPHIL הִרְעִיף, unde 2. p. plur. m. Imper. הַרְעִיפוּ שָׁמַיִם מִמַּעַל וּשְׁחָקִים יִזְּלוּ־צֶדֶק, Iſai. 45. v. 8. O. εὐφρανθήτω ὁ οὐρανὸς ἄνωθεν, καὶ νεφέλαι ῥανάτωσαν δικαιοσύνην... Lxx. *lætentur cœli deſuper, & nubes ſpargant juſtitiam*... Vulg. *Rorate cœli deſuper, & nubes pluant juſtum*... Alii, *effluite cœli deſuper*, ſive *ſuperiores*, ut *æthera*, ſeu *ſuperiores nubes ſtillent juſtitiam*, i. e. *juſtum*, Chriſtum... Metonymia adjuncti, abſtractum pro concreto, ſic in altero ἡμιστιχίῳ, תִּפְתַּח־אֶרֶץ וְיִפְרוּ־יֶשַׁע *aperiat ſe terra, ut* ſcil. ex ipſa *germinent (cœli, æthera, nubes...) ſalutem*, h. e. *ſalvatorem* ... Confer Pſal. 71. Hebr. 72. v. 6. *deſcendet ſicut pluvia*.... Non Cyro, ſed Chriſto, conveniunt nomina *juſtitiæ* & *ſalutis* in abſtracto: Chriſto autem tribuuntur Jerem. 23. v. 6. & 33. v. 16. Iſa. 49. v. 6... Calov.

Digitized by Google

רָעַץ QAL. Gr. ῥήσσω, Lxx. per metath. θραύω... Vulg. & alii, *frango, rumpo ...frio...*

Fut. 3. p. ſ. f. יְמִינְךָ יְהוָה תִּרְעַץ אוֹיֵב, Exod. 15. v. 6. Vulg. *dextera tua, Domine, percuſſit inimicum.* Alii, *frangit* .... conquaſſat, Cocc... *vaſtavit* ... Sam. Verſ... *tremeſecit* .... 3. p. plur. m. cum præfix. וַיִּרְעֲצוּ וַיְרֹצְצוּ אֶת־בְּנֵי יִשְׂרָאֵל, Jud. 10. v. 8. O. καὶ ἐσάθρωσαν (al. ἔθλιψαν) καὶ ἔθλασαν τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ ... *corrupére, perdidére* (al. *triverunt*) *& fregerunt filios Iſraël* ... Vulg. *afflicti ſunt, & vehementer oppreſſi* ... Alii, *& triverunt, & conquaſſarunt filios Iſraël*, Cocc... בַּשָּׁנָה הַהִיא *ab illo anno* octodecim annis .... Philiſtini ab Occidente, ab Oriente Ammonitæ, Bonfr...

רָעַשׁ QAL. Lxx. Aq. Sym. Theod. σείομαι, Theod. σαλεύομαι, Lxx. περιέχομαι, ἔντρομος γίνομαι, τρέμω, φοβέομαι, φρυάσσω... Vulg. & alii, *concutior, quatior, agitor ... jactor, quaſſor ... commoveor ... perturbor, metu conſternor, perterreor ... in tremore conſtitutus ſum ... tremo, intremiſco, ex pavore trepido ... timeo, metuo, præ timore fugio ... fremo.* Metaphoricè, *inſoleſco, magnificè me effero, ferocio ...*

Praet. 3. p. ſ. f. מִקּוֹל מִצְהֲלוֹת אַבִּירָיו רָעֲשָׁה כָּל־הָאָרֶץ, Jerem. 8. v. 16. A Dan auditus eſt fremitus equorum ejus; (Regis Babylonis) *à voce*, ſive *ſonitu hinnituum caballorum ejus contremit tota terra* ... Dicit, *A Dan*, quia, Phœnice ſubactâ, inde per Danitarum terminos adventabat Nabuchodonoſor, Grot... 3. p. plur. c... רָעֲשׁוּ *commoventur* ... Cum præf. וְרָעֲשׁוּ *& commoventur ...*

Ben. pl. m. רֹעֲשִׁים *contremiſcebant.* Vulg. *movebantur ...*

Fut. (ex forma (-)) 3. p. ſ. m. יְהִי פִסַּת־בַּר בָּאָרֶץ בְּרֹאשׁ הָרִים יִרְעַשׁ כַּלְּבָנוֹן פִּרְיוֹ, Pſal. 71. Hebr. 72. v. 16. O. ἔσται στήριγμα ἐν τῇ γῇ ἐπ' ἄκρων τῶν ὀρέων· ὑπεραρθήσεται ὑπὲρ τὸν Λίβανον ὁ καρπὸς αὐτοῦ ... Σ... ὑπεραρθήσεται ὡς Λίβανος καρπὸς αὐτοῦ ... Lxx. Vulg. Lat. *& erit firmamentum in terra in ſummis montium, ſuperextolletur ſuper Libanum fructus ejus* .... Sym. ... *decorus erit ſicut Libanus fructus ejus* ... S. Hieron... *elevabitur ſicut Libani fructus ejus* ... Alii, *erit*, vel *continget* ut *pars*, agrarius tractus, *frumenti* (Gallicè, *il arrivera que la piece de froment* ...) *in terra* ſati, *imò in vertice montium, projecti fructu*, ſive *ſpicis ſuis* vento agitatis *inſtar* cedratum *Libani ſtrepitum edat* ... Virg. Georg. 4.

Tum ſonus auditur gravior, tractímque ſuſurrant.

3. p. ſ. f. תִּרְעַשׁ *commovebitur* ... Cum præf. וְתִרְעַשׁ *& commovebitur* ... וַתִּרְעַשׁ *& movetur* ... 3. p. plur. m. יִרְעֲשׁוּ *commovebuntur* ... Cum præfix. וְיִרְעֲשׁוּ *& commovebuntur* ... וַיִּרְעֲשׁוּ *& commota ſunt* ... 3. p. plur. f. תִּרְעַשְׁנָה *commovebuntur* ...

NIPHAL נִרְעַשׁ, unde 3. p. ſ. f. Praet. מִקּוֹל נִתְפְּשָׂה בָבֶל נִרְעֲשָׁה הָאָרֶץ, Jerem. 50. v. 46. O. ἀπὸ φωνῆς ἁλώσεως Βαβυλῶνος σεισθήσεται ἡ γῆ ... Lxx. Vulg. *à voce expugnationis* (Vulg. *captivitatis*) *Babylonis commota eſt terra* ... Alii, *ex fama, propter rumorem ... quòd occupata ſit Babylon* (i. e. *ob ſtrepitum, quem edent in expugnatione urbis Babel*, Vatabl.) *contremiſcet terra* ... Oſtendit gravitatem cladis, Calv...

HIPHIL הִרְעִישׁ, Lxx. σείω, συσσείω ... Vulg. & alii, *moveo, quatio, agito, tremere, contremiſcere facio ... ſimul quatio, concutio* ... Lxx. item, περιτίθημι *circumpono*, vel *circumdo ...*

Praet. 2. p. ſ. m. ה, quod in fine ſubintelligebatur, expreſſo, vide Gram. Hebr. tom. 1. p. 162. c. 2. הִרְעַשְׁתָּה אֶרֶץ, Pſal. 59. Hebr. 60. v. 4. *commoviſti, tremere feciſti ... terram; ſcidiſti eam* ... 1. p. ſ. c. הִרְעַשְׁתִּי גוֹיִם, Ezech. 31. v. 16. *feci ut commoverentur, contremiſcerent ... gentes* .... Cum præf. unde accentus à penultima ad ultimam deſcendit, vide Gram. Hebr. tom. 2. p. 310. c. 1. וְהִרְעַשְׁתִּי *faciam ut tremiſcant omnes Gentes* ... Agg. 2. v. 7.

Ben. ſ. m. Agg. 2. v. 6. *& ego* מַרְעִישׁ *moveo cœlum & terram, mare &* (ex ipſo, Gen. 1. v. 9. emergentem) *aridam* ... Abolebo ſchema & formam hujus mundi in cœlo & in terra. Confer Hebr. 12. v. 26. Cocc.

Fut. 2. p. ſ. m. cum præf. & affix.

שְׁדֵפָה f. *aduſtio, uredo ſegetum*, Buxt. *ariditas*, percuſſio ſementis vento Orientali ingrediente ſpicam. Av. *herba aduſta* ante ſegetem, hoc eſt, herba nova, quæ aduſta non adoleſcit in ſegetem. Cocc. in Iſai. pro hac voce habes שְׁדֵמָה, quam videſis in voce præcedenti. Cum præfix. 4. Reg. 19. v. 26. וּשְׁדֵפָה *& tamquam uredo* ante ſegetem. Vulg. *quæ* (herba tectorum) *arefacta eſt* antequam veniret

Digitized by Google

niret ad maturitatem. Sensum reddidit, ut patet ex antecedentibus. Lxx. *καὶ πάτημα ἀπέναντι ἑστηκότος & conculcatio coram stante*; satis obscurè. Fortè *πάθημα afflictio ante stantem* segetem. R. שָׁדַף inusit.

שִׁדָּפוֹן m. Vulg. & alii, *ventus urens, uredo, ariditas, rubigo*, quæ causatur ex vento orientali. Av. Lxx. *ἀνεμοφθορία aëris corruptio, ἀφορία sterilitas, ἐμπυρισμὸς incendium, πύρωσις combustio.* Cum præf. Amos 4. v. 9. percussi vos בַּשִּׁדָּפוֹן *uredine*. Lxx. *ἐν πυρώσει in combustione.* Ceteri interpr. *ἀνεμοφθορίᾳ vento corrumpente.* Vulg. *in vento urente.* Alii, *rubigine*, vel *vento orientali*, vel *ardore*; significat aërem corruptum. Grot. וּבַשִּׁדָּפוֹן *& uredine.* Rad. שָׁדַף inusit.

שְׁדֻפוֹת plur. f. cum (ֻ) euphoniæ causâ, Gen. 41. v. 23. & 27. spicæ שְׁדֻפוֹת *adustæ*, quas vidit Pharao in somnio. O. *ἀνεμόφθοροι à vento corruptæ.* Vulg. *percussæ uredine*; & v. 27. *vento urente percussæ.* Cum præfix. & (ו) nativo, וּשְׁדוּפֹת *& adustæ* (spicæ). Rad. eadem ac vocis præcedentis, & est participium Paoül in plur. f.

שדר Chald. unde ITHPAEL Ben. f. m. Dan. 6. v. 15. cum metathesi ש & ת, מִשְׁתַּדַּר Darius *studiosè operam dabat*, ad verbum, *dans* ut liberaret eum (Danielem). Vulg. *laborabat* ut erueret illum. Alii, *conabatur*, vel *satagebat*. Lxx. *ἀγωνιζόμενος fuit laborans* eruere eum.

שַׁדְרַךְ Mass. *Schadrách*, Vulg. *Sidrach*, nom. viri qui & Ananias dicebatur, Daniel. 1. v. 7. Etym. *mammilla tenera*, vel *delicata*; ex שַׁד *mamma*, & רַךְ *mollis, tenera*; vel *delicata*, à רָכַךְ *mollis fuit*; aut *deprædatio tenera*, à שָׁדַד *deprædatus est*, & eodem רַךְ; vel *ager delicatus*, ex שָׂדֶה *ager*, & eod. רַךְ; aut Chaldaïcè, *missus tuus*, ex שְׁדַר *misit, emisit*, & aff. 2. p. f. m.

שְׂדֵרוֹת plur. f. *dispositiones, structura secundùm ordinem*, vide in סָדַר, p. 1436. col. 2. ubi reperies quæ per שׂ scribuntur.

שֶׂה c. generis, sed sæpiùs m. *pecus, agnus, hædus, ovis*, pro quo Targum communiter habet אִמַּר aut אִמְּרָא, quod eamdem habet significationem. Nos pecus sæpe vertimus, eò quòd nomen sit communius. Pagn. שֶׂה notat singula utriusque generis tam ovilli, quàm caprini. Græci inde ducunt, *ὄϊς*, & contractè *οἶς*, & Lat. *ovis*. Av. Sunt qui radicem deducunt, à שָׂהָה inusit. & ipsis שֶׂה, est pro שְׂאֵה, formæ גֵּאֶה *excellens, elatus*, &c. simile ipsi פֶּה *os, oris*. Buxt. Lxx. *πρόβατον ovis, ἀμνὸς agnus, χίμαρος hædus, κριὸς aries, ποίμνιον grex.* Cum præf. וְשֶׂה & וָשֶׂה, hoc ultimum cum (ָ) ob pausam, *& pecus*, מִשֶּׂה *pecus*, בַּשֶּׂה *pecude*, כַּשֶּׂה *sicut pecus*, & cum dagheśch in שׂ, כַּשֶּׂה *sicut pecus*, לַשֶּׂה *pecudi*, & cum (ְ), Ezech. 34. v. 17. לְשֶׂה *pecus*... Exod. 12. v. 4. quòd si minor fuerit familia, מִהְיֹת מִשֶּׂה *quàm ut agnum* comedere *possit*. Ad verbum, *quàm ut sit de agno*, id est, quàm ut sufficere possit edendo agno. Vat. Vulg. sin autem minor est numerus, *ut sufficere possit* ad vescendum *agnum*. Lxx. *ὥστε μὴ ἱκανοὺς εἶναι εἰς τὸ πρόβατον ita ut non sint sufficientes ad agnum* comedendum. Alii, *ut non sint supra agnum*, vel *hædum*: videlicet ut eum non possint consumere. Vel, *quàm ut sit par* edendæ *parvæ pecudi*, vel, *quàm ut sit* superior *parvâ pecude.* Vel, *quam ut insumatur* in eâ *agnus*. Tradunt Rabbini & Josephus de bello Judaic. lib. VII. cap. 17. non pauciores quàm decem ad esum unius agni fuisse adhibitos. Riv. Constr. שֵׂה *pecus*. Cum præf. וְשֵׂה *& pecus*. Cum affix. שֵׂיוֹ *pecus ejus*, m. & in aliâ formâ, שֵׂיהוּ *pecudem suam*, m.

שָׂהֵד m. *testis, testificator*, vel substantivè, *testimonium, contestatio.* Est Chald. & idem significat, quòd עֵד *testis*, & עֵדוּת *testimonium*. Latinis per metath. *testor, aris, testis, testimonium*. Av. Cum præf. Job. 16. v. 19. וְשָׂהֲדִי, al. וְשָׂהֲדִי *& testimonium meum* in alto, m. Alius, *& testis meus* in excelsis. Vulg. v. 20. *& conscius meus* in excelsis. Lxx. v. 20. *ὁ δὲ συνίστωρ μου ἐν ὑψίστοις cognitor autem meus in excelsis.* Origine Chaldæum est, nam סְהַד *testari* in Targum frequens. Sunt qui efferunt vocem hanc per hhólem defect. & (ֵ), שֹׂהֵד; unde nata est diversa punctuatio. Com-

Digitized by Google

munitèr præferunt שָׂהַד. R. שָׂהַד inusit.

שָׂהֲדוּתָא Chald. f. *testimonium*, Gen. 31. v. 47. acervum illum fœderis mutuo initi Laban Syrus testem & judicem suâ linguâ, יְגַר שָׂהֲדוּתָא *acervum testimonii* vocavit, quem Jacob Hebraicè appellavit גַּלְעֵד *cumulum testem*; respondet autem propriè שָׂהֲדוּתָא, Hebræo, עֵדוּת, Vulg. *acervum testimonii*. Lxx. βουνὸς τῆς μαρτυρίας *acervus testimonii*; supple *est*. Laban non patrio sermone, sed Syriacè loquitur, cum habitaret inter Syros. Voces purè Syriacæ sunt. V. Di. R. סָהַד *testari*, per commutationem, ut fit sæpè, שׂ & ס.

שֹׁהַם m. gemmæ nomen, *sardonix*, lapis pretiosus, quibusdam *onyx* est. Lxx. ὄνυξ *onyx*, σμάραγδος *smaragdus*, σάπφειρος *sapphirus*, βηρύλλιον *beryllus*. Alii, βήρυλλος, idem; σάρδιος *sardius*, ὁ λίθος ὁ πράσινος *lapis prasinus*; candorem habet unguis humani. Arabicè dicitur *al blor*, quod vicinum est voci Berylli. Merc. Lapis onyx ab ungue nomen accepit, Græcis enim ὁ ὄνυξ est unguis. Cum præfix. וְשֹׁהַם & *onyx*, הַשֹּׁהַם *onyx*, בְּשֹׁהַם *sardoniche*.

שֹׁהַם Maſſ. *Schóam*, Vulg. *Sóam*, nomen viri, 1. Paral. 24. v. 27. Etym. *onyx*, est ipsa vox præced. aut *mora eorum*; ex Chald. שְׁהָא *moratus est*, & aff. 3. p. plur. m.

שַׂהֲרֹנִים, vide per ס, jam enim, quæ pertinent ad hanc vocem ex permutatione שׂ & ס relata sunt, col. 1437.

שָׁוְא m. vel absque א, שָׁו ad similitudinem צַו *præceptum*, à צִוָּה *præcepit*; Kimhhi monet esse formæ מָוֶת, & dicendum שָׁוֶא, sed ultima vocalis correpta est in (ְ), ut in חֵטְא *peccatum*, pro חֶטֶא. Buxt. variè exponitur שָׁוְא, nempè, *vanitas*, *vanum*, *mendacium*, *falsum*, *falsitas*; adverbial. *frustra*, *in vanum*, &c. Lxx. ματαιότης *vanitas*, μαντεία *divinatio*. Adjectivè, μάταιος *vanus*, ψευδὴς *falsus*, κενός *vacuus*, ἄτοπος *indignus*, γελοιαστὸς *scurra*. Adverbialiter, ματαίως *vanè*, μάτην *frustra*. Cum præfix. וְשָׁוְא & *vanitas*, הַשָּׁוְא *vanitatis*, sine א in fine, Job. 15. v. 31. אַל־יַאֲמֵן בַּשָּׁו נִתְעָה כִּי־שָׁוְא תִּהְיֶה תְמוּרָתוֹ *non credet qui vanitate errat quod vanitas futura sit permutatio ejus*; id est, non credet qui deditus est vanitati, se deventurum in metam vanitatem. Vatabl. Vulg. *non credet frustra errore deceptus, quòd aliquo pretio redimendus sit*; sic totum vertit Mar. *non credet errore*, seu *vanitate deceptus, quòd falsa erit mutatio ejus*, q. d. non credet iis quæ dicimus, sed decipietur, putans vana esse quæ de mutatione & ruinâ ejus sunt dicta. Vide Synopſ. Critic. Lxx. μὴ πιστευέτω ὅτι ὑπομενεῖ, κενὰ γὰρ ἀποβήσεται αὐτῷ. Mſſ. Alex. αὐτῷ ἀναβήσεται, *non credat quia sustinebit, vana enim evenient ei*. Alex. *succrescent ei*, vel *ascendent ei*... *ne credat nihilo*, vano, *qui errat*; *quia nihilum*, vanum, *erit permutatio ejus*, compensatio ejus. Fiducia in eo, quod temerè habetur pro præsidio, pensatur frustratione & miseriâ, quam nemo prudenter eligat. Cocc. Cum daghésch in שׁ ob ה exclusum, לַשָּׁוְא *in vanum*, *frustra*. Quidam ponunt שָׁוְא sub rad. שָׁוָה *æquavit*, *adæquavit*, &c. nos secuti sumus Buxt.

שְׁוָא Maſſ. *Schevá*, Vulg. *Siva*, 1°. nomen proprium unius è Scribis Regis David, 2. Reg. 20. v. 25. 2°. viri quem Vulgata *Sue* nominat, & patrem Machbena, & patrem Gabaa, 1. Paral. 2. v. 49. Genealogiæ satis intricatæ sunt, ut sciunt omnes; non est hujus loci explicare. Calasius dicit fuisse virum de Tribu Juda qui Machbena & Gebaa condidit. Etym. *vanitas*, ex שָׁוְא idem.

שׁוֹאָה f. *desolatio*, *vastatio tumultuosa*, *vastitas*, *vastum*, Buxt. *confusio*, sive subita conturbatio, ut à procellâ; vel *vastitas*, in quâ est confusio omnium rerum; *commotio*, *concussio*, *devastatio*, *destructio*, *strepitus*. Lxx. συνοχὴ *constrictio*, ὠδὶν *dolor*, παγὶς *laqueus*, κακουργία *maleficium*, ὁρμὴ *impetus*, θλῖψις *afflictio*, ἀπώλεια *perditio*, ὑετὸς *pluvia*, ταλαιπωρία *miseria*, ἀφανισμὸς *vastitas*, μέμψις *accusatio*. Adjectivè, ἄβατος *invius*, ἀοίκητος *inhabitabilis*. Cum præfix. בְּשׁוֹאָה *cum vastatione*, כְּשׁוֹאָה *sicut vastatio*; & cum daghésch in שׁ ob ה artic. excluſ. כַּשּׁוֹאָה *sicut vastatio*, לַשּׁוֹאָה *ad vastationem*, וְלַשּׁוֹאָה & *ad vastationem*. Constr. cum præf.

Digitized by Google

וּמִשֹּׁאת *& à vastatione.* Rad. שָׁאָה *vastatus est*, &c.

שֹׁאִים plur. m. *vastationes, desolationes, tumultuationes.* Constr. cum præf. & aff. Psal. 34. Hebr. 35. v. 17. reduc animam meam, מִשֹּׁאֵיהֶם *è tumultibus eorum*, m. Vulg. *à malignitate eorum.* Lxx. ἀπὸ τῆς κακουργίας αὐτῶν *à maleficio eorum.* Alii, *à vastationibus eorum.* R. eadem ac vocis præced.

שׁוּב QAL. Lxx. ὑποστρέφω *revertor*, ἐπιστρέφω *redeo*, ἀποστρέφω *revertor*, ἀναβαίνω *ascendo*, ἀνακάμπτω *revertor*, ἀπέρχομαι *abeo, discedo*, ἀπολύομαι *discedo*, ἀποστρέφω *recedo*, οἰκέω *habito*, ὁρμάω *impetum facio*, &c. Vulg. & alii, *revertor, redeo, converto me, recedo, quiesco, requiesco, habito.* Sequente proximè altero Verbo, Latinè, per *rursùm, iterùm, denuò*, verti potest. Construitur absolutè & cum præpositionib. מִן, אֶל, לְ, אַחֲרֵי, vel מֵאַחֲרֵי, quibus motus vel ad aliquem, vel ab aliquo significatur.

Praet. 3. p. s. m. שָׁב *reversus est.* Cum præf. הַשָּׁב *quæ rediit*, וְשָׁב *& rediit, revertetur, redibit*, pro locorum exigentia. וְשָׁב, Deut. 30. v. 3. *tum reducet Dominus Deus tuus captivitatem tuam.* Lxx. καὶ ἰάσεται κύριος τὰς ἁμαρτίας σου *& medebitur Dominus peccatis tuis.* 3. p. s. f. Exod. 4. v. 7. שָׁבָה *rediit* sicut caro ejus: pura & munda. Vulg. *erat similis* (manus Moysis) carni reliquæ. O. ἀπεκατέστη εἰς τὴν χρόαν τῆς σαρκὸς αὐτῆς, Alex. αὐτοῦ, meliùs; *restituta est in colorem carnis ejus.* Cum præf. הַשָּׁבָה *quæ reversa fuit*, וְשָׁבָה, Levit. 22. v. 13. *& reversa fuerit* (filia Sacerdotis vidua). Cum (-) loco (·) in ultim. & ת loco ה ad formam Chaldaicam, וְשָׁבַת, Ezech. 46. v. 17. *& revertetur* (donum à Principe factum alicui servo) post annum remissionis ad Principem. Sic Vulg. Lxx. καὶ ἀποδώσει τῷ ἀφηγουμένῳ. Ald. C. ἀποδοθήσεται *& reddet duci.* Ald. C. *reddetur.* Agitur de usufructu à Principe concesso, non de jure proprietatis. 2. p. s. m. Psal. 84. Hebr. 85. v. 2. שַׁבְתָּ *tranquillasti*, vel *reduxisti* captivitatem Jacob. Vulg. *avertisti.* Lxx. ἀπέστρεψας τὴν αἰχμαλωσίαν Ἰακώβ *avertisti captivitatem Jacob.* Mſ. Alex. ἐπέστρεψας *revocasti.* Cum præf. וְשַׁבְתָּ *& reversus fueris, reverteris.* 1. p. s. c. שַׁבְתִּי *reversus sum.* Cum præf. וְשַׁבְתִּי *& reversus fuero*, וְשַׁבְתִּי, Psal. 22. Hebr. 23. v. 6. *& quietus ero* in domo Domini. Vulg. *& ut inhabitem* in domo Domini. Lxx. καὶ τὸ κατοικεῖν με *& habitare me*, id est, *habitatio mea*, quod Sym. clariùs expressit, καὶ ἡ κατοίκησίς μου. 3. p. plur. c. שָׁבוּ *reversi sunt.* Cum præf. וְשָׁבוּ, Exod. 13. v. 17. *& revertatur* (populus) *in Ægyptum.* Lxx. καὶ ἀποστρέψῃ εἰς Αἴγυπτον *& revertatur in Ægyptum.* Cum (·) sub (ו) ob pausam, וְשָׁבוּ *& revertentur.* 2. p. plur. m. שַׁבְתֶּם *reversi estis.* Cum præf. וְשַׁבְתֶּם *& revertemini.* 1. p. pl. c. שַׁבְנוּ *reversi sumus.*

Ben. s. m. Jerem. 30. v. 18. sic dicit Dominus: Ecce שָׁב *reducens* (sum) *captivitatem.* Vulg. *Ecce ego convertam conversionem.* Apud Lxx. 37. v. 18. ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστρέψω τὴν ἀποικίαν *ecce ego reducam transmigrationem.* Cum præf. וְשָׁב *& revertens* erat David. וּמִשָּׁב *& à revertente.* Plur. m. שָׁבִים *revertentes.* Cum præf. הַשָּׁבִים *revertentes.* Constr. cum præf. Isai. 59. v. 20. & veniet ad Sion redemptor וּלְשָׁבֵי פֶשַׁע *& ad redeuntes ab iniquitate.* O. καὶ ἀποστρέψει ἀσεβείας ἀπὸ Ἰακώβ *& avertet iniquitates à Jacob.* Sym. καὶ τοῖς ἀποστρέφουσιν ἀσέβειαν ἐν Ἰακώβ *& eis qui avertent impietatem in Jacob.* Aq. καὶ τοῖς ἀποστρέφουσι ἀθεσίαν ἐν Ἰακώβ *& eis qui averterint in pactis inconstantiam in Jacob*, vel *jurium violationem.* Vulg. *& eis qui redeunt ab iniquitate in Jacob.* Cum præf. & affix. Isai. 1. v. 27. Sion in judicio redimetur, וְשָׁבֶיהָ *& conversi ejus*, f. Vulg. *& reducent eam.* Lxx. disjungentes vocem Σιών quam ad versum præcedentē referunt, sic prosequuntur: μετὰ γὰρ κρίματος σωθήσεται ἡ αἰχμαλωσία αὐτῆς *nam cum judicio salvabitur captivitas ipsius;* deduxerunt à שָׁבָה *captivavit.* Alii, *& reduces ejus*, vel *ejusque exules.* Vulg. activè accepit שָׁבֶיהָ, cum affix. 3. p. s. f.

Infin. שׁוּב & שׁוֹב, *reverti, revertendo.* Cum præf. בְּשׁוּב *in tranquillando, reducendo, revertendo, convertendo*, וּבְשׁוּב *& in revertendo*, וְשׁוּב *& revertendo*, כְּשׁוּב *juxta reverti*, וּכְשׁוּב *& juxta reverti*, לָשׁוּב *ad revertendum, reverti*, וְלָשׁוּב *& reverti*, מִשּׁוּב *à*

revertendo. Cum affix. שׁוּבוֹ *reverti ipſum.* Cum præf. & aff. בְּשׁוּבוֹ, & cum (ֻ) loco (וּ), בְּשֻׁבוֹ *in reverti ipſum, cùm reverteretur*, שׁוּבְךָ, & in pauſa, שׁוּבֶךָ *reverti te*, m. שׁוּבִי *reverti me*, c. בְּשׁוּבִי *cùm reverterer*, Oſe. 6. v. 11. *cùm converterem* captivitatem populi mei. Lxx. ἐν τῷ ἐπιστρέφειν με *dum converto.* Vulg. *cùm convertero*, בְּשׁוּבֵנִי *in reverti me*, c. *cùm reverterer*, בְּשׁוּבְכֶם *in reverti vos*, m. *cùm convertimini.*

IMPER. 2. p. ſ. m. שׁוּב & שֻׁב, cum ה paragog. שׁוּבָה & שֻׁבָה, *revertere, reduc, tranquillum fac.* Cum præf. וְשׁוּב, וְשׁוּב, & cum ה parag. וְשׁוּבָה *& revertere.* Cum aff. Pſal. 84. Hebr. 85. v. 5. שׁוּבֵנוּ, Lxx. ἐπίστρεψον ἡμᾶς *converte nos*, c. *tranquilla nos*, vel *reduc nos.* Elias vertit, *redi ad nos.* 2. p. ſ. f. שׁוּבִי & שֻׁבִי, *revertere.* 2. p. ſ. m. שׁוּבוּ & שֻׁבוּ, *revertimini, redite.* Cum præf. וְשׁוּבוּ, וְשׁוּבוּ & וְשֻׁבוּ, *& redite.* 2. p. pl. f. שֹׁבְנָה *revertimini.*

FUT. 3. p. ſ. m. Jud. 7. v. 3. qui formidoloſus & timidus eſt, יָשֹׁב *revertatur.* Lxx. ἐπιστραφήτω *revertatur.* Cum maqqaph, יָשָׁב־, 2. Reg. 19. v. 38. *revertatur*, quæſo, ſervus tuus. Lxx. καθισάτω δὴ ὁ δοῦλός σου *ſedeat nunc ſervus tuus.* Vulg. *ſed obſecro ut revertatur ſervus tuus*, יָשׁוּב & יָשֹׁב, *revertetur.* Cum ה interrog. Jerem. 3. v. 1. ſi ſit mulier cum viro non ſuo, הֲיָשׁוּב *an revertetur* ad eam maritus ejus. Lxx. μὴ ἀνακάμπτουσα ἀνακάμψει πρὸς αὐτόν *numquid revertens revertetur ad eum?* Lxx. retulerunt ad mulierem, cùm textus de viro loquatur. Vulg. *numquid revertetur ad eam?* 2. Reg. 15. v. 8. אִם־יָשׁוּב יְשִׁיבֵנִי *ſi reducendo reduxerit me* Dominus in Jeruſalem. Scribitur יָשִׁיב, ad notandum quòd duplex eſt lectio, prior ex Qal, altera, ex Hiphil, & idem eſt ſenſus. Pagn. infinitum ex Qal intelligendum videtur ab altera radice, יָשַׁב, *ſi me Hieroſolymam reduxerit, ita ut in ea habitem;* at juxta litteras, יָשִׁיב futurum Hiphil repetitum hoc ſenſu, *ſi reduxerit* ſcilicet unquam quemquam, *reducet me;* vel *ſi reduxerit, reduxerit*, inquam, *me*, ſic Robertſ. Maſſor. legendum docent יָשׁוּב. Lxx. ἐὰν ἐπιστρέφων ἐπιστρέψῃ με, *ſi reverti faciens, reverti fecerit me.* Vulg. *ſi re-*

duxerit me Dominus. Videtur non legiſſe vocem illam quæ parit hîc difficultatem, aut ut pleonaſmum accepiſſe. Cum præf. וְיָשׁב *& revertetur*, וְיָשֹׁב, & cum qamets hhatoúph pro hhól. וַיָּשָׁב *& reverſus fuit, & rediit.* 3. p. ſ. f. תָּשׁוּב *revertetur.* Cum maqqaph, תָּשָׁב־ *revertatur.* Cum præfix. וְתָשֹׁב *& redeat*, וַתָּשָׁב *& rediit.* 2. p. ſ. m. תָּשׁוּב *reverteris.* Jerem. 4. v. 1. ſi reverſus fueris Iſraël, dicit Dominus, ad me, תָּשׁוּב *quieſces.* Lxx. ἐπιστραφήσεται *convertetur.* Vulg. *convertere.* Alius, *quieſce*, id eſt, *quietus eſto*, neque huc illuc reſpice, ſed uni Deo fide. Q. in Ang. Cum præfix. וְתָשֹׁב *& reverteris*, וַתָּשָׁב *& reverſus es.* 2. p. ſ. f. Jerem. 3. v. 19. & à me non תָּשׁוּבִי *avertes te*, prout legendum docent Maſſorethæ. Lxx. καὶ ἀπ᾽ ἐμοῦ οὐκ ἀποστραφήσεσθε *& à me non recedetis.* Vulg. *& poſt me ingredi non ceſſabis:* de domo Juda id dicitur. Alius, *& à me ſequendo ne avertas te.* Alius, *& à me non recedes.* 1. p. ſ. c. אָשׁוּב, & cum ה parag. אָשׁוּבָה *revertar.* Cum præf. וְאָשׁוּב, וְאָשׁוּב, & cum (ֻ) loco (וּ), וְאָשֻׁב *& reverſus ſum.* Cum ה parag. וְאָשׁוּבָה *& revertar.* 3. p. plur. m. יָשׁוּבוּ, יָשֻׁבוּ, & cum ן paragog. יְשׁוּבוּן, יְשֻׁבוּן *revertentur.* Cum præf. וְיָשֻׁבוּ *& revertentur*, וַיָּשׁוּבוּ & וַיָּשֻׁבוּ, *& reverſi ſunt.* 3. p. pl. f. תְּשׁוּבֶנָה, ſublato ה per apoc. תְּשֻׁבְןָ, & ex terminatione defectiv. ו, & cum (ֻ) loco (וּ), תְּשֻׁבֶינָה *revertentur.* Cum præf. וַתְּשֻׁבְנָה *& reverſæ ſunt.* 2. p. plur. m. תָּשׁוּבוּ, תָּשֻׁבוּ, & cum ן parag. תְּשׁוּבוּן, תְּשֻׁבוּן, תְּשׁוּבוּן, *revertemini.* Cum præf. וַתָּשֻׁבוּ *& reverſi fuiſtis.* 1. p. plur. c. נָשׁוּב *revertemur.* Cum præf. הֲנָשׁוּב *an revertemur?* וְנָשׁוּב *& revertemur.* Cum qamets hhatoúph, וַנָּשָׁב *& reverſi ſumus.* Cum ה parag. וְנָשׁוּבָה & וְנָשֻׁבָה, *& revertemur.*

POEL שׁוֹבֵב eſt tranſitiv. *reverti fecit, convertit, reſtituit, reduxit, avertit, pervertit, perverſum reddidit.* Alii, *quietum reddidit, requieſcere fecit.* Lxx. ἀποπλανάω *aberrare facio*, οἰκτείρω *miſeror*, πλήσσω *percutio*, συνάγω *congrego*, ἀποκαθίστημι *reſtituo.*

PRAET. 3. p. ſ. f. שׁוֹבְבָה *rebellavit, averſus eſt.* Cum affix. שׁוֹבְבַתְךָ *rebellare fecit te*, f. 1. p. ſ. c. cum præfix. Jerem. 50.

Digitized by Google

v. 19. וְשֹׁבַבְתִּי *& quietum reddam, & redire faciam* Israël ad habitaculum suum. Lxx. 27. v. 19. καὶ ἀποκαταστήσω τὸν Ἰσραὴλ εἰς τὴν νομὴν αὐτοῦ *& restituam Israël in pascuam suam.* Vulg. *& reducam*, &c. Cum præf. & affix. Ezech. 38. v. 4. וְשׁוֹבַבְתִּיךָ *& reducam te*, m. Vulg. *& circumagam te.* Vacat apud Lxx. Alii, *& convertam te*, vel *conteram te*, vel *frangam te, retundam te, circumducam te*, quod ultimum al. exprimit per καὶ περιστρέψω σε κυκλόθεν.

Ben. s. m. Isai. 58. v. 12. vocaberis מְשֹׁבֵב *reductor* semitarum ad habitandum. Lxx. καὶ τὰς τρίβους σου ἀνὰ μέσον παύσεις *& semitas tuas in medio quiescere facies.* Vulg. *avertens semitas in quietem.* Al. *convertens semitas ad quiescendum:* nullum insidiatoribus aditum relinques. Grot.

Infin. cum præf. לְשׁוֹבֵב *ad reducendum, ad quietum reddendum.* Vulg. *ut reducam.* Lxx. τοῦ συναγαγεῖν *ut congregem* Jacob. Cum præf. & affix. Ezech. 39 v. 27. בְּשׁוֹבְבִי *cùm reduxero* eos de populis; ad verbum, *in reducendo me*, c. eos de populis. Lxx. ἐν τῷ ἀποστρέψαι με αὐτοὺς ἐκ τῶν ἐθνῶν *cùm reduxero eos de gentibus.* Vulg. *& reduxero eos de populis.*

Fut. 3. p. s. m. Psal. 22. Hebr. 23. v. 3. animam meam יְשׁוֹבֵב *quietam reddet.* Vulg. sed v. 2. animam meam *convertit.* Lxx. τὴν ψυχήν μου ἐπέστρεψεν *animam meam convertit.* Alii, *convertet, reducet, reducit, revocat, restituit*, id est, *refocillat, leniter ducit.* 2. p. s. m. Psal. 59. Hebr. 60. v. 3. תְּשׁוֹבֵב *reverteris* ad nos. Vulg. *& misertus es nobis.* Lxx. καὶ οἰκτείρησας ἡμᾶς *& miseratus es nos.* Aq. ἐπέστρεψας ἡμᾶς *convertisti nos.* Sym. καὶ περιήγαγες ἡμᾶς *& circumduxisti nos.* Vª. edit. καὶ περιεκύκλωσαν ἡμᾶς *& circumdederunt nos.* Alii, *revertere ad nos, refice nos, recrea nos.*

POAL שׁוֹבַב *redire factus est*, vel *redux fuit*, unde Ben. s. f. cum duplici seghól, Ezech. 38. v. 8. *& venies ad terram* מְשׁוֹבֶבֶת *ereptam à gladio*, scilicet gentium; vel *reducem à gladio*, vel *aversam à gladio.* Vulg. *venies ad terram quæ reversa est à gladio.* Lxx. καὶ ἥξει εἰς τὴν γῆν τὴν ἀπεστραμμένην ἀπὸ μαχαίρας *& veniet in terram quæ perversa est à gladio.*

HIPHIL הֵשִׁיב *facio redire, reduco, revoco, reddo, refero, reporto, repono, converto, rependo, retundo, respondeo, annuntio, affero.* Lxx. ἀναγγέλλω *annuntio*, ἀνάγω *reduco*, ἀναφέρω *affero*, ἀποστρέφω *averto*, ἀνταποδίδωμι *retribuo*, ἀνταποκρίνομαι *contra respondeo*, ἀνταπόκρισιν δίδωμι *responsum do*, &c. Alii, *quietum reddo.*

Praet. 3. p. s. m. הֵשִׁיב *redire fecit, respondit.* Cum præf. Gen. 48. v. 21. וְהֵשִׁיב *reducetque vos* (Deus) *ad terram patrum vestrorum.* Lxx. καὶ ἀποστρέψει ὑμᾶς εἰς τὴν γῆν τῶν πατέρων ὑμῶν *& reducet vos in terram patrum vestrorum.* Malach. 3. v. 24. וְהֵשִׁיב *& quietum reddet* cor patrum ad filios. Alii, *reducet, convertet.* Vulg. cap. 3. divulso in duo v. 6. cap. 4. *& convertet* cor patrum ad filios. Lxx. ὃς ἀποκαταστήσει *qui* (Deus) *convertet.* Cum affix. הֱשִׁיבוֹ *reduxerat eum.* Cum præf. & affix. וֶהֱשִׁיבְךָ *& restituet te*, m. הֱשִׁיבַנִי *reduxit me*, c. וֶהֱשִׁיבַנִי, 2. Reg. 15. v. 25. *& tranquillabit me*, c. Vulg. *reducet me*, c. Lxx. καὶ ἐπιστρέψει με *& reducet me*, c. 2. p. s. m. Psal. 84. Hebr. 85. v. 4. הֱשִׁיבוֹתָ *reduxisti* ab ira faciem tuam. Al. *revocasti* ab excandescendo furorem tuum. Vulg. *avertisti* ab ira indignationis tuæ, ut Lxx. ἀπέστρεψας ἀπὸ ὀργῆς θυμοῦ σου. Ca. *istius iræ fervore coercito.* Cum præf. וַהֲשֵׁבֹתָ *& reduces.* Cum præf. & aff. Deut. 22. v. 2. וַהֲשֵׁבֹתוֹ לוֹ *& restitues eum illi* (bovem aut agnum qui aberrarunt) Vulg. concisè, *& recipiat.* Lxx. καὶ ἀποδώσεις αὐτὰ αὐτῷ *& reddas eos ipsi.* Lex charitatis, facere alteri, quod tibi fieri vis. וַהֲשִׁיבוֹתִם, & sine (י), וַהֲשֵׁבֹתָם *& reduces eos.* 1. p. s. c. cum præfix. Amos 1. v. 8. וַהֲשִׁיבוֹתִי *& convertam* manum meam super Ecrón. Sic Vulg. excepto quod vertit *Accaron* pro *Ecrón.* Lxx. καὶ ἐπάξω τὴν χεῖρά μου ἐπὶ Ἀκκαρὼν *& inferam manum meam in Accaron.* Cum (י) defic. וַהֲשִׁבֹתִי *& reducam*, & pro diversitate locorum, *& respondebo, & reddam.* Et sine (י) τῷ (.) comite, וַהֲשִׁבֹתִי, Jerem. 33. v. 7. *& tranquillam reddidi* captivitatem Juda. Vulg.

& convertam conversionem Juda. Lxx. 40. v. 7. καὶ ἀποστρέψω τὴν ἀποικίαν Ἰούδα *& reducam* transmigrationem Juda. Cum præf. & aff. וַהֲשִׁבֹתִיךָ, וַהֲשִׁיבֹתִיךָ, & sine (י), *& reducam te*, m. וַהֲשִׁבֹתִים, וַהֲשִׁיבֹתִים, & וַהֲשִׁבוֹתִים *& reducam eos*. Præter normam est Zach. 10. v. 6. וְהוֹשְׁבוֹתִים *& convertam eos*, vel *& reversos*, vel potius, *conversos habitare faciam*; tanquam à radice יָשַׁב in Hiphil; vel attendendo ad anomaliam vocis, *& tranquillè collocabo eos*; cùm vox sit composita ex הוֹשַׁבְתִּי in Hiphil, à rad. יָשַׁב, & ex הֲשִׁבוֹתִי, 1. p. s. c. ex rad. שׁוּב. Lxx. καὶ κατοικιῶ αὐτοὺς *& habitare eos faciam*. Alii, *& iterum collocabo eos*, vel *collocabo & reducam eos*, vel *restitutos collocabo*; cùm autem decem tribus nunquam restitutæ sint: Locus hic intelligi debet de restitutione spiritali, & de temporibus Messiæ, D. 3. p. plur. c. הֵשִׁיבוּ *reddiderunt*. Cum præf. Gen. 29. v. 3. וְהֵשִׁיבוּ *& reposuerunt* lapidem super os putei. Lxx. καὶ ἀποκατέστησαν *& reposuerunt*, vel *sedere fecerunt*. Cum præf. & affix. וֶהֱשִׁיבֻם, & sine (י), וַהֲשִׁבֻם *& reduxerunt*, *& retulerunt ea* (scuta). 2. p. plur. m. 1. Reg. 6. v. 8. הֲשֵׁבֹתֶם *reddidistis*. Lxx. ἀπόδοτε *reddite*. Vulg. *exsolvistis*: Agitur de vasis pro expiatione peccati Philistinorum in arcam Domini immissis. Cum præf. וַהֲשֵׁבֹתֶם *& reducite*. 1. p. plur. c. הֲשִׁיבֹנוּ *retulimus*.

Ben. s. m. Gen. 20. v. 7. quòd si tu non מֵשִׁיב *reddis* (uxorem Abraham). Lxx. εἰ δὲ μὴ ἀποδῷς *si autem non reddas*. Vulg. *si autem nolueris reddere*. Cum præf. כְּמֵשִׁיב *sicut reducens*, לְמֵשִׁיב, Ruth. 4. v. 15. & erit tibi *in recreantem* animam (cognatus). Vulg. & habeas *qui consoletur* animam tuam. Lxx. εἰς ἐπιστρέφοντα *in reducentem* animam. Alii, *in tranquillam*. Sing. fem. constr. Psal. 18. Hebr. 19. v. 8. Lex Domini immaculata מְשִׁיבַת *revocans* animam. Vulg. *convertens* animas. Lxx. ἐπιστρέφων ψυχὰς *convertens animas*. Alii, *tranquillans*, *recreans*, *reparans*, *restituens*, *reducens*, *redire faciens*. Plur. m. מְשִׁיבִים *reducentes*. Constr. Prov. 26. v. 16. sapientior sibi videtur piger septem viris מְשִׁיבֵי *referentibus*, vel *respondentibus*, vel *qui pronuntiant* verba cum ratione. Al. *revocantibus ad rationem* ipsum pigrum. Vulg. *loquentibus sententias*. Lxx. τοῦ ἐν πλησμονῇ ἀνακομίζοντος ἀγγελίαν *eo qui in saturitate refert nuntium*. Sym. ὑπὲρ ἑπτὰ ἀποκρινομένους γνώμην *super septem respondentes sententiam*.

Infin. הָשִׁיב, Exod. 23. v. 4. *restituere*, *revocare*. Lxx. ἀποδοῦναι. Ex forma (-), הָשֵׁב, Job. 9. v. 18. non concedet *requiescere* spiritum meum, vel, non dabit *ut faciam quietum* spiritum meum. Lxx. οὐκ ἐᾷ γάρ με ἀναπνεῦσαι *non enim sinit me respirare*. Alius, non sineret me *revocare* spiritum meum, vel, non dat me *reducere* spiritum meum. Alii, *reducendo*, *restituendo*. Et ex forma (-), הָשֵׁב *reducendo*. Cum præf. וְהָשֵׁב *& restituendo*. Cum הַ pro הֲ, ob sequens ה cum (-), pro more talium, הַהָשֵׁב *an reducendo?* 3. Reg. 12. v. 6. quod datis mihi consilium לְהָשִׁיב *ut respondeam* populo huic, Lxx. καὶ ἀποκριθῶ τῷ λαῷ τούτῳ λόγον *& reddam*, vel *respondebo populo huic verbum*, וּלְהָשִׁיב *& reddere* argentum eorum. Lxx. καὶ ἀποδοῦναι. Vulg. *& reponerent* pecunias eorum. Cum affix. Job. 33. v. 5. si potes הֲשִׁיבֵנִי *respondere mihi*, c. Vulg. in imperandi modo accepit, vertendo, *responde mihi*, ut & Lxx. δός μοι ἀπόκρισιν *da mihi responsum*. Cum præf. & aff. לַהֲשִׁיבוֹ *ad reducendum eum*, לַהֲשִׁיבָהּ *ad reducendum eam*, *reducere eam*, לַהֲשִׁיבָם *ad reducendum eos*.

Imper. 2. p. s. m. הָשֵׁב, & ex forma (-), הָשֵׁב *restitue*, *reduc*, *redde*. Cum præf. וְהָשֵׁב, 2. Reg. 15. v. 20. *& reduc* tecum fratres tuos. Lxx. καὶ ἐπίστρεψον τοὺς ἀδελφούς σου μετὰ σοῦ *& redire fac fratres tuos tecum*. Cum ה parag. הָשִׁיבָה, Psal. 34. Hebr. 35. v. 17. *tranquillam redde* animam meam. Lxx. ἀποκατάστησον, Vulg. *restitue*. Alii, *reduc*, *retrahe*, *eripe*. Cum affix. הֲשִׁבֵהוּ *reduc eum*. Cum præf. & affix. וַהֲשִׁיבֵהוּ *& reduc eum*, הֲשִׁיבֵנִי *responde mihi*, c. הֲשִׁבֵנִי *converte me*, c. וַהֲשִׁיבֵנִי *& responde mihi*, c. וַהֲשִׁבֵנִי *& refer ad me*, c. הֲשִׁיבֵנוּ *restitue nos*, *converte nos*, *tranquillos redde nos*, c. 2. p. plur. m. הָשִׁיבוּ *restituite*, *reducite*. Cum

Digitized by Google

præf. וְהָשִׁיבוּ *& restituite*, vel *convertite vos.*

Fut. 3. p. f. m. יָשִׁיב *referet, reddet, rependet, reducet.* Cum præf. וְיָשֵׁב *& convertet*, וַיָּשֶׁב *& reduxit*, vel *redire fecit, retulit, restituit.* Cum affix. יְשִׁיבֶנּוּ *faciet restituere eum*, vel *avertet eum.* Cum præf. & affix. וַיְשִׁיבֵהוּ *& reduxit illud* (cadaver viri Dei.) יְשִׁיבֶנָּה *reducet eam*, וַיְשִׁיבָהּ & וַיְשִׁבָהּ, *& restituit eam*, יְשִׁבֵנִי *reduxerit me, tranquillum reddiderit me*, c. וַיְשִׁבֵנִי *& reduxit me*, c. וַיְשִׁיבֵם *& reduxit eos.* 3. p. f. f. תָּשִׁיב *referebat.* 2. p. f. m. תָּשִׁיב, & ex forma (-), תָּשֵׁב *reduces, restitues, avertas*, & 3. Reg. 2. v. 20. אַל־תָּשֵׁב אֶת־פָּנָי, ad verbum, *ne reverti facias faciem meam*, quod Vulg. benè vertit, *ne confundas faciem meam.* Cum affix. תְּשִׁיבֶנּוּ *restitues eam* (vestem). תְּשִׁיבֵנִי & תְּשִׁבֵנִי, *reduces me*, c. תְּשִׁיבֵם *reduces eos*, תְּשִׁיבֵנוּ *reduces nos*, c. 2. p. f. f. absque (י) ēs hhiriq comite, תָּשִׁבִי *reverti facias.* 1. p. f. c. אָשִׁיב *reducam, reddam, respondebo*, Jerem. 32. v. 44. quoniam אָשִׁיב *tranquillam reddam* captivitatem eorum, Vulg. quia *convertam* captivitatem eorum. Lxx. ὅτι ἀποστρέψω τὰς ἀποικίας αὐτῶν quia *convertam* transmigrationes eorum. Cum præf. וְאָשִׁיב *& reddam*, וָאָשִׁיב, & ex forma (-), וָאָשֵׁב *& respondi.* Cum ה paragog. וְאָשִׁיבָה *& reducam, & respondebo*, וָאָשִׁיבָה *& retuli, & reduxi.* Cum affix. אֲשִׁיבֶנּוּ *reducam eum, restituam eum, respondebo ei*, m. Amos 1. v. 3. לֹא אֲשִׁיבֶנּוּ *non convertam eum, non tranquillum reddam eum.* Lxx. οὐκ ἀποστραφήσομαι αὐτόν *non aversabor eum.* Videntur legisse interrogativè, *nonne?* Sym. προσδέξομαι *non suscipiam.* Alii, *non revocabo eum, non retraham, reducam, parcam.* אֲשִׁיבֶנָּה *revocabo illud*, f. אֲשִׁיבְךָ, & in pausa, אֲשִׁיבֶךָ *respondebo tibi*, m. Cum præf. & affix. וַאֲשִׁיבְךָ *& convertam te*, m. 3. p. plur. m. יָשִׁיבוּ *restituent, avertent.* Cum præf. וְיָשִׁיבוּ, Thren. 1. v. 19. *ut reficerent*, vel *restituerent* animam suam. Vulg. *ut refocillarent.* Lxx. ἵνα ἐπιστρέψωσιν *ut redire facerent*, וְיָשִׁבוּ *& referent*, וַיָּשִׁבוּ & וַיָּשִׁיבוּ, *& retulerunt, restituerunt.* Cum affix. יְשִׁיבוּנִי *faciunt respondere me*, c. Cum præf. & affix. וַיְשִׁיבֻהוּ, 2. Paral. 24. v. 11. *& retulerunt eam* (arcam) in locum suum. Vulg. *porro arcam reportabant* ad locum suum. Lxx. καὶ κατέστησαν εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ *& restituerunt in loco ejus*, וַיְשִׁבֻהוּ *& responderunt ei* (Davidi), vel fortè, *& respondere eum fecerunt*, ut priùs responderat, וַיְשִׁיבוּם *& reduxerunt eos.* 3. p. plur. f. תְּשִׁיבֶנָה *restituent.* 2. p. pl. m. תָּשִׁיבוּ *referetis.* Cum præf. & fine (י) יוּד (.) comite, וַתָּשִׁבוּ *& reduxistis.* 1. p. plur. c. נָשִׁיב *reddemus.* Cum præf. וְנָשִׁיב *& referemus*, & mutato (.) in (-) ob (ו) convers. וַנָּשֶׁב *& retulimus.*

HOPHAL Praet. 3. p. f. m. Gen. 42. v. 28. & dixit ad fratres suos, הוּשַׁב *restituta est* pecunia mea. Lxx. ἀπεδόθη μοι τὸ ἀργύριον *redditum est mihi argentum.* Vulg. *reddita est mihi pecunia.*

Ben. f. m. Gen. 43. v. 12. & pecuniam הַמּוּשָׁב *restitutam*, vel *repositam.* Lxx. καὶ τὸ ἀργύριον τὸ ἀποστραφὲν *& argentum redire factum.* Vulg. *& illam quam invenistis.* Plur. masc. מוּשָׁבִים *restituta.*

Fut. 3. p. f. m. cum præf. Exod. 10. v. 8. וַיּוּשַׁב *& revocatus est* (Moyses). Lxx. καὶ ἀπέστρεψαν *& redire fecerunt* (Moysen). Vulg. *revocaveruntque* Moysen. 3. p. f. f. in pausa, quare (-) loco (-), Isai. 44. v. 26. qui dico Jerusalem, תּוּשָׁב *restituetur.* Quidam referunt ad יָשַׁב, unde Vulg. vertit, *habitaberis*, ut Lxx. κατοικηθήσῃ *habitaberis*, qui legerunt in 2. p. f. f.

שׂוּב QAL, *canuit, incanuit, canus fuit.* Doctores statuunt senectutem ad annos sexaginta, canitiem ad septuaginta. Merc. unde Praet. 1. p. f. c. cum præf. 1. Reg. 12. v. 2. & ego senui וָשַׂבְתִּי *& incanui.* Lxx. κἀγὼ γεγήρακα καὶ καθήσομαι, & ego senui *& sedebo*, quasi dicat, cessabo à functione muneris mei. Compl. καὶ πεπολίωμαι *& incanui.* Videntur o. legisse וְשַׁבְתִּי *& sedebo.* Vulg. *ego autem senui & incanui.*

שׂוּב vel שָׂב, Chald. f. m. *senex, senior;* unde plur. emphat. Esd. 5. v. 9. שְׁאֵלְנָא לְשָׂבַיָּא *interrogavimus senes.* Lxx. ἠρωτήσαμεν τοὺς πρεσβυτέρους *interrogavimus seniores.* Constr. שָׂבֵי *senes.* Cum præf. וְשָׂבֵי *& senes*, וּלְשָׂבֵי *& seniores.* Rad. שׂיב inusit.

שׁוּבָאֵל Mass. *Schoûvaêl*, Vulg. *Subael*, no-

Digitized by Google

men proprium 1°. viri Levitæ de nepotibus Amram, 1. Paral. 24. v. 20. 2°. alterius qui & ipse Levita fuit tertiæ decimæ sortis, 1. Paral. 25. v. 20. distinguit sic Calasius. Etym. *conversio Dei*, ex שׁוּב *convertit*, & אֵל *Deus*; vel *captivitas Dei*, ex שָׁבָה *captivavit*, & אֵל *Deus*; vel *sedes Dei*, ex יָשַׁב *sedit*, & אֵל *Deus*.

שׁוֹבָב f. m. *aversus*, *rebellis*, Isai. 57. v. 17. & ambulavit שׁוֹבָב *rebellis*, per viam cordis sui. Alii, *aversus*, *seductus*, *refractarius*, *abductus*, *versus*, seu *recedens* in via cordis sui. Cocc. quidam referunt vocem hanc ad Benoni Pual absque מ servili. Lxx. καὶ ἐπορεύθη στυγνὸς ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ & ambulavit *tristis* in viis suis. Vulg. & abiit *vagus* in via cordis sui. Plur. masc. Jerem. 3. v. 14. Convertimini filii שׁוֹבָבִים *rebelles*, *aversi*, *refractarii*. Vulg. filii *revertentes*. O. υἱοὶ ἀφεστηκότες *filii recedentes*, *discedentes*. Sing. fem. cum præf. Jerem. 31. v. 22. usquequò deliciis dissolvêris filia הַשּׁוֹבֵבָה *aversa*? Alii, *filia rebellis*, *refractaria*, *aversatrix*, *perfida*? Vulg. *filia vaga*? Lxx. θυγάτηρ ἠτιμωμένη; *filia despecta*? Alii, *inhonorata*? Compl. ἀπηγνωσμένη *desperata*? Rad. שׁוּב *aversus est*, *avertit se*.

שׁוֹבָב Mass. *Schobáv*, Vulg. *Sobab*, nomen proprium 1°. unius è filiis David, 2. Reg. 5. v. 14. 2°. filii Caleb ex Azuba, 1. Paral. 2. v. 18. Etym. *reversus*, vel *aversus*, vel *conversus*; ex שׁוּב *reversus est*, *conversus est*, vel à שׁוֹבָב, Poal rã שׁוּב *aversus est*.

שׁוּבָה f. *reversio*, *quies*, *requies*, *conversio*. Cum præf. Isai. 30. v. 15. בְּשׁוּבָה *in quiete*, & requie salvi eritis. Alii, *in resipiscentia*, vel *conversione*, vel *tranquillitate*. Vulg. *si revertamini* & quiescatis, salvi eritis. Lxx. ὅταν ἀποστραφεὶς στενάξῃς, τότε σωθήσῃ *cùm conversus ingemueris*, *tunc salvaberis*. Sym. ἐν μετανοίᾳ καὶ ἀναπαύσει σωθήσεσθε *in pœnitentia & quiete salvabimini*. Rad. שׁוּב *rediit*, &c.

שׁוֹבָךְ Mass. *Schovác*, Vulg. *Sobách*, nomen proprium magistri militiæ Adar-Ezer regis, 2. Reg. 10. v. 16. Etym. *perplexitas*; ex שׂבך inuit. unde fit שׂוֹבָךְ *perplexitas*.

שׁוֹבָל Mass. *Schovál*, Vulg. *Sobal*, nomen proprium 1°. filii Seir Horræi, Gen. 36.

v. 20. 2°. patris Cariathiarim, 1. Paral. 2. v. 50. 3°. patris Raia, 1. Paral. 4. v. 2. Etym. *semita*, ex שְׁבִיל idem. Vel *vana vetustas*, ex שָׁוְא *vanum*, & בָּלָה *vetustate attritum est*.

שׁוֹבֵק Mass. *Schovéq*, Vulg. *Sobec*, nomen proprium viri, Nehem. 10. v. 25. Etym. *æquiparatus vacuitati*; ex שָׁוָה *æquiparatus est*, & בָּקַק *vacuavit*, *evacuavit*.

שׁוּג, vide in סוּג per ס, col. 1437. quia hæc unica vox per שׁ, hùc relata est.

שׁוּד QAL, *obduxit*, *incrustavit calce*, *perlevit*, *oblevit calce*, unde Praet. 2. p. f. m. cum præf. Deut. 27. vv. 2. & 4. וְשַׂדְתָּ *& obduces* eos (ingentes lapides) calce. Lxx. καὶ κονιάσεις αὐτοὺς κονίᾳ *& levigabis eos calce*. Sic Vulg.

שׁוּה QAL, *æquor*, *adæquor*, *æqualis sum*, *comparo*; *utile fuit*, *profuit*, *conveniens fuit*, *expedivit*. Construitur cum præpos. ל & ב.

Praet. 3. p. f. m. Job. 33. v. 27. & dicet (homo ægrotus jam restitutus); peccavi, & verè deliqui, וְלֹא־שָׁוָה לִי *& non profuit mihi*. Alii, *commodum non mihi* perinde *fuisset*, id est, *profuisset*, vel *convenisset*; *& non æquale fuit mihi*, id est, *non recepi pro meis peccatis æqualia*. Vulg. *&*, *ut eram dignus*, *non recepi*. Alii, *hoc non fuit æquum*, id est, *congruum mihi*; *quod non profuerat mihi*, id est, *summè nocuerat*: *minimè*. Lxx. καὶ οὐκ ἄξια ἤτασέ με ὧν ἥμαρτον *& non dignè in me inquisivit pro iis quæ peccavi*; vel *& non merita peccatorum meorum scrutatus est*.

Ben. f. m. Esth. 5. v. 13. *& omne hoc* אֵינֶנּוּ שֹׁוֶה לִי *non prodest mihi*. Al. *non satisfacit*; *non commodum mihi est*; *totum istud ego non curo*; *totum hoc non est pretium apud me*. Rectè Bernardus lib. 1°. de consideratione: *O ambitio, ambientium crux, quomodo omnes torquens omnibus places*? De Aman agitur superbo. Vulg. *& cùm hæc omnia habeam*, *nihil me habere puto*: benè sensum expressit. Lxx. καὶ ταῦτά μοι οὐκ ἀρέσκει *& hæc mihi non placent*.

Fut. 2. p. f. m. Proverb. 26. v. 4. ne respondeas stulto juxta stultitiam ejus פֶּן־תִּשְׁוֶה־לּוֹ *ne fortè adæqueris ei*, vel *par sis ei*. Hùc

Digitized by Google

Huc facit illud Ciceronis, *mihi ratio habenda est, non quid Sallustius meritò debeat audire, sed ut ea dicam quæ ego honestè effari possum.* Vulg. *ne efficiaris ei similis.* Lxx. ἵνα μὴ ὅμοιος γένῃ αὐτῷ *ut non similis ei fias.* 1. p. s. c. cum affix. Isai. 40. v. 25. cui me assimilastis וְאֶשְׁוֶה *& aquabor?* Alii, *&* cui *æqualis ero?* aut cui *similis ero?* aut *æqualis essem?* an vestris comparationibus mihi majestatem adimetis? Calv. Lxx. καὶ ὑψωθήσομαι; *& exaltabor?* C. καὶ ὁμοιωθήσομαι αὐτοῖς; *& assimilabor eis?* Theod. Sym. σωθήσομαι; *salvabor?* lege ἰσωθήσομαι; *æquiparabor?* Aq. ἐξισωθήσομαι; *æquiparabor?* Vulg. *& cui assimilastis me & adæquastis?* 3. p. plur. m. Proverb. 3. v. 15. & omnia desiderabilia tua לֹא יִשְׁווּ־בָהּ *non æquabuntur ei* (sapientiæ). Alii, *non æquari possunt; & nihil est quod ei comparetur; non æquiparabuntur ei; non assimilabuntur ei.* Lxx. πᾶν δὲ τίμιον οὐκ ἄξιον αὐτῆς ἐστιν *omne autem pretiosum non est eâ dignum*, id est, nulla res quamvis pretiosissima ei potest æquiparari. Vulg. *& omnia, quæ desiderantur, huic non valent comparari.*

NIPHAL. De voce seq. Prov. 27. v. 15. quæ pertinet ad Niphál & ad Hithpaél variæ sunt sententiæ quas hîc delibamus. Robertſ. sumit נִשְׁתָּוָה, pro 3. p. f. m. præteriti Niphál. D. Petrus Guarin eruditissimus, tom. 1. Grammaticæ suæ, p. 305. col. 1. & 2. putat *librariorum oscitantia videri irrepsisse* נ pro מ, unde legendum putat in particip. feminino singulari מִשְׁתָּוָה, vide quæ sequuntur in eodem illustri Auctore; cum *stillatione jugi in die pluviæ & mulier contentionum*, id est, contentiosa נִשְׁתָּוָה *æquatur:* est enim part. fem. quamvis sit longum, inquit R. D. unde non ad stillationem, quæ Hebraicè generis est masculei, sed ad mulierem refertur. Et, secundùm normam (ו) debuerat esse cum daghésch, vel est præteritum masculinum, inquit R. D. & sic refertur ad stillationem; sed A. E. exponit, *guttæ expellenti* (scilicet à domo) *in die pluviæ, mulier contentionum æquatur;* est ex formâ Chaldaïca habens vim τῦ Niphal. Cocc. vel est forma ex Hithpaél & Niphál composita, quod Chaldæis, Talmudicis & Rabbinis familiare. Buxt. Eliget lector expositionem quæ sibi magis arridebit. Alii sic vertunt: & litigiosa mulier, נִשְׁתָּוָה *similis est, æquata est, paria sunt, similia sunt.* Ad mulierem refertur; per zeugma verò ad utrumque pertinet, quasi נִשְׁתָּווּ *æquantur*, scriptum esset. Merc. Lxx. ὁμοίως καὶ γυνὴ λοίδορος ἐκ τοῦ ἰδίου οἴκου *similiter & mulier conviciatrix, maledica è domo propriâ.* Sym. μαχίμη *pugnax.* Vulg. & litigiosa mulier *comparantur.*

PIEL שִׁוָּה *æquavit, adæquavit, complanavit*, ut, cùm complanatur facies, id est, superficies alicujus rei: Cocc. ut scilicet undequâque æqualis sit: Merc. *posuit, composuit, disposuit, proposuit*, ex significatione scilicet Chald. Buxt.

PRAET. 3. p. f. m. Isai. 28. v. 25. nonne postquam שִׁוָּה *adæquaverit* (arator) superficiem ejus (agri). Lxx. οὐχ ὅταν ὁμαλίσῃ τὸ πρόσωπον αὐτῆς; *nonne cùm adæquaverit faciem ejus?* Sic Vulg. *per faciem*, intellige *superficiem*, ut jam notatum. 1. p. s. c. Psal. 15. Hebr. 16. v. 8. שִׁוִּיתִי *proposui* Dominum in conspectu meo semper. Lxx. προωρώμην τὸν κύριον ἐνώπιόν μου διαπαντός *providebam* Dominum in conspectu meo semper. Sic Vulg. alii, *pono, posui, propono, proposui, æqualiter posui.*

BEN. s. m. 2. Reg. 22. v. 34. מְשַׁוֶּה *disponens* pedes meos tanquam cervorum. Lxx. τιθεὶς τοὺς πόδας μου ὡς ἐλάφων *qui ponit* pedes meos ut cervorum. Vulg. *coæquans* pedes meos cervis. Alii, *adæquans, æquat, pares facit, ponens, ponit, qui stabilivit, qui ponit agiles* pedes meos sicut cervarum.

FUT. 3. p. s. m. Osee 10. v. 1. vitis vacua Israël פְּרִי יְשַׁוֶּה־לּוֹ *fructum ponet sibi?* feretne fructum? q. d. nequaquam. Vulg. vitis frondosa Israël, *fructus adæquatus est ei.* Lxx. ἄμπελος εὐκληματοῦσα Ἰσραήλ, ὁ καρπὸς εὐθηνῶν αὐτῆς *vitis bonas habens propagines Israël: fructus abundans ejus.* Videntur hæc interrogativè sumenda, & reverà sumunt quidam ut videre est in

Synopsi Critic. *Israël* est ut *vitis evacuans fructum* quem Deus *ei ponit*. D. Riv. Alii, *& quomodo fructum ponet sibi? an fructum reponet sibi? fructum æstimaverit ei* quispiam? juxta R. D. quidam exponunt: *fructus mentietur illi*, (videlicet ex nomine שָׁוְא *mendacium*). A. E. exponit, *fructus æquabit illam*, id est, vitem, quia scilicet vitis & fructus æquantur. 2. p. f. m. תְּשִׁיתֵה *pones, impones, dispones*.

HIPHIL הִשְׁוָה *fecit esse æqualem, adæquavit, comparavit, assimilavit*.

Fut. 1. p. f. c. Thren. 2. v. 13. מָה אַשְׁוֶה־לָּךְ *quid æquabo* (id est, ut æquale comparabo. Pi.) *tibi*, & consolabor te? Alii, *quid æquarem tibi? quem proponam tibi?* sermonem dirigit Propheta ad filiam Sion. Vulg. *cui exæquabo te?* Lxx. τίς σώσει; *quis salvabit?* Mf. Alex. τίς σώσει σε; *quis salvabit te?* qui videntur legisse tamquam ab הוֹשִׁיעַ *salvum fecit*. 2. p. plur. m. cum præf. Isai. 46. v. 5. cui assimilabitis me וְתַשְׁווּ *& adæquabitis, comparabitis?* Hoc ideo dicit, nè, exemplo idololatrarum corrupti, & fessi longâ servitute, Babyloniorum mores imitarentur; nam Persæ imagines non habebant. Grot. Vulg. *cui assimilastis me, & adæquastis?* Lxx. τίνι με ὡμοιώσατε; ἴδετε, τεχνάσασθε οἱ πλανώμενοι *cui assimilastis me? videte, excogitate qui erratis*. Sic totum versum reddunt, quem aliter legisse quàm fert textus Hebraïcus, manifestum est conferenti textum cum textu.

שוח PEAL, Chald. inusit. unde

PAEL, Praet. 3. p. f. m. שַׁוִּי *posuit*, Dan. 5. v. 21. & cor suum cum fera שַׁוִּי *posuit*, cœpit delectari ferinâ vitâ (Nabuchodonosor). Vulg. sed & cor ejus cum bestiis *positum est*. Lxx. καὶ ἡ καρδία αὐτοῦ μετὰ τῶν θηρίων ἐδόθη *& cor ejus cum bestiis datum est*, cor habuit ferinum.

ITHPAEL אִשְׁתַּוִּי, unde Fut. 3. p. f. m. Dan. 3. v. 29. וּבַיְתֵהּ נְוָלִי יִשְׁתַּוֵּה *& domus ejus sterquilinium ponatur*, fiat.

שָׁוֵה Masf. *Schavéh*, Vulg. *Savé*, nom. proprium civitatis, seu vallis, Gen. 14. v. 5. quæ & vallis Regis, ibid. v. 17. dicitur.

Etym. *æquitas ejus*, à שָׁוֶה *æquitas*; & affix. 3. p. f. f. vel *ponens*, à שִׁית *posuit*.

שוח QAL, *inclino, declino, propendeo, incurvor, inclinor*; unde Praet. 3. p. f. f. juxta quosdam. Prov. 2. v. 18. כִּי שָׁחָה אֶל־מָוֶת בֵּיתָהּ *nam propendet ad mortem domus ejus* (mulieris adulteræ). Alius, *quia inclinata est*, aut *inclinavit se ad mortem domus ejus*. Aben-Esra, mulier ipsa *inclinata est ad mortem*, quæ est *domus ejus*: ob בַּיִת mascul. R. Levi exponit, הִשְׁפִּילָה *humiliavit*, aut *humiliare fecit ad mortem domum suam*. R. Joseph à שָׁחַח deducit vertitque: *deprimitur, incurvat se, inclinat ad mortem domus ejus*. Atque sic manet convenientia generis inter verbum & nomen; si verò sit à שׁוּחַ tunc est femininum & genere discrepat à masculino בַּיִת. Buxt. Al. *inclinata est* mulier ipsa *ad mortem domum suam* per appositionem, quæ mors futura est domus ejus. Vulg. *inclinata est enim ad mortem domus ejus*. Lxx. ἔθετο γὰρ παρὰ τῷ θανάτῳ τὸν οἶκον αὐτῆς *posuit enim ad*, vel *apud mortem, domum suam*. Sym. ὅρκον *confinium fecit, circumscripsit*. Alius, ἔκλινε γὰρ εἰς θάνατον οἶκος αὐτῆς *depressa est enim ad mortem domus ejus*; fortè, *quia deprimis* (mulier) *ad mortem domum suam*.

שׁוּחַ Masf. *Schoùahh*, Vulg. *Sué*, nom. proprium unius è filiis Abrahæ ex Cetura, Gen. 25. v. 2. & 1. Paral. 1. v. 32. Etym. *loquens*, sive *meditans*, ex שִׂיחַ *locutus est, meditatus est*; vel *incurvatio*, aut *humiliatio*, ex שָׁחָה *incurvavit se*.

שוח QAL. Lxx. λέγω *oro*, ἐκδιηγέομαι *enarro*, συλλαλέω *colloquor*, φθέγγομαι *loquor*, ἀδολεσχέω *meditor, confabulor*. Vulg. & alii, *loquor, meditor, confabulor, narro* afflictiones & labores; rem seriò & multùm *tracto* meditatione, sermone: *differo, me exerceo*.

Infin. cum præfix. Gen. 24. v. 63. & egressus est Isaac לָשׂוּחַ *ad meditandum*, aut *orandum* in agro. A. E. exponit: *ad deambulandum inter arbusta*, aut *herbas*. Chald. לְצַלָּאָה *ad orandum*. Lxx. καὶ ἐξῆλθεν Ἰσαὰκ ἀδολεσχῆσαι εἰς τὸ πεδίον *& egressus est Isaac*

Digitized by Google

in agrum ut meditaretur, juxta ſenſum ſcripturæ & ſcholiaſtæ, ut mox videbimus. Sym. λαλῆσαι ἐν τῷ ἀγρῷ *loqui in agro.* Aq. ὁμιλῆσαι ἐν χώρᾳ *colloqui in regione.* Schol. ἐξῆλθε. κτ' μόνας τοῖς ἰδίοις λογισμοῖς ὁμιλῆσαι. ὁ προσκεῖται δὲ τινι. εἰκότως. ἐπεὶ μηδὲ ἀνθρώπων ἡ τοιαύτη ὁμιλία γίνεται, ἀλλ' ἤτοι πρὸς θεὸν, ἢ αὐτοῦ πρὸς ἑαυτόν. Exiit ſolus propriis cogitationibus operam dare, ac ſermocinari, non additur autem cum quo: jure id quidem, quando neque hominum hæc collocutio eſt, ſed vel erga Deum, vel ſui ipſius erga ſeipſum. S. Ambroſ. *exivit in campum abalienare.* Vulg. *& egreſſus fuerat ad meditandum in agro.* Cum hhiriq loco ſchouréq, לָשׂוּחַ *ad meditandum*, quidam tamquam in Hiphil ſumunt pro לְהָשִׂיחַ.

POEL שׂוֹחֵחַ *diſſeruit, meditatus eſt, enarravit*; unde Fut. 3. p. ſ. m. Iſai. 53. v. 8. וְאֶת־דּוֹרוֹ מִי יְשׂוֹחֵחַ *& generationem ejus quis eloquetur?* Lxx. τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; *generationem ejus quis enarrabit?* Sic & Vulg. Alii, *ætatem, ſæculum ejus*, (Meſſiæ) *quis eloquetur? quis enarrabit? recenſebit? deſcribet? deſcribere poteſt? oratione conſequi poterit?* Chald. paraphraſis, *& miracula quæ fient in nobis in diebus ipſius quis poterit enarrare?* 1. p. ſ. c. Pſal. 142. Hebr. 143. v. 5. de opere manuum tuarum אֲשׂוֹחֵחַ *commentor; verba facio, diſſero.* Vulg. in factis manuum tuarum *meditabar.* Lxx. ἐν ποιήμασι τῶν χειρῶν σου ἐμελέτων, idem ac Vulg.

HIPHIL הֵשִׂיחַ *meditatus eſt, collocutus eſt, confabulatus eſt.* Lxx. ἀνοίγω *aperio*, διηγέομαι *enarro*, μελετάω *meditor.*

Imper. 2. p. ſ. m. cum aphæreſi τοῦ ה, שִׂיחַ *colloquere.* 2. p. plur. m. שִׂיחוּ *colloquimini.*

Fut. 3. p. ſ. m. Pſal. 118. Hebr. 119. v. 23. ſervus tuus יָשִׂיחַ *meditabatur* in ſtatutis tuis. Lxx. ὁ δὲ δοῦλός σου ἠδολέσχει ἐν τοῖς δικαιώμασί σου *ſervus autem tuus exercebatur in juſtificationibus tuis.* Sic Vulg. 3. p. ſ. f. cum affix. Proverb. 6. v. 22. & cùm evigilaveris הִיא תְשִׂיחֶךָ *ipſa* (lex matris tuæ) *colloquetur tecum*, m. Alii, *illa confabulabitur tecum, erit meditatio tua, in hac meditatione experrectus verſare, cúmque evigilaveris tecum diſſerant*, in omni actu vitæ tibi proderit. Grot. Vulg. *& evigilans loquere cum eis.* Lxx. ἵνα ἐγειρομένῳ συλλαλῇ σοι *ut tecum evigilante colloquatur.* 1. p. ſ. c. אָשִׂיחַ *meditabor.* Cum ה parag. Job. 7. v. 11. אָשִׂיחָה *loquar* in amaritudine animæ meæ. Cum præf. & ה paragog. וְאָשִׂיחָה *& loquar.* 3. p. plur. m. יָשִׂיחוּ, Pſal. 68. Hebr. 69. v. 13. *loquebantur* in me qui ſedebant in portâ.

שׁוּחָה f. *fovea, foſſa, deſolatio*, per metalepſin, *deſolatio in foveâ.* Av. Lxx. adjectivè, ἄβατος *invius.* Subſtantivè, βόθρος *fovea*, λόγος *ſermo*, πίθος *dolium*, ῥῆμα *verbum.* Cum præf. Jerem. 2. v. 6. qui ambulare fecit nos... per terram deſertam וְשׁוּחָה *& deſolatam.* Vulg. per terram inhabitabilem *& inviam.* Lxx. ἐν γῇ ἀπείρῳ καὶ ἀβάτῳ *in terrâ ignotâ & inviâ.* Alii, *per terram ſqualidam, incultam, ſepulcralem, foſſæ, foſſarum*: quaſi diceret, ubi plurima viæ pericula. Angl. R. שׁוּחַ *inclinatus eſt, propendit.*

שׁוּחָה Maſſ. *Schouhhâh*, Vulg. *Suá*, nomen proprium fratris Caleb, 1. Paral. 4. v. 11. Etym. *foſſa*, ex שׁוּחַ *inclinatus eſt*; vel *humiliatio*, ex שָׁחָה *depreſſus eſt.*

שׁוּחִי Maſſ. *Schouhhî*, Vulg. *Suhites*, nomen proprium patriæ unius ex amicis Job, dicti Baldad, Job. 2. v. 11. & 8. v. 1. Etym. *meditatio mea*, ex שִׂיחַ *meditatus eſt*; vel *incurvatio mea*, ex שָׁחָה *depreſſus eſt*, & aff. 1. p. ſ. c.

שׁוּחָם Maſſ. *Schouhhâm*, Vulg. *Suham*, nomen propr. filii Dan, filii Jacob, Num. 26. v. 42. Etym. *loquutio*, ſeu *meditatio eorum*, ex שׂוּחַ *meditatus eſt*; vel *humiliatio eorum*, ex שָׁחָה *depreſſus eſt*, & aff. 3. p. plur. m.

שׁוּחָמִי Maſſ. *Schoûhhamî*, Vulg. *Suhamitæ*, nomen patronymicum, ſive commune virorum à Suham oriundorum, Num. 26. v. 43. Etym. eadem ac vocis præced.

שׁוֹט m. *ſcutica, flagellum*, à circumagendo. Lxx. ζυγὸς *jugum*, μάστιξ *flagellum.* Adjectivè, φαῦλος *pravus. Virga* quælibet, quâ quis percutitur, caſtigatur & circumpungitur: plerumque exponitur, pro flagello ex rudentibus contexto. Av. Cum

Digitized by Google

præf. Job. 5. v. 21. בְּשׁוֹט לָשׁוֹן תֵּחָבֵא *à flagello linguæ abſconderis.* Sic Vulg. Lxx. *ἀπὸ μάστιγος γλώσσης σε κρύψει à flagello linguæ abſcondet te*, ſub. *Deus.* Alii, *dum pervagabitur lingua, cùm flagellat lingua, cum graſſatur flagellum*, ſubaudiendo verbum conjugatum. Cocc. Plur. m. cum præf. & dagheſch in ט ob ה excluſum, 3. Reg. 12. v. 11. pater meus corripuit vos, בַּשּׁוֹטִים *flagellis.* Vulg. *cecidit vos flagellis.* Lxx. *ἐπαίδευσεν ὑμᾶς μάστιξι corripuit vos flagellis.* R. שׁוּט *circuire*, &c.

שוט QAL. Lxx. *διαπορεύομαι tranſeo, διέρχομαι idem, περιέρχομαι circumeo, περιοδεύω idem.* Vulg. & alii, *peragro, ito, diſcurro, percurro, curſito, circumeo;* & cum accuſat. *circumagito, diffundor, diſcurro.* Hinc *σκῦτος corium, σκυτεὺς coriarius; ſcutica*, flagellum ex corio. Av.

Praet. 3. p. plur. c. Num. 11. v. 8. שָׁטוּ הָעָם *ibat populus, curſitabat.*

Infin. cum præf. Job. 1. v. 7. unde venis? reſpondit Satan מִשּׁוּט בָּאָרֶץ *ab exſpatiando in terrâ.* Lxx. *περιελθὼν τὴν γῆν poſtquam peragravi terram.* Vulg. *circuivi terram.* Alii ad verbum, *à pervagando, à circumeundo terram*, ſive *à diſcurrendo per terram.* Cum (ֹ), מִשּׁוֹט *à peragrando.*

Imper. 2. p. f. m. שׁוּט *diſcurre, curre, vade, curſita.*

Fut. 3. p. plur. m. cum præf. & (ֻ) pro (וּ), 2. Reg. 24. v. 8. וַיָּשֻׁטוּ *& peragrarunt* totam terram, (principes militum David). Vulg. *& luſtratâ universâ terrâ.* Lxx. *καὶ περιώδευσαν ἐν πάσῃ τῇ γῇ & circumcurſarunt totam terram illam.*

POEL שׁוֹטֵט *circuivit frequenter, pervagatus eſt, luſtravit.* Lxx. *διδάσκω doceo, ἐπιβλέπω inſpicio, περιτρέχω circumcurro.*

Ben. plur. m. Zach. 4. v. 10. *illa* ſunt *ſeptem* oculi Domini מְשׁוֹטְטִים *diſcurrentes* per totam terram. Vide Synopſim Critic. Vulg. *ſeptem iſti oculi ſunt Domini, qui diſcurrunt in univerſam terram.* Lxx. *ἑπτὰ οὗτοι ὀφθαλμοὶ* (Ald. Complut. addit, *κυρίου*) *εἰσιν οἱ ἐπιβλέποντες ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ſeptem illi oculi* (Ald. Compl. *Domini*) *ſunt qui attendunt ad univerſam terram.* Plur. fem. 2. Paral. 16. v. 9. quia Domini oculi מְשֹׁטְטוֹת *luſtrant* univerſam terram; fortè, *quia Dominus* eſt, *oculi ejus luſtrant univerſam terram.* Vulg. *oculi enim Domini contemplantur univerſam terram.* Lxx. *ὅτι οἱ ὀφθαλμοὶ κυρίου ἐπιβλέπουσιν ἐν πάσῃ τῇ γῇ quoniam oculi Domini attendunt in universâ terrâ.* Alii, *nam oculi Domini diſcurrunt*, &c. *nam ad Jehovam quod attinet, oculi ejus diſcurrunt. Dominus & oculi ejus diſcurrunt.*

Imper. 2. p. pl. m. Jerem. 5. v. 1. שׁוֹטְטוּ *percurrite.* Lxx. *περιδράμετε concurſate.* Vulg. *circuite.*

Fut. 3. p. s. m. Num. 11. v. 22. הֲצֹאן וּבָקָר יִשָּׁחֵט לָהֶם. Vulg. numquid ovium & boum multitudo cadetur, ut possit sufficere ad cibum? Lxx. μὴ πρόβατα καὶ βόες σφαγήσονται αὐτοῖς; Numquid oves & boves mactabuntur ipsis? 3. p. s. f. תִּשָּׁחֵט jugulabitur, immolabitur.

שחט QAL. Vulg. & alii, exprimo. O. ἐκθλίβω elido; unde

Fut. 1. p. s. c. cum præf. Gen. 40. v. 11. וָאֶשְׂחַט אֹתָם אֶל־כּוֹס פַּרְעֹה. Vulg. & expressi eas (nempe uvas) in calicem quem tenebam. Lxx. καὶ ἐξέθλιψα, &c. & elisi, &c. Al. & exprimebam eas in calicem Pharaonis; fortè à שָׂחַט derivatur latina vox succus, & Gall. écacher, Ludov. Thomassin.

שַׁחֲטָה s. mactatio, juxta quosdam, vide supra ad infinitivum, שְׁחֹט, unde derivatur, ubi de hac voce actum est, tamquam infinitivo, aut tamquam nomine.

שְׁחִיטָה s. jugulatio, mactatio. In formâ constructa, 2. Paral. 30. v. 17. הַלְוִיִּם עַל־שְׁחִיטַת הַפְּסָחִים. Vulg. Verbaliter expressit: & idcirco immolarent Levitæ Phase, his qui non occurrerant sanctificari Domino. Lxx. καὶ οἱ Λευῖται ἦσαν τοῦ θύειν τὸ φασέκ & Levitæ erant (id est, dabant operam), ut immolarent Pascha. Alii, & Levitæ insistebant mactationi Paschæ, vel dabant operam mactationi agnorum Paschalium. Cocc. quæ tamen mactatio alioquin ad Sacerdotes pertinebat, ut observatum est Lev. 1. v. 5. Jun. Rad. שָׁחַט macto, jugulo.

שְׁחִין m. Lxx. Aq. Sym. Theod. ἕλκος ulcus. Incertus, ἐλέφας elephantiasis genus morbi, Job. 2. v. 7. Aq. ἐξανάδοσις eruptio, Levit. 13. v. 19. Alii & Vulg. ulcus, inflammatio, apostema; cognatum cum נָחָשׁ serpens: nam ex morsu serpentis generantur apostemata in corporibus læsorum. Av. Cum præfix. הַשְּׁחִין בַּשְּׁחִין & בִּשְׁחִין, ulcere, לִשְׁחִין in ulcus. R. שָׁחַן inusit. vel Rabbinica vox שָׁחַן calesco, calefio; dicunt autem שְׁחִין, ut exprimant calorem, vel æstum.

שָׁחִיס m. sponte nascens: sive ut R. D. scribit, quod pullulat & germinat à radicibus

Digitized by Google

seminis; *non satum*, idem quod 4. Reg. 19. v. 29. סחיש, seges nascens ex semine decidui, ubi vides solam esse transpositionem ש & ס. Hinc latinè, *seges*; & Græcè, στάχυς interposito ת. Av. 4. Reg. 19. v. 29. vertunt Lxx. שחיס, τὰ ἀνατέλλοντα C. αὐτόματα *quæ exoriuntur*, C. *quæ sponte veniunt*. Vulg. *quæ sponte nascuntur*. At Isai. 37. v. 30. שחיס. Lxx. vertunt, τὰ καταλείμματα *reliquias*. Aq. & Theod. αὐτοφυῆ *sponte nata*. Sym. ἀπὸ δένδρων *de arboribus*. Vulg. *pomis vescere*; unde apparet quòd intellexerint aliquod esse discrimen duas inter has voces. Rad. שחס inusit.

שחיף m. Vulg. & alii, *stratum*, *tectorium*, *operimentum*; quædam exemplaria per ש efferunt, שחיף; apud Rabbinos hoc verbum שחף, est *avellere*, *decorticare*, & forsan inde sumptum est שחיף, inquit Kimhhi, quasi dicas *lignum decorticatum* & compositum, seu aptatum, seu *limen ligno stratum*, ex ligno aptato factum. Merc. Ezech. 41. v. 16. נֶגֶד הַסַּף שְׂחִיף עֵץ *contra uniuscujusque limen; stratumque lignum*. Lxx. hic intricati sunt, & aliter legisse intelliguntur ex additamentis quibusdam in hoc versu obscuro & ratione materiæ & ratione præsertim vocis שחיף ibi tantummodo insumptæ. Vatabl. *contra postem opertum ligneis* tabulis. Al. *è regione postis operti ligno*, vel *tectorium ligneum*. Ex contextu patet notio; fortè à tenuitate dicitur, quasi diceres, *tenue lignum*. Cocc. Rad. שחף Rabbinis, *avello*, *decortico*, & verisimiliter est Peil.

שחית f. *fovea*, *fossa*, quasi locus depressus, unde שחיתות, f. cum præf. & affix. forma pluralis femin. Thren. 4. v. 20. נִלְכַּד בִּשְׁחִיתוֹתָם. Vulg. Christus Dominus *captus est in peccatis nostris*. Lxx. συνελήφθη ἐν ταῖς διαφθοραῖς αὐτῶν. Dion. Alex. in responsionibus ad quæsita Pauli Samosateni legit, διαβολαῖς ἡμῶν. Lxx. *comprehensus est in corruptionibus eorum*; deducebant à שחת in Piël, *corrumpo*. Dion. Alex. lectionem Nobilius vertit, *calumniis nostris*, tunc scribendum esset διαβολαῖς, vetterem, *in deliberationibus nostris*. S. Ambros. *in interitu nostro*. Alii, *in foveis*, vel *retibus eorum*. Psal. 106. Hebr. 107. v. 20. וִימַלֵּט מִשְּׁחִיתוֹתָם, Lxx. καὶ ἐῤῥύσατο αὐτοὺς ἐκ τῶν διαφθορῶν αὐτῶν *& eripuit eos de corruptionibus ipsorum*. Vulg. *de interitionibus eorum*. Alii, *de retibus*, seu *foveis*, seu *sepulchris eorum*. Rad. שחת *deprimor*, &c. Alii, שחה, ut dictum est, assignant.

שחיתה Chald. ex forma Peil, f. *corruptum*, *pravum*, unde Dan. 2. v. 9. cum præfix. ושחיתה. Vulg. *& deceptione plenam* (interpretationem composueritis). Lxx. καὶ διεφθαρμένον (ῥῆμα) *corruptum* (verbum). Alii, *& cum scelere conjunctum* (sermonem proposueritis dicere). Rad. שחת inusit. Apud Rabbinos invenies שחת *corrumpor*, *perdor*; & in Hebr. שחת in Piël, *corrumpo*.

שחל vel שַׁחַל, m. *leo ferox*, vel *immanis*, mediæ ætatis. Buxt. *leopardus*; animal ex leone & pantherâ natum, vel potiùs, ex pardo & leæna, nigris maculis leoninam pellem distinguentibus, sed jubis caret; Rabbini tantùm pro leone accipiunt; est autem animal ferox, & sævissimum in laniandis prædis, & discerpendis tam animalibus, quàm hominibus. Hinc συλάω, συλῶ *prædor*, & per metath. λις, λίς *leo*. Av. O. ἀσπὶς *aspis*, λέαινα *leæna*, λέων *leo*, πάρδης *panthera*. שַׁחַל *leo ferox*. In pausâ cum (-), שָׁחַל *leo ferox*. Cum præf. Osee 5. v. 14. כַּשַּׁחַל *sicut leo ferox*. Sym. ὡς ἐπιβολὴ λεαίνης *quasi irruptio leænæ*. Theod. ὡς λὶς *quasi leo*. Aq. ὡς λέαινα *quasi leæna*. Vulg. *quasi leæna*. Alii, *quasi panthera*.

שחלת f. *onyx*, species aromatis quæ ad suffitum adhibebatur, *unguis*, sive *onyx aromaticus*, *ungula aromatica*. Cum præfix. Exod. 30. v. 34. ושחלת. Vulg. *& onycha* (sume tibi). Lxx. ὄνυχα *onycha*. Alii, *& ungulam*, vel *& onycham*, vel *& onychem*; quid sit onyx, docet Bochartus; est unum ex quatuor aromatibus, ex quibus factum fuit sacrum thymiama. Hebræis omnibus שחלת est *onyx*, sive *unguis odoratus* & Sirachidi etiam. Vide Hieron. lib. 5. p. 803.

Digitized by Google

& seq. Rad. nomen præced. שָׁחַל cum ח heemantico.

שַׁחַף m. Vulg. & alii, *larus* avis immunda, *æsalon* accipitris species, *fulica; larus* autem est avis parva & nigra habitans juxta aquas: & tam in aquâ quàm in terrâ degit, quæ & *fulica* appellatur. Pag. *cuculus*, qui laborat scabie & tuberibus. Lxx λάρος *larus*, avis impura. Cum præf. & (·) ob pausam, הַשָּׁחַף *larus*. Rad. שָׁחַף inusit.

שַׁחֶפֶת f. *tabes, phthisis*, infirmitas corpus attenuans, *prominentia, tuber, tumor, tumor squameus, scabies*, quæ corpori inducit materiam squamosam & cohærescentem, unde fit putrefactio. Hinc σήπω *putrefacio*. Av. Hoc morbi genus facit corpus tenue & producit pustulas. R. Salom. Cum præf. Lev. 26. v. 16. וְהִפְקַדְתִּי עֲלֵיכֶם בֶּהָלָה אֶת־הַשַּׁחֶפֶת. Vulg. *visitabo vos quoque velociter in egestate & ardore*. O. καὶ ἐπιστήσω ... τήν τε ψώραν *& constituam ... scabiem*. Alii, *& constituam super vos terrorem, tabem*. בַּשַּׁחֶפֶת *tabe*. Lxx. ἀπορίᾳ *egestate*, ut & Vulg. Deut. 28. v. 22. Rad. eadem ac vocis præced.

שַׁחַץ m. Vulg. & alii, *institores, superbia, fortitudo, abactor, fera, sævitia, superbia deſæviens, fastus abominabilis*. Hinc σκαιὸς *sinister, sævus*, σκαιότης *imperitia*. Av. Kimhhi explicat per גַּאֲוָה *superbia*, vel *ferocia*. Job. 28. v. 8. לֹא־הִדְרִיכֻהוּ בְנֵי־שָׁחַץ לֹא־עָדָה עָלָיו שָׁחַל. Vulg. *non calcaverunt eam* (semitam) *filii institorum, nec pertransivit per eam leæna*. O. καὶ οὐκ ἐπάτησαν αὐτὸν (Alex. & C. αὐτὴν) υἱοὶ ἀλαζόνων, οὐ παρῆλθεν ἐπ' αὐτῆς λέων *& non calcaverunt eum, eam* (semitam), Alex. & C. *filii superborum, non transiit super eam leo*. Per *filios superborum* intelligunt Græci magnas bestias, Hebræi feras truces & immanes. Alii, *non calcant eam filii superbiæ, non transit per eam leo*, vel *filii sævitiæ, filii feræ, juvenes feræ*.

שַׁחֲצִימָה Mass. *Schâhhatsimâh*, Vulg. *Sehesima*, nomen proprium civitatis in Tribu Issachar. Josue 19. v. 22. Etym. *superbia maris*, ex שַׁחַץ *superbia*, & יָם *mare*; vel *humiliatio jejunii*, ex שָׁחַח *humilio*, & צוֹם *jejunium*.

שָׁחַק QAL. Lxx. συγκόπτω *contundo, contero*, λεαίνω *lævigo*, λεπτύνω *extenuo*. Vulg. & alii, *excavo, contundo, contero, detero, attero, comminuo*.

PRAET. 2. p. f. m. cum præf. Exod. 30. v. 36. וְשָׁחַקְתָּ מִמֶּנָּה הָדֵק. Vulg. magis attendens ad sensum quàm ad verba: *cumque in tenuissimum pulverem universa contuderis*. Alii, *& contundes ex eo comminuendo*, vel *minutim*, vel *& contundes ex ea* (compositione scilicet thymiamatis) *attenuando*. 3. p. plur. c. Job. 14. v. 19. אֲבָנִים שָׁחֲקוּ מַיִם. Vulg. *lapides excavant aquæ*. O. λίθους ἐλέαναν, Alex. ἐλίανεν, ὕδατα *lapides lævigarunt aquæ; ut lapides comminuuntur aquâ*. Vatab.

FUT. 1. p. f. c. cum præf. & affix. 2. Sam. Vulg. Reg. 22. v. 43. וְאֶשְׁחָקֵם כַּעֲפַר־אָרֶץ. Vulg. *delebo eos ut pulverem terræ*. O. καὶ ἐλέανα αὐτοὺς ὡς χοῦν γῆς *& lævigavi eos ut pulverem terræ*. Alii, *& contudi eos*, vel *comminui eos*, vel *distendi, contrivi, dilatavi eos sicut pulverem terræ*.

שָׂחַק QAL. Lxx. Aq. Sym. Theod. γελάω *rideo*. Lxx. Sym. ἐκγελάω *derideo*. Lxx. Sym. ἐμπαίζω *illudo, derideo*. Lxx. εὐφραίνομαι *gaudeo*, ἐπιγελάω *irrideo*. Sym. item, ἐπιγελάω. Lxx. καταγελάω *derideo*. Sym. προσγελάω *arrideo*, &c. Vulg. & alii, *ludo, rideo, hilaris sum, jocor*; in malum, *derideo, irrideo, illudo, subsanno, contemno*; idem planè quod צָחַק. Construitur cum præposit. עַל & לְ. Hinc σκώπτω? σκάζομαι, σκέπτομαι & σκυζόμαι? , *derideo*; & per metathes. καχάζω & καγχάζω, *cachinnor*. Av.

PRAET. 3. p. f. m. cum præf. וְשָׂחַק *aut rideat*. 3. p. plur. c. cum (ּ) sub gutturali, Job. 30. v. 1. וְעַתָּה שָׂחֲקוּ עָלַי *nunc autem derident me* (juniores tempore). O. νυνὶ δὲ κατεγέλασάν μου *nunc autem deriserunt me*.

INFIN. cum præfix. בְּשַׂחֵק *dum luderet* (Samson) & tempus לִשְׂחוֹק *ridendi*, vel *ad ludendum*.

FUT. 3. p. f. m. Job. 39. v. 7. יִשְׂחַק לַהֲמוֹן קִרְיָה. Vulg. *contemnit* (onager) *multitudinem civitatis*. O. participialiter: καταγελῶν πολυοχλίας πόλεως *deridens frequentem tur-*

Digitized by Google

bam civitatis; Alii, *ridet tumultum urbis* ... In pausa, cum (·) loco (-), יִשְׂחָק *ridebit.* Cum præf. וְיִשְׂחַק לְרַעַשׁ כִּידוֹן, Job. 41. v. 21. Vulg. v. 20. *& deridebit vibrantem hastam* (balæna). O. v. 20. καταγελᾷ δὲ σεισμοῦ πυρφόρου *irridet autem concussionem igniferam.* Alii, *& deridebit vibrationem*, vel *concussionem*, vel *commotionem lanceæ.* 3. p. f. f. Job. 39. v. 18. תִּשְׂחַק לַסּוּס וּלְרֹכְבוֹ. Vulg. *deridet* (struthio) *equum & ascensorem ejus.* O. καταγελάσεται ἵππου, καὶ τοῦ ἐπιβάτου αὐτοῦ *deridebit equum & ascensorem ejus.* Cum præf. וַתִּשְׂחַק *& ridebit.* 2. p. f. m. תִּשְׂחָק, & in pausa, תִּשְׂחָק *ridebis.* 1. p. f. c. Job. 29. v. 24. אֶשְׂחַק אֲלֵהֶם לֹא יַאֲמִינוּ. Vulg. *si quando ridebam ad eos, non credebant.* O. ἐὰν γελάσω πρὸς αὐτοὺς, οὐ μὴ πιστεύωσι. Sym. προσεγέλων αὐτοῖς, οἱ δὲ οὐκ ἐπίστευον *si rideam ad eos, non credent.* Sym. *arridebam eis, illi verò non credebant.* Alii, *ridebam ad eos, non credebant*, me jocari, sive ludere, sed seriò agere, præ gravitate quâ uti consuetus eram. Merc. &c. Etiam joca mea putabant aliquid occultare serii. Grot. In pausa cum (-) pro (-), אֶשְׂחָק *ridebo.* 3. p. plur. m. cum (·) loco simplicis (·) ob pausam, יִשְׂחָקוּ *ridebunt.*

PIEL שִׂחֵק *ludo, rideo, jocor, &c.*

PRAET. 1. p. f. c. cum præf. 2. Reg. 6. v. 21. וְשִׂחַקְתִּי לִפְנֵי יְהוָה. Vulg. *& ludam;* omisit (*ante Dominum*), quia jam supra expressum fuerat. O. καὶ παίξομαι καὶ ὀρχήσομαι ἐνώπιον κυρίου *& ludam, & saltabo coram Domino;* illud *& saltabo*, non est in Hebræo; forsan est nota marg. ad explicationem τοῦ *ludam*, lusus enim de quo hîc agitur, est saltatio, vide 1. Paral. 15. v. 28.

BEN. f. m. Proverb. 26. v. 19. וְאָמַר הֲלֹא־מְשַׂחֵק אָנִי. Vulg. *& cùm fuerit deprehensus, dicit: ludens feci;* explicationis gratiâ addidit: *cùm fuerit deprehensus.* O. ὅταν δὲ φωραθῶσι, λέγουσιν, ὅτι παίζων ἔπραξα *cùm verò videntur, dicunt, ludens feci.* Alex. ἐφωράθησαν *observati*, vel *visi fuerint.* C. φωραθῶσιν *deprehensi fuerint;* sic etiam Procopius. Hieron. in apologiâ contra Rufin, *qui insidiatur amicis suis, cùm visus fuerit, dicit, ludens feci.* Alii, *& dicit: nonne ludens ego? & il dit: c'étoit pour rire.* Cum præf. וּמְשַׂחֶקֶת *& ludentem.* Plur. m. מְשַׂחֲקִים *ridentes, ludentes.* Sing. fem. cum duplici (·), מְשַׂחֶקֶת *ludens.* Plur. fem. cum præf. וְהַמְשַׂחֲקוֹת *ludentes.*

INFIN. cum præfix. & (·) pro (-) ob maqqaph, Psal. 103. Hebr. 104. v. 26. לִוְיָתָן זֶה יָצַרְתָּ לְשַׂחֶק־בּוֹ. Vulg. *draco iste quem formasti ad illudendum ei.* O. δράκων οὗτος ὃν ἔπλασας ἐμπαίζειν αὐτῷ, idem. Schol. ἀντὶ τοῦ, αὐτῇ τῇ θαλάσσῃ, id est, ut ludat *in ipso mari.* Alii, *draconem istum formasti ut ludat in ipso* (mari scilicet), draco iste juxta quosdam est balæna cui nautæ periclitantes ad lusum dolia vacua objiciunt. Gej. vide Job. 40. & 41. ludit autem balæna, vel cum marinis aquis, vel cum maris incolis cæteris.

FUT. 3. p. f. m. cum præf. Jud. 16. v. 25. וִישַׂחֶק־לָנוּ. Vulg. sensum, non verba reddens: *& ante eos luderet.* O. καὶ παιξάτω ἐνώπιον ἡμῶν *& ludat coram nobis.* Alii, *& ludat nobis*, vel *& risum faciat nobis.* 2. p. f. m. cum præfix. Job. 40. v. 29. הַתְשַׂחֶק־בּוֹ כַּצִּפּוֹר. Vulg. v. 24. *numquid illudes ei* (balænæ juxta quosdam) *quasi avi?* O. v. 24. παίξῃ δὲ ἐν αὐτῷ ὥσπερ ὀρνέῳ; *ludesne cum eo tamquam cum ave?* Alii, *numquid ludes in eo tamquam ave?* Sym. μὴ ἐμπαίξεις; *numquid illudes?* &c. 3. p. plur. m. יְשַׂחֲקוּ *ludent.* Cum præf. וִישַׂחֲקוּ *& ludant.*

HIPHIL הִשְׂחִיק *rideo, derideo, subsanno, &c.* unde BEN. pl. m. 2. Paralip. 30. v. 10. וַיִּהְיוּ מַשְׂחִיקִים עֲלֵיהֶם. Vulg. *illis irridentibus.* O. καὶ ἐγένοντο ὡς καταγελῶντες αὐτῶν *& fuerunt tamquam irridentes eos.* Alii, *& deridebant eos;* ad verbum, *& fuerunt irridentes eos.*

שַׁחַק m. O. Aq. ἀὴρ *aër.* O. νεφέλη *nubes*, νέφος, idem; οὐρανὸς *cælum*, παλαίωμα *antiquitas*, ῥοπὴ *libramentum*, στερέωμα *firmamentum.* Sym. αἰθὴρ *æther.* Vulg. & alii, *momentum*, *pulvis*, *pulvis contusus & minutissimus*, seu *tenuissimus*, qui ex contusione oritur & spargitur; *pulvisculus*, *cælum*, *æther*, *nubes*, *tenuitas nubium*, seu *aëris.* Cum præf. Isai. 40. v. 15. וּכְשַׁחַק מֹאזְנַיִם נֶחְשָׁבוּ. Vulg. *& quasi momentum stateræ reputata sunt*

Digitized by Google

(gentes). O. καὶ ὡς ῥοπὴ ζυγοῦ ἐλογίσθησαν, ut Vulg. Alii, *& sicut pulvis tenuissimus statera*, aut *bilancium reputata sunt*, vel *& ut tenuitas bilancium*, vel *ut pulvisculus trutinæ*, non faciens ῥοπήν. Res levis est, quæ momentum facere potest. Cocc. Psal. 88. Hebr. 89. v. 7. כִּי מִי בַשַּׁחַק יַעֲרֹךְ לַיהוָה. O. v. 6. ὅτι τίς ἐν νεφέλαις ἰσωθήσεται τῷ κυρίῳ; *quoniam quis in nubibus æquabitur Domino?* similiter Vulg. v. 7. Sym. τίς γὰρ ἐν αἰθέρι ἀντιπαραβληθήσεται τῷ κυρίῳ; *quis enim in æthere æquabitur Domino?* Alii, *quoniam quis in cælo æquabitur Domino?* vel *nam quis in cælo par est Domino?* Plur. m. שְׁחָקִים *cæli*. Cum præf. וּשְׁחָקִים *& cæli*, בַּשְּׁחָקִים *in cælis*, לַשְּׁחָקִים *ad cælos*. Rad. שָׁחַק *contudit, comminuit*.

שְׂחֹק, & cum hhólem pleno, שְׂחוֹק, nam in utrâque formâ reperitur: O. γελοιασμός *irrisio*. Incert. ἀγαλλίασις *exultatio*. O. γέλως *risus*, χαρὰ *gaudium*, χλεύασμα *subsannatio*, λόγος *sermo*, εὐφροσύνη *lætitia*. Aq. Sym. Theod. γέλως *risus*. Vulg. & alii, *risus, cachinnus, irrisio, lusus, subsannatio, lætitia, derisio, derisiculum*. Cum præf. הַשְּׂחוֹק *risus*, בִּשְׂחוֹק *in risu*, לִשְׂחוֹק & לִשְׂחֹק, *risui*, כִּשְׂחוֹק *sicut risus*, מִשְּׂחוֹק *præ risu*. R. שָׂחַק *risit, lusit*, &c.

שחר QAL, *nigresco, niger sum, denigror, manè quæro*.

PRÆT. 3. p. s. m. Job. 30. v. 30. עוֹרִי שָׁחַר מֵעָלָי. Vulg. *cutis mea denigrata est super me*. O. τὸ δὲ δέρμα μου ἐσκότωται μεγάλως *cutis verò mea obtenebrata est valdè*. Ms. Alex. μεμελάνωται μεγάλως *nigra facta est valdè*. Reliqui, ἐμελάνθη εἰς βάθος *nigra facta est in profundum*, id est, multùm, scilicet ex mœrore & vi morbi: ex febri. Confer Thren. 5. v. 10. Synopsis Critic. hîc.

BEN. s. m. Prov. 11. v. 27. שֹׁחֵר טוֹב. Vulg. *benè consurgit diluculò*. O. τεκταινόμενος ἀγαθὰ *qui facit bona*. Aq. ὀρθρισμὸς ἀγαθοῦ *sectatio matutina boni*. Al. *quærens manè bonum*.

PIEL שִׁחֵר, Vulg. & alii, *vigilo, quæro, pervestigo, manè, diluculò, sedulò, tempestivè, studiosè quæro, maturo, maturè quæro, requiro, manè surgo*. LXX. ζητέω *quæro*, ὀρθρίζω *manè surgo*, ποθέω *desidero*. Adverbialiter, ἐπιμελῶς *accuratè*, δῶρα δίδωμι *munus do*, ξανθίζω *flavesco*. Construitur cum accusat. vel cum אֶל. Av. unde

PRÆT. 3. p. s. m. cum affix. Proverb. 13. v. 24. וְאֹהֲבוֹ שִׁחֲרוֹ מוּסָר, aliud exemplar, שִׁחֲרוֹ *schihharó*, *& qui diligit eum* (filium suum) *quærit illi castigationem*, vel *corriget*, *aut erudiet eum quolibet manè*, vel *manè quærit ipsi disciplinam*, vel *maturat illi castigationem*. Vulg. *qui autem diligit illum, instanter erudit*. O. ὁ δὲ ἀγαπῶν, ἐπιμελῶς παιδεύει *qui autem diligit, accuratè erudit*. Schol. sic explicat conformiùs ad verba Hebræa: (quamvis sensum assequantur. O. & Vulg.) ὀρθρίζει αὐτῷ παιδείαν *manè surgere facit ipsi disciplinam*; sic enim vertendum puto, ut loquendi modo Ecclesiasticorum authorum, & eorum sensui concors sim. 2. p. s. m. cum præfix. & affix. Job. 7. v. 21. וְשִׁחַרְתַּנִי וְאֵינֶנִּי. Vulg. *& si manè me quæsieris, non subsistam*. Lxx. ὀρθρίζων δὲ οὐκ ἔτι εἰμὶ *manè autem surgens non jam sum*. Sym. καὶ ζητήσεις με, καὶ οὐκ ἔτι ὑπάρξω *& quæres me, & ultra non existam*. Ad verbum, *& quæres me manè, & non ego*. Vat. *si posteà requiras me*, ut mihi parcas, *non exstabo*. Vide Synopsin Critic. 3. p. plur. c. cum præf. וְשִׁחֲרוּ־אֵל *& diluculò quærebant Deum*.

BEN. plur. m. construct. Job. 24. v. 5. מְשַׁחֲרֵי לַטָּרֶף. Vulg. *vigilantes* (onagri) *ad prædam*. Alii, *manè surgentes ad rapinam*. Apud O. vacat. Aq. ὀρθρίζοντες εἰς ἅλωσιν *manè surgentes ad capturam*. Cum præf. & affix. וּמְשַׁחֲרַי *& requirentes me*, c. invenient me.

INFIN. cum præf. Prov. 7. v. 15. לְשַׁחֵר פָּנֶיךָ. Vulg. sensum exprimens: *desiderans te videre*; verba sunt meretricis ad juvenem. O. similiter, ποθοῦσα τὸ σὸν πρόσωπον *desiderans faciem tuam*. Alii, *requirendo*, vel *ad requirendum vultum tuum*, m.

FUT. 2. p. s. m. Job. 8. v. 5. אִם־אַתָּה תְּשַׁחֵר אֶל־אֵל. Vulg. *tu tamen si diluculò consurrexeris ad Deum*. O. σὺ δὲ ὄρθριζε πρὸς κύριον *tu verò manè surge ad Dominum*. Alii, *si tu manè quæsieris Deum*, vel *manè surrexeris*

Digitized by Google

xeris ad Deum. 1. p. f. c. cum affix. & (ִ) sub ultima radicali loco (ֵ) ob pausam, אֲשַׁחֲרֶךָּ *requiro te*, *m* vel *ad te de luce vigilo.* 3. p. plur. m. cum נ epenthetico, vel abundante post (ֻ) pro (ו) ante affix. Prov. 1. v. 28. יְשַׁחֲרֻנְנִי וְלֹא יִמְצָאֻנְנִי. Vulg. *manè consurgent, & non invenient me*, c. Alii, *manè quærent me*, vel *maturabunt ad me*, *nec invenient me*, vel *nec mihi invigilantes me invenient.* O. ζητήσουσί με κακοὶ, καὶ οὐχ εὑρήσουσι *quærent me mali, & non invenient.*

שַׁחַר m. & in pausâ cum (ָ), שָׁחַר. Lxx. ὄρθρος *diluculum.* Cum כ, ὡς πρωϊνὸν *matutinum*, Isai. 58. v. 8. βόθυνος *fovea*, Isai. 47. v. 11. ubi certè non legerunt שַׁחְרָהּ; videntur derivasse à שָׁחָה versionem suam. Vulg. & alii, *ortus*, *aurora*, *lucifer*, *manè*, *lux*, *splendor*, *diluculum*, *lux prima*, *sol oriens*, *obscuritas fusca*; nominis ratio, quia tunc res incipiunt nosci, sed quasi nigræ. Cum præf. Gen. 19. v. 15. וּכְמוֹ הַשַּׁחַר עָלָה. Vulg. *cùmque esset manè.* O. ἡνίκα δὲ ὄρθρος ἐγίνετο *postquam autem diluculum factum est.* Alii, *& cùm aurora ascenderet*, vel *ascendisset*, vel *exoriente autem aurorâ*, vel *cum primùm diluculavit.* In pausa, הַשָּׁחַר *aurora*, בַּשָּׁחַר *in aurorâ*, כַּשַּׁחַר *sicut aurora*, Isai. 58. v. 8. אָז יִבָּקַע כַּשַּׁחַר אוֹרֶךָ. Vulg. *tunc erumpet quasi manè lumen tuum.* O. τότε ῥαγήσεται πρωϊμον τὸ φῶς σου *tunc erumpet matutinum lumen tuum.* Alii, *tunc proferetur*, vel *scindetur velut aurora lumen tuum.* Boot. contendit שַׁחַר, hîc esse in genitivo, vertitque, *velut auroræ, lumen tuum*; quod mihi probabile videtur: aurora latè & citò se diffundit. BA. Cum affix. Isai. 47. v. 11. לֹא תֵדְעִי שַׁחְרָהּ. Vulg. veniet super te malum, *& nescies ortum ejus*, f. Alii, *non scis auroram*, vel *lucem ejus*, vel *cujus ortum*, vel *diluculum*, id est, diem, ἀνεκδιήγητος *ignoras*, vel *ignorabis.* Sic ludificatur astrologos. Jun. O. καὶ οὐ μὴ γνῷς. βόθυνος, καὶ ἐμπεσῇ εἰς αὐτὸν *& non cognosces: fovea, & incides in eam*, jungentes cum sequentibus, hanc vocem. R. שָׁחַר *nigrescere*, *nigrum esse*; in Piel, *quærere*, *pervestigare*, &c.

שָׁחֹר m. Vulg. & alii, *niger*, *nigrum*, *nigricans*, *fuscus*, *subniger*, instar auroræ antelucanæ, seu instar auri fulvi. Av. Levit. 13. v. 31. וְשֵׂעָר שָׁחֹר אֵין בּוֹ. Vulg. *& capillum nigrum* (si viderit sacerdos). O. καὶ θρὶξ ξανθίζουσα οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῇ *& pilus flavescens non est in eo*; legendum videtur, ἐν αὐτῷ (δέρματι, scilicet) in eâ (cute). Alii, *& pilus niger non fuerit in eâ.* Plur. m. שְׁחֹרִים *nigri* (equi). Cum præf. הַשְּׁחֹרִים *nigri* (equi) μέλανες. Sing. fem. cum hhólem pleno, שְׁחוֹרָה *nigra*, *obscura*, *fusca*, instar auroræ emicantis. Av. Cant. 1. v. 5. שְׁחוֹרָה אֲנִי וְנָאוָה. Vulg. v. 4. *nigra sum, sed formosa.* O. μέλαινά εἰμι ἐγὼ καὶ καλὴ *nigra sum ego & pulchra.* Alii, *nigra*, vel *fusca sum*, vel *sim, at optabilis*, vel *decora*, vel *optata*, id est, pulchra; quia pulchra optari solent. Eleganti sum formâ & membrorum compositione. Merc. Plur. fem. Cant. 5. v. 11. שְׁחֹרוֹת כָּעוֹרֵב. Vulg. *nigræ* (comæ) *quasi corvus.* Alii, *nigri* (cincinni) *ut corvus*, id est, coracini coloris, qui splendore suo est conspicuus. BA. Vide Synopsin Critic. O. μέλανες ὡς κόραξ (βόστρυχοι) *nigri ut corvus* (cincinni). R. שָׁחַר *nigrescere*, &c. ut in voce præced.

שִׁחוֹר Mass. *Schihhór*, Vulg. *Nilus*, nomen proprium fluminis Ægypti celebris, Isai. 23. v. 3. Etym. *niger*, aut *matutinus*, ex שָׁחַר *nigrum esse*, aut שַׁחַר *aurora*, *manè*, *matutinum*; שִׁחוֹר vocabatur Nilus, à *nigrore*, quod aquæ ejus essent turbidæ ac turbulentæ. Vat. Æthiopibus olim dictus *Siris.*

שַׁחֲרוּת f. Vulg. & alii, *voluptas*, *juventus*, *juventa*, *aurora.* Cum præf. Eccl. 11. v. 10. כִּי־הַיַּלְדוּת וְהַשַּׁחֲרוּת הָבֶל. Vulg. *adolescentia enim & voluptas vana sunt.* Alii, *quia adolescentia & juventus vanitas*, vel *quia pueritia & aurora sunt vanitas*, id est, citò evanescunt. O. ὅτι ἡ νεότης καὶ ἡ ἄνοια ματαιότης *quia adolescentia & stultitia vanitas est.* R. שָׁחַר *nigrum fieri*, &c.

שְׁחַרְחֹרֶת f. *nigra*, *subnigra*, *fusca*, Cant. 1. v. 6. שֶׁאֲנִי שְׁחַרְחֹרֶת. Vulg. nolite me considerare *quòd fusca sim.* O. ὅτι ἐγώ εἰμι μεμελανωμένη *quòd ego nigra facta sim.* Alii, *quòd subnigra sim*, vel *quòd ego fusca.* Rad. שָׁחַר *nigrescere*, &c.

Digitized by Google

שחריה Maſſ. *Schebhariáh*, Vulg. *Soboria*, nomen proprium filii Ieroham, vel Ierohham, Maſſoret. 1. Paral. 8. v. 26. in Vulg. v. 27. Etym. *aurora Dei*, ex שַׁחַר *aurora*, & יָהּ *Deus*.

שחרים Maſſ. *Schábharáim*, Vulg. *Saharaim*, nomen proprium viri, 1. Paral. 8. v. 8. Etym. *nigri*; ex שָׁחַר *niger factus eſt*. Porro juxta Me. aliquis hic eſt ex progenie Benjamin, cujus hoc tantùm loco mentio reperitur in Sacrâ Scripturâ, nec dicitur cujus filius fuerit... Habebat duas uxores, quas repudiavit propter cauſas quæ hîc tacentur. Vat.

שחת QAL, unde NIPHAL, נִשְׁחַת, Vulg. & alii, *computreſco, diſſipor, corrumpor, perdor, diſperdor, depravor*.

Praet. 3. p. ſ. m. Jerem. 13. v. 7. וְהִנֵּה נִשְׁחַת הָאֵזוֹר. Vulg. *& ecce computruerat lumbare*. O. καὶ ἰδοὺ διεφθαρμένον ἦν *& ecce corruptum fuerat*. Cum præf. Jerem. 18. v. 4. וְנִשְׁחַת הַכְּלִי. Vulg. *& diſſipatum eſt vas*. O. καὶ ἔπεσε τὸ ἀγγεῖον *& cecidit vas*. Alii, *& perditum eſt vas*. 3. p. ſ. f. cum (-) ob pauſam pro (-), Gen. 6. v. 12. וְהִנֵּה נִשְׁחָתָה. Vulg. cùmque vidiſſet Deus terram *eſſe corruptam*; immutavit paululùm verba abſque detrimento ſensûs. Alii, *& ecce corrupta erat*. O. καὶ ἦν κατεφθαρμένη *& erat corrupta*.

Ben. plur. f. cum præf. Ezech. 20. v. 44. וְכַעֲלִילוֹתֵיכֶם הַנִּשְׁחָתוֹת. Vulg. *neque ſecundùm ſcelera veſtra peſſima*; negativa particula hîc apponitur ex ſenſu, & ex præcedentibus verbis. O. καὶ κατὰ τὰ ἐπιτηδεύματα ὑμῶν τὰ διεφθαρμένα *& ſecundùm adinventiones veſtras corruptas*. Alii, *& ſecundùm ſtudia*, vel *opera veſtra corrupta*.

Fut. 3. p. ſ. f. Exod. 8. v. 20. תִּשָּׁחֵת הָאָרֶץ. Vulg. v. 24. *corruptaque eſt terra*, id eſt, perdebantur omnia quæ erant in terrâ. Vat. per terram intelliguntur homines & animantes. O. v. 24. καὶ ἐξωλοθρεύθη ἡ γῆ *& deſtructa eſt terra*. Sym. ἐφθάρη *corrupta eſt*, &c. Cum præfix. Gen. 6. v. 11. וַתִּשָּׁחֵת הָאָרֶץ. Vulg. *corrupta autem eſt terra*. Terra pro incolis terræ ſumitur, ut patet ex v. ſeq. Vat. O. ſimiliter, ἐφθάρη δὲ ἡ γῆ.

PIEL שִׁחֵת, Aq. Sym. διαφθείρω *corrumpo, perdo*. Lxx. ἀνομέω *inique ago*, ἁμαρτάνω *pecco*, λυμαίνω *perdo, corrumpo*, καταστρέφω *ſubverto*, ἐκτυφλόω *excæco*, ἐκχέω *effundo*, ἐξαλείφω *deleo*, καταβάλλω *dejicio*, κατασκάπτω *diruo*. Vulg. & alii, *violo, irritum facio, corrumpo me, luſcum facio, perdo, diſperdo, depravo, diſſipo, corrumpo, demolior*; abſolutè, *perditè ago, perperàm ago*.

Praet. 3. p. ſ. m. שִׁחֵת *perditè egit, perdidit*. Cum præf. Amos 1. v. 11. וְשִׁחֵת רַחֲמָיו, Vulg. *& violaverit miſericordiam ejus*. O. καὶ ἐλυμήνατο μητέρα ἐπὶ γῆς *& violavit matrem ſuper terram*. Aq. διέφθειρε σπλάγχνα αὐτοῦ *corrupit viſcera ſua*. Sym. διέφθειρε σπλάγχνα ἴδια *corrupit viſcera propria*; intellexerunt obſcænè. Alii, *& corruperit miſerationes ſuas*, ſcilicet, neceſſitudinem illam & affectum qui inter fratres eſſe debet & ſolet: quaſi diceretur, jus commune naturæ abolevit & exuit humanitatem. Merc. Cum affix. Oſe. 13. v. 9. שִׁחֶתְךָ יִשְׂרָאֵל כִּי־בִי בְעֶזְרֶךָ. Vulg. tamquam nomen ſumens: *Perditio tua Iſraël: tantummodò in me auxilium tuum*. O. ſimiliter ut nomen accipiunt: τῇ διαφθορᾷ σου, (Alius, διαφθορᾷ σου) Ισραὴλ τίς βοηθήσει; *corruptioni tuæ* (Al. *diſperſui tuo*) *quis auxiliabitur?* Vat. *perdidit te Iſraël: ſed in me auxilium tuum*, id eſt, vitulus quem coluiſti, fuit cauſa perditionis tuæ... Quidam vertunt, *perditio tua*, ſub. fuit vitulus. Apud Glaſſium, p. 1178. ſic fert verſio ultimæ partis, *quia in me eſt auxilium tuum*, vel *quia ego in auxilio tuo ſum*; ita hunc locum explicat R. Qimhhi. R. Salomo Jarchi priori membro hæc verba conjungit, & ellipſin verbi ponit, hoc modo: שִׁחֶתְךָ *perdidit te*, nimirum hoc, *quod in me, in auxilium tuum*, ſcilicet, פָּרַדְתָּ *rebellaſti*. Vide Synopſ. Critic. Cum præf. & affix. Exod. 21. v. 26. וְשִׁחֲתָהּ *& corruperit eum*, ſ. oculum ſervi aut ancillæ. O. καὶ ἐκτυφλώσῃ *& excæcaverit*. Vulg. *& luſcos eos fecerit*. 2. p. ſ. m. שִׁחַתָּ, contractè, pro שִׁחַתְּתָּ *diſperdidiſti*. Cum præf. וְשִׁחַתָּ *& perdes* verba tua dulcia. 3. p. ſ. m. cum (-) ſub gutturali pro ſimplici (-), שִׁחֲתוּ *demoliti ſunt* vineam meam; & cum

Digitized by Google

(-) in pausa loco (-), Ose. 9. v. 9. הֶעְמִיקוּ שִׁחֵתוּ. Vulg. primum verbum adverbialiter exponens, *profunde peccaverunt*. Alii, *callidum inierunt consilium, corruperunt se.* O. verbis praecedentibus jungunt κατέπηξαν, sic: μανίαν ἐν οἴκῳ Θεοῦ κατέπηξαν ἐφθάρησαν, insaniam in domo Dei *confixerunt, corrupti sunt.* Alii, *occalluerunt, scelerate agunt*, vel *profunde corrupti sunt*, vel *adauxere corruptionem*; non solum peccàrunt in Deum, sed & in proximum contra vitae honestatem. Vat. Cum praefix. וְשִׁחֲתוּ *& dissipabunt* muros Tyri. 2. p. pl. m. Malach. 2. v. 8. שִׁחַתֶּם בְּרִית הַלֵּוִי, contractè, pro שִׁחַתְּתֶם. Vulg. *irritum fecistis pactum Levi.* O. διεφθείρατε, &c. *corrupistis*, &c. sic alii. Cum praefix. Num. 32. v. 15. וְשִׁחַתֶּם לְכָל־הָעָם הַזֶּה. Vulg. magis sensum quàm verba respiciens: *& vos causa eritis necis omnium.* O. καὶ ἀνομήσετε εἰς ὅλην τὴν συναγωγὴν ταύτην *& iniquè facietis in totam synagogam hanc.* Alii, *& perdetis universum populum hunc.*

INFIN. Gen. 13. v. 10. לִפְנֵי שַׁחֵת. Vulg. *antequam subverteret* Dominus. Alii, *antequam disperdidisset.* O. πρὸ τοῦ καταστρέψαι, idem. Cum praefix. בְּשַׁחֵת *in subvertere*, id est, *cùm subverteret*, לְשַׁחֵת *ad perdendum.* Cum affix. Ezech. 22. v. 30. לְבִלְתִּי שַׁחֲתָהּ. Vulg. & alii, *ne dissiparem eam* (terram). O. τοῦ μὴ εἰς τέλος ἐξαλεῖψαι αὐτὴν *ut non in finem delerem eam.* Cum praef. & affix. לְשַׁחֲתָהּ *ad perdendum eam.* Ezech. 20. v. 17. מִשַּׁחֲתָם. Vulg. *ut non interficerem eos.* O. τοῦ ἐξαλεῖψαι αὐτοὺς *delere eos*; in quibusdam & apud Theodoretum est negatio μὴ ante ἐξαλεῖψαι *ne delerem*, idem mihi videtur sensus. לְשַׁחֶתְכֶם *ad perdendum vos*, m

IMPER. 2. p. plur. m. cum praef. & (-) ob pausam, pro (-), Jerem. 5. v. 10. עֲלוּ בְשָׁרוֹתֶיהָ וְשַׁחֵתוּ. Vulg. *ascendite muros ejus, & dissipate.* O. καὶ κατασκάψατε *& diruite.* Alii, *& perdite.*

HIPHIL הִשְׁחִית, significatio ut in PIEL. LXX. αἴρω *tollo*, εἰς ἀφανισμὸν τίθημι *in interitum pono*, ἐμβάλλω *injicio*, ἐξολοθρεύω *disperdo*, ἐξαλείφω *deleo*, &c. unde

PRAET. 3. p. s. m. הִשְׁחִית *corruperat, corrumperet.* Cum praef. Dan. 8. v. 24. וְהִשְׁחִית עֲצוּמִים. Vulg. *& interficiet robustos.* O. καὶ διαφθερεῖ ἰσχυροὺς *& disperdet robustos* (Rex impudens facie). Alii, *perdet enim robustos.* 1. p. s. c. cum praef. וְהִשְׁחַתִּי, contractè, pro וְהִשְׁחַתְתִּי *& disperdam* in te regna. 3. p. plur. c. הִשְׁחִיתוּ *perdiderunt.* Cum praef. Jud. 2. v. 19. וְהִשְׁחִיתוּ מֵאֲבוֹתָם. Vulg. *& multo faciebant pejora, quàm fecerant patres eorum.* Alii, *& corrumpebantur magis quàm patres eorum*, vel *& perdebant*, sub. vias suas, &c. O. καὶ πάλιν διέφθειραν ὑπὲρ τοὺς πατέρας αὐτῶν. *Et rursus corrupti sunt plùs quàm patres sui.* S. August. *& iterum corrumpebant.* 2. p. plur. m. cum praef. Deut. 4. v. 25. וְהִשְׁחַתֶּם וַעֲשִׂיתֶם פֶּסֶל, contractè, pro וְהִשְׁחַתְתֶּם. Vulg. tamquam participium vertens primum Verbum & sensum nihilominùs exprimens: *deceptique feceritis vobis aliquam similitudinem.* Alii, *corruperitis autem vos, & feceritis sculptile* imaginem cujuscunque rei. O. καὶ ἀνομήσητε καὶ ποιήσητε γλυπτὸν *& si praevaricati fueritis & feceritis sculptile.*

BEN. s. m. Prov. 6. v. 32. מַשְׁחִית נַפְשׁוֹ הוּא יַעֲשֶׂנָּה. Vulg. qui autem adulter est, propter cordis inopiam *perdet animam suam*; non expressit duo ultima verba hujusce versûs. Alii, *corrumpit animam suam, qui fecerit illud*, id est, qui adulterium commiserit; vel, *& qui hoc facit, animam suam perdit.* O. ἀπώλειαν τῇ ψυχῇ αὐτοῦ περιποιεῖται *perditionem animae suae acquirit*; tamquam nomen sumpserunt מַשְׁחִית. Cum praefix. Jerem. 4. v. 7. וּמַשְׁחִית גּוֹיִם. Vulg. *& praedo* (leo) *Gentium* se levavit. Alii, *& interfector Gentium* profectus est. O. καὶ ἐξολοθρεύων ἐθνῶν *& disperdens Gentes.* הֲמַשְׁחִית *an perdes?* מַשְׁחִית *perdens, vastator*, וּמַשְׁחִית *& vastator.* Dan. 10. v. 8. וְהוֹדִי נֶהְפַּךְ עָלַי לְמַשְׁחִית. Vulg. *sed & species mea immutata est in me, & emarcui.* O. καὶ ἡ δόξα μου μετεστράφη εἰς διαφθορὰν *& gloria mea conversa est in corruptionem.* Vulg. sensum magis attendit quàm verba. O. ut nomen acceperunt. Alii similiter ut nomen, *in deformitatem*, vel *in marcorem*, vel *in tabitudinem.* Ca. sic reddit: *mutata perditaque cor-*

Digitized by Google

poris elegantia. Alii, *& corruptus est decor meus*, vel *nitor meus*; unde nil mirum Vulg. reddidisse, *& emarcui.* Cum affix. Gen. 6. v. 13. וְהִנְנִי מַשְׁחִיתָם אֶת־הָאָרֶץ. Vulg. *& ego disperdam eos cum terrâ.* Alii, *& ecce ego disperdens eos de terrá*, vel *itaque ego paratus sum disperdere eos cum terrá.* O. καὶ ἰδοὺ ἐγὼ καταφθείρω αὐτοὺς καὶ τὴν γῆν *& ecce ego disperdo eos, & terram.* Plur. m. cum præf. מַשְׁחִיתִים, מַשְׁחִתִים & מַשְׁחִיתִם, *perdentes, corrumpentes*; ubi (י) modo gadhól, modo qaton ponitur absque detrimento sensûs, sed tamen hæc scribendi methodus turbat novitios. Cum præf. הַמַּשְׁחִיתִם *perdentes*, defectivè in ultimâ syllabâ.

Infin. cum (.) sine (י), הַשְׁחֵת *perdendo*, הַשְׁחִית *perdere.* Cum præf. 1. Paral. 21. v. 15. וּכְהַשְׁחִית *cùmque vastaret* (Angelus Jerusalem). Vulg. passivè, *cùmque percuteretur.* O. καὶ ὡς διέφθειρε *& quando perdebat* vidit Dominus, לְהַשְׁחִית *ad perdendum*, וּלְהַשְׁחִית *& ad perdendum*, מֵהַשְׁחִית *à perdendo*, seu *ne perderet.* Cum affix. & cum (״) sub ח loco (.) ob pausam, הַשְׁחִיתֵךְ *perdere te*, m. הַשְׁחִיתָם *perdere eos.* Cum præf. & affix. לְהַשְׁחִיתוֹ *ad perdendum eum* (locum). לְהַשְׁחִיתָהּ *ad perdendam eam* (terram). לְהַשְׁחִיתֶךָ *perdere te*, m. Jerem. 13. v. 14. וְלֹא אֲרַחֵם מֵהַשְׁחִיתָם. Vulg. *neque miserebor ut non disperdam eos.* Lxx. tamquam nomen verterunt: καὶ οὐκ οἰκτειρήσω ἀπὸ διαφθορᾶς αὐτῶν *neque miserebor propter corruptionem eorum*, vel ut alii, *à perditione eorum.*

Imper. 2. p. s. m. cum præf. & affix. Isai. 36. v. 10. וְהַשְׁחִיתָהּ. Vulg. *& disperde eam* (terram). O. καὶ διάφθειρον αὐτήν *& perde eam*; per inadvertentiam collocavit Roberts. hanc vocem in Infinitivo.

Fut. 3. p. s. m. cum hhiriq gadhól & sine eo, יַשְׁחִית & יַשְׁחֵת, *perdet, corrumpet.* Cum præf. & in formâ (״), וַיַּשְׁחֵת *& perdidit.* Cum affix. & (״) loco (.) ob pausam, יַשְׁחִיתֶךָ *perdet te*, m. 3. p. s. f. cum præf. Ezech. 23. v. 11. וַתַּשְׁחֵת עַגְבָתָהּ מִמֶּנָּה. Vulg. *plusquam illa insanivit libidine*, id est, magis fuit idololatriæ addicta Jerusalem quàm Samaria. O. καὶ διέφθειρε τὴν ἐπίθεσιν αὐτῆς ὑπὲρ αὐτήν, Alex. αὐτῇ. Ald. αὐτῆς *& corrupit applicationem suam super hanc.* Eodem sensu intelligendum est ac si diceretur: plus fuit corrupta Jerusalem quàm Samaria. Aq. ἐπιθυμίαν *concupiscentiam* vertit, pro ἐπίθεσιν, & fortè vox ἐπίθεσιν irrepsit in Lxx. loco alterius vocis, quamvis nihil definire velim. Alii, *& corrupit amorem suum*, vel *applicationem suam*, vel *amasiationem suam præ illâ*, vel *corruptiùs egit amasiam.* 2. p. s. m. תַּשְׁחִית *corrumpes, perdes*; & in formâ (״) תַּשְׁחֵת *perdes.* Cum præfix. הֲתַשְׁחִית *an perdes?* Cum affix. אַל־תַּשְׁחִיתֵהוּ *ne perdas eum.* Cum præf. & affix. Psal. 77. Hebr. 78. v. 45. וַתַּשְׁחִיתֵם. Vulg. *& disperdidit eos*, rana; sumpsit in 3. p. s. f. ut O. καὶ διέφθειρεν αὐτούς. Alii, *& perdidisti eos*, vel *& dissipavit eos*, id est, eorum regionem. Mu. meliùs fortasse sumi debet vox illa in 3. p. s. f. hîc tamen relinquo sequens Robertson & Buxtorfii Concordantias. 2. p. s. f. cum præf. sine (י) τῷ (.) comite, Ezech. 16. v. 47. וַתַּשְׁחִתִי מֵהֵן בְּכָל־דְּרָכָיִךְ. Vulg. *penè sceleratiora fecisti illis in omnibus viis tuis.* Lxx. καὶ ὑπέρκεισαι αὐτὰς ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς σου *& supergressa es eas in omnibus viis tuis.* Aq. Sym. Theod. καὶ διέφθειρας ὑπὲρ αὐτάς *& corrupta es super illas.* Alii, *& corrupta es præ illis in omnibus viis tuis.* 1. p. s. c. אַשְׁחִית *perdam.* Cum affix. 2. Paral. 12. v. 7. לֹא אַשְׁחִיתֵם. Vulg. quia humiliati sunt *non disperdam eos.* O. οὐ καταφθερῶ αὐτούς *non disperdam eos.* Cum præf. & aff. וְאַשְׁחִיתֵךְ *& perdam te*, f. 3. p. pl. m. Isai. 11. v. 9. לֹא־יָרֵעוּ וְלֹא־יַשְׁחִיתוּ. Vulg. *non nocebunt, & non occident.* O. καὶ οὐ μὴ κακοποιήσουσιν, οὐδὲ μὴ δύνωνται ἀπολέσαι οὐδένα *nec nocebunt, nec poterunt perdere quemquam.* Alii, *neque perdent*, id est, nec injuriam inferent, nec detrimento afficient. Vat. Cum præf. וַיַּשְׁחִיתוּ & וַיַּשְׁחִתוּ, *& perdiderunt.* 2. p. plur. m. cum ן paragogico, Deut. 4. v. 16. פֶּן־תַּשְׁחִתוּן. Vulg. *ne forte decepti* faciatis, &c. magis attendit ad sensum quàm ad litteralem versionem. O. μὴ ἀνομήσητε *nolite prævaricari*, vel *ne feceritis iniquitatem.* Alii, *ne fortè corrum-*

Digitized by Google

pamini, vel *ne perdatis eas*, id est, animas, ex v. 15. vel *ne perversè quid agatis*. 1. p. plur. c. cum ה paragog. Jerem. 11. v. 19. נַשְׁחִיתָה עֵץ בְּלַחְמוֹ. Vulg. *mittamus lignum in panem ejus*. O. ἐμβάλωμεν ξύλον εἰς τὸν ἄρτον αὐτοῦ, legerunt נַשְׁלִיכָה *mittamus*, pro נַשְׁחִיתָה *corrumpamus*; sic annotat Ludovicus Cappellus Criticæ Sacræ, p. 286. sicque vertit: *corrumpamus ligno* (toxico nempe) *panem ejus*; hypallage pro נַשְׁחִיתָה בְעֵץ לַחְמוֹ, vel legerunt נָשִׁיתָה *ponamus*, à שׁוּת *posuit*. Glas. Alii, *mittamus venenum mortiferum in cibo ejus*, vel *perdamus ligno* (subaud. venenato) *cibum ejus*. Vide Synopsin Criticorum. Cum præf. Jerem. 6. v. 5. וְנַשְׁחִיתָה אַרְמְנוֹתֶיהָ. Vulg. *& dissipemus domos ejus* (Jerusalem). Alii, *& demoliamur palatia ejus*. O. καὶ διαφθείρωμεν τὰ θεμέλια αὐτῆς *& dissipemus fundamenta illius*.

HOPHAL מָשְׁחָת *corrumpor*; unde Ben. s. m. juxta quosdam Prov. 25. v. 26. cum (ׇ hhatoúph) pro (ְ) sub littera characteristica, וּמָקוֹר מָשְׁחָת. Vulg. fons turbatus pede, *& vena corrupta*, justus cadens coram impio. O. per comparationem interpretati sunt. ὥσπερ εἴ τις πηγὴν φράσσοι καὶ ὕδατος ἔξοδον λυμαίνοιτο, οὕτως καὶ τὸ λ. *sicut, si quis fontem obstruat; & aquæ exitum disperdat, sic*, &c. (ut) fons conculcatus, *& vena corrupta* est justus inclinans sese coram impio. Vat... in Codicibus ut & in Mſ. Bibliothecæ nostræ, inquit Coccejus, est scriptum cum (ַ), מַשְׁחָת.

שַׁחַת m. & in pausa, שָׁחַת. Vulg. & alii, *fovea, scrobs, rete, laqueus, sepulchrum, exitium, corruptio*. Lxx. διαφθορά *corruptio*, βόθρος *fovea*. Psal. 93. Hebr. 94. v. 13. cum (ָ) ob pausam, עַד יִכָּרֶה לָרָשָׁע שָׁחַת. Vulg. *donec fodiatur peccatori fovea*. O. similiter, ἕως οὗ ὀρυγῇ τῷ ἁμαρτωλῷ βόθρος, Prov. 26. v. 27. כֹּרֶה שַׁחַת בָּהּ יִפֹּל *qui alteri fodit foveam, in eam cadet*. Cum præf. & affix. Ezech. 19. v. 4. & 8. בְּשַׁחְתָּם נִתְפָּשׂ. Vulg. v. 4. *& non absque vulneribus suis ceperunt eum* (Joachaz hic sub nomine leonis designatum). At v. 8. magis ad litteram *in vulneribus earum captus est*; mihi videtur respexisse בְּשַׁחְתָם, tamquam in Infinitivo Piël, cum præf. & affix. *cùm perderet eas* (Gentes scilicet) captus est; unde vertit, *in vulneribus earum*. O. ἐν τῇ διαφθορᾷ αὐτῶν συνελήφθη *in corruptione earum captus est*, id est, in ipso actu corruptionis, perditionis, exitii Gentium ex parte Joachaz, ipse captus est. Alii, *in fovea*, vel *scrobe*, vel *reti*, vel *laqueo earum captus est*. Rad. שָׁחַת in Piël, *perdidit, corrupit*.

שָׁט m. *remex, qui remos agit*; unde plur. m. Ezech. 27. v. 8. הָיוּ שָׁטִים לָךְ. Vulg. *fuerunt remiges tui*. O. ἐγένοντο κωπηλάται σου, idem. Al. *naucleri tui*. Ezech. 27. v. 26. cum præf. Vulg. In aquis multis adduxerunt te, הַשָּׁטִים אֹתָךְ *remiges tui*. Qimhhi in lib. Radicum vult אֹתָךְ, idem hîc esse, quòd antea לָךְ, pro *remiges tibi*, id est, *remiges tui*... Quidam volunt esse Participium Qál, *remis agentes te*. Buxt. quod certè in idem recidit. O. οἱ κωπηλάται σου *remiges tui*. Rad. שׁוּט *circumivit, peragravit*, &c.

שָׂטָה QAL. Vulg. & alii, *erro, polluor, abstrahor, diverto, declino, recedo, averto me, deflecto*; cognatum cum שָׂטַן *adversatus est*, & cum שָׂטַם *odio habuit*. Hinc per metath. τείνω *extendo*, &c. Av. O. ἐκκλίνω *declino*, παραβαίνω *transgredior*.

Praet. 2. p. s. f. Num. 5. v. 19. וְאִם־לֹא שָׂטִית טֻמְאָה תַּחַת אִישֵׁךְ. Vulg. *& si non polluta es deserto mariti toro*; benè sensum expressit. O. εἰ μὴ παραβέβηκας μιανθῆναι ὑπὸ (Alex. καὶ εἰ) τὸν ἄνδρα τὸν σεαυτῆς. Sar. voculæ εἰ sub asterisco præmittit καὶ; quod concordat Hebr. textui: *si non prævaricata es ut inquinareris sub viro tuo*. Sar. *& si non*, &c. Alii, *& si non declinasti pollutione*, vel *ad impuritatem sub viro tuo*: quasi diceretur; si fidem viro tuo datam servasti.

Imper. 2. p. s. m. Proverb. 4. v. 15. דֶּרֶךְ רָעִים שְׂטֵה מֵעָלָיו *declina ab eâ*, nempe *viâ malorum*. Vulg. concisè, *declina*. O. ἔκκλινον δὲ ἀπ' αὐτῶν *declina verò ab eis* (viis malorum).

Fut. 3. p. s. m. in formâ apocopata absque tertia radic. ה, & cum (ֵ) ante du-

Digitized by Google

plex (ו), Prov. 7. v. 25. אַל־יֵשְׂטְ אֶל־דְּרָכֶיהָ לִבֶּךָ. Vulg. *ne declinet ad vias ejus cor tuum.* יֵשְׂטְ pro יִשְׂטֶה. Vulg. *ne abstrahatur in viis illius* (meretricis) *mens tua.* O. μὴ ἐκκλινάτω, &c. *ne declinet*, &c. 3. p. s. f. Num. 5. v. 12. כִּי־תִשְׂטֶה אִשְׁתּוֹ *cum declinaverit uxor ejus.* Vulg. vir *cujus uxor erraverit*; satis intelligitur qualis sit error ille. O. ἐὰν παραβῇ ἡ γυνὴ αὐτοῦ *si prævaricata fuerit uxor ejus.*

שִׁטָּה m. Vulg. & alii, *spina*, *cedrus*, aut ejus *lectissima* quædam *species*; est nomen arboris spinosæ, cujus lignum est imputrescibile: *spina*, vel *cedrus.* Av.... videtur notari *cedrus optima.* Quidam, *pinum* intelligunt. Cocceius. S. Hieron. arborem in eremo nascentem esse tradit, spinæ albæ similem; cujus lignum imputribile & omnium lignorum lævissimum est, robore, soliditate, nitore, & pulchritudine cætera facilè superans. *Setim* ille appellavit: unde & arca fœderis, & tabernaculum & omnia ejus vasa sunt facta magnâ ex parte, quæ lignea scilicet fuere. Merc. Isai. 41. v. 19. אֶתֵּן בַּמִּדְבָּר אֶרֶז שִׁטָּה. Vulg. *dabo in solitudinem cedrum & spinam.* Alii, *dabo in deserto cedrum Schitta*, vel *Sitta*, vel *Setbim.* Cedri proprium genus est, unde *ligna Setim.* Grot. Alii, *lectissimam cedrum.* Apud O. vacat. Pl. m. Exod. 25. v. 5. וַעֲצֵי שִׁטִּים, Schmidius, *& ligna Schittim* (cedrorum nobilissimarum sic dictarum). Vulg. *& ligna Setim.* O. καὶ ξύλα ἄσηπτα *& ligna imputribilia*, quod cedro maximè convenit. Cast. Erat hoc genus ligni quod in deserto circa montem Sinai crevit. Quidam sic dictum volunt à loco, Num. 25. v. 1. ubi maxima horum lignorum copia. Synopsis Critic. hîc. Rad. שָׁטַט inusit. Sunt qui referunt ad שׁוּט *circumivit*, &c.

שָׁטַח QAL. Vulg. & alii, *expando*, *sicco*, *extendo*, *dilato*, *expono in latitudinem*; cognatum cum שָׁחַט *mactavit*, pecudem expansam. Hinc πιέζω *extendo*, *distendo*, &c. Av. Lxx. καταστρωννύω *sterno*, ψύχω *frigidum facio*, *torreo*, *sicco*, *refrigero*, Ms. Alex. κύπτω *jacère facio.*

Praet. 3. p. plur. c. cum præf. & affix. Jerem. 8. v. 2. וּשְׁטָחוּם לַשֶּׁמֶשׁ וְלַיָּרֵחַ. Vulg. *& expandent ea ad solem & lunam* (ossa eorum qui habitaverunt Jerusalem). O. καὶ ψύξουσιν αὐτὰ, &c. C. *extendent.* Alii, *& expandent ea soli & lunæ*; fortè legendum κύψουσιν *jacère facient*, non ψύξουσιν.

Ben. s. m. Job. 12. v. 23. שֹׁטֵחַ לַגּוֹיִם וַיַּנְחֵם. Vulg. *& subversas* (Gentes) *in integrum restituit.* Alii, *expandit gentes & ducit eas*, vel *pandit gentibus* locum, vel *gentes dissipat*, vel *expandens.* O. καταστρωννύων ἔθνη καὶ καθοδηγῶν αὐτὰ *sternens gentes & in via deducens eas.*

Infin. שָׁטוֹחַ *expandendo.*

Fut. 3. p. s. f. cum præf. 2. Reg. 17. v. 19. וַתִּשְׁטַח עָלָיו הָרִפוֹת. Vulg. participialiter & præf. (ו) per *quasi* vertit; *quasi siccans ptisanas.* Alii, *& diffudit super illud* (tegumentum) *molam fractam*, vel *& expandit*, stravit, *super eo molam* (grana commolita), vel *& expandit super eum* (puteum) *contusa grana*, vel *hordeum*, vel *triticum contusum.* Prisana est hordeum decorticatum. Mar. O. καὶ ἔψυξεν (Al. ἔκυψεν) ἐπ' αὐτῷ ἀραφώθ, (Alex. Ms. ἀραφώθ) *& siccavit super illud* (velum) *Araphoth*; ubi vides vocem ipsam Hebraïcam nonnihil immutatam ut in Alex. Ms. in quo insuper per ἔκυψεν, intelligi mihi videtur, *incurvavit*, id est, *jacere fecit*; quibus verbis ad alias versiones revocamur. 3. p. pl. m. cum præfix. Num. 11. v. 32. וַיִּשְׁטְחוּ לָהֶם שָׁטוֹחַ. Vulg. *& siccaverunt eas* (coturnices). Alii, quas *expanderunt sibi expandendo*, vel *& expanderunt sibi*: passim acervos accumularunt. O. καὶ ἔψυξαν ἑαυτοῖς ψυγμούς *& refrigeraverunt sibi refrigeria.*

PIEL שִׁטַּח pro שָׁטַח, *expando*; unde Praet. 1. p. s. c. Psal. 87. Hebr. 88. v. 10. שִׁטַּחְתִּי אֵלֶיךָ כַפָּי. Vulg. & alii, *expandi ad te manus meas.* O. v. 9. διεπέτασα πρὸς σὲ τὰς χεῖράς μου, idem.

שִׁטִּים Mass. *Schittím*, Vulg. *Settim*, *Setim*, nomen proprium 1°. loci in campestribus Moab, non procul ab Jordane & Phogor monte, unde Josue misit explora-

Digitized by Google

tores ad investigandam Jerichontis terram. Calas. Cum præf. Num. 25. v. 1. בַּשִּׁטִּים in Schittim. Jos. 2. v. 1. מִן־הַשִּׁטִּים de Schittim. 2°. torrentis, Joël. 4. v. 18. וְהִשְׁקָה אֶת־נַחַל הַשִּׁטִּים. Vulg. 3. v. 18. & irrigabit torrentem spinarum. Alii, Schittim. Etym. extensiones, ex נָטָה in Hiphil, extendit; vel divertentes, ex שׂוּט divertit, itavit; vel potius, à שׁוּט inusit.

שֵׂטִים m. plur. quasi à singulari masculino, שֵׂט instar רֵעַ amicus. Vulg. & alii, prævaricationes, insaniæ. Adjectivè, declinantes. Substantivè, deflexiones, declinationes. O. παραβάσεις prævaricationes, μανίας insaniæ. Cum ס loco שׂ, Psal. 100. Hebr. 101. v. 3. עֲשֹׂה־סֵטִים שָׂנֵאתִי. Vulg. facientes prævaricationes odivi. O. similiter, ποιοῦντας παραβάσεις ἐμίσησα. Alii, facere declinationes (concretum sensu abstracti) odi, vel facere declinantium odi, hoc est, factum. Osee 5. v. 2. שֵׂטִים declinantes, vel qui declinant. Vulg. declinastis. Plur. m. construct. cum præfix. & (ֵ) pro (ָ) in penult. juxta Roberts. Psal. 39. Hebr. 40. v. 5. וְשָׂטֵי כָזָב. Vulg. & non respexit in vanitates, & insanias falsas. O. similiter, καὶ μανίας ψευδεῖς. Pro שָׂטֵי, legerunt שׁוּטֵי à שְׁטָה, Chald. quod significat, stultescere, insanire. Mu. Alii, & ad sectatores mendacii, vel nec ad declinantes, sive eos qui deflectunt ad mendacium. Rad. שׂוּט declinavit, deflexit.

שָׂטַם QAL. Vulg. & alii, odi, adversor, invideo, odio habeo, inimicus sum, inimicum habeo, odio persequor, infensus sum, infestus sum, infesto, hostiliter, cum aliquo, ago; cognatum cum שָׂטַן adversor, & שָׂטָה deflecto. Lxx. ἐγκοτέω irascor, ἐνεδρεύω insidior, καταβάλλω dejicio, μαστιγόω flagello, μνησικακέω memor sum malorum.

Fut. 3. p. s. m. cum affix. יִשְׂטְמֵנוּ odio prosequetur nos, c. Cum præf. וַיִּשְׂטֹם & oderat Esau Jacob, vel & odio prosequebatur. Cum præf. & affix. Job. 16. v. 9. אַפּוֹ טָרַף וַיִּשְׂטְמֵנִי. Vulg. v. 10. collegit furorem suum in me & comminans mihi. Alii, ira ejus, discerpit me, & odio habet me, vel laniat & infestat me, c. O. κατέβαλέ με dejecit me. 2. p. s. m. cum affix. Job. 30. v. 21. בְּעֹצֶם

יָדְךָ תִשְׂטְמֵנִי. Vulg. & in duritiâ manûs tuæ adversaris mihi. Alii, robore manûs tuæ infestas me, c. vel per robur manûs tuæ odisti me. O. με ἐμαστίγωσας me flagellasti. 3. p. pl. m. cum affix. יִשְׂטְמוּנִי odio prosequentur me, c. Cum præf. & affix. & (ְ) pro (ֹ) in penult. Gen. 49. v. 23. וַיִּשְׂטְמֻהוּ בַּעֲלֵי חִצִּים. Vulg. inviderantque illi (Joseph) habentes jacula. Alii, & infestarunt eum sagittarii, vel & odio habebunt eum sagittarii. Ad litteram, Domini jaculorum, vel sagittarum. O. καὶ ἐνεῖχον αὐτῷ κύριοι τοξευμάτων & intendebant in eum Domini sagittationum.

שָׂטַן QAL, idem omnino cum præcedente, unde & eadem constructio, Merc. id est, regit Accusativum. O. ἀντίκειμαι resisto, ἐνδιαβάλλω traduco, calumnior. Aq. Sym. in Lexico Hebraïco ad Hexapla, ἀντίκειμαι adversor, odio habeo. Sym. ἐναντιοῦμαι adversor; ut in judicio accusator. Cocceius.

Ben. plur. m. construct. Psal. 70. Hebr. 71. v. 13. יֵבֹשׁוּ יִכְלוּ שֹׂטְנֵי נַפְשִׁי. Vulg. confundantur & deficiant detrahentes animæ meæ. Alii, pudescant, consumantur odio habentes animam meam, vel qui infesti sunt animæ meæ, vel adversantes, &c. qui me calumniantur, accusant, & animam meam ad malum expetunt. Cocceius. Cum affix. Psal. 108. Hebr. 109. v. 20. זֹאת פְּעֻלַּת שֹׂטְנַי. Vulg. hoc opus eorum qui detrahunt mihi. Alii, hoc operæ pretium adversantium mihi, vel hæc (eadem esto) merces adversantium mihi. O. τῶν ἐνδιαβαλλόντων με calumniantium me. Alii, ἀντικειμένων adversariorum; legerunt שֹׂטְנַי, non שׂוֹטְנַי, S. Hieron. his qui adversantur.

Infin. cum præf. & affix. Zach. 3. v. 1. לְשִׂטְנוֹ. Vulg. ut adversaretur ei (Sacerdoti magno). Alii, ad adversandum ei, ad criminandum eum. O. τοῦ ἀντικεῖσθαι αὐτῷ ad resistendum illi.

Fut. 3. p. plur. m. cum affix. Psal. 108. Hebr. 109. v. 4. תַּחַת־אַהֲבָתִי יִשְׂטְנוּנִי. Vulg. pro eo ut me diligerent, detrahebant mihi; c. Alii, pro amore meo adversantur mihi. O. ἐνδιέβαλλόν με detrahebant mihi.

שָׂטָן m. Vulg. & alii, Satan, spiritus malus

Digitized by Google

salutis hominum adversarius, *adversarius, osor, inimicus, infestus, accusator, criminator, contrarium* quid, *obstaculum, offendiculum, Satanas.* O. σατὰν *Satan* (ipsa vox Hebraïca) διάβολος *diabolus*, ἐπίβουλος *insidiator*, διαβολὴ *calumnia, detractio.* Verbaliter, ἐνδιαβάλλω *traduco, calumnior.* Theod. ἀντικείμενος *adversarius.* Cum præf. וְשָׂטָן *& Satan*, הַשָּׂטָן *Satan*, וְהַשָּׂטָן *& Satan*, לְשָׂטָן *in adversarium.* Rad. שָׂטַן *adversatus est*, &c.

שִׂטְנָה f. Vulg. & alii, *inimicitia, accusatio, odium, inimicitia, adversatio, infestatio, criminatio*, Esdr. 4. v. 6. כָּתְבוּ שִׂטְנָה. Vulg. *scripserunt accusationem.* Alii, *criminationem.* O. ἔγραψαν ἐπιστολὴν *scripserunt epistolam*; Gen. 26. v. 21. וַיִּקְרָא שְׁמָהּ שִׂטְנָה. Vulg. *appellavitque eum* (puteum) *inimicitias.* O. καὶ ἐπωνόμασε τὸ ὄνομα αὐτοῦ, ἐχθρία *& appellavit nomen ejus, inimicitia*; fortè legendum, ἐπωνομάσθη *& vocatum fuit.* Aq. ἀντικειμένη *adversaria, adversum.* Sym. ἐναντίωσις *contrarium, contrarietas.* Rad. שָׂטַן *adversatus est.*

שָׁטַף QAL. Vulg. & alii, *lavo, immergo, abluo, inundo, perfundo, demergo, obruo, operio, rapio, immersum abripio, absorbeo, submergo, circumdo, fluo, opprimor, obruor, inundor, inundatione pereo, extendo, emundo.* Lxx. νίπτομαι *lavo*, ut Verbum medium. κατακλύζω *inundo*, καταποντίζω *demergo.* Aq. Sym. ἐπικλύζω *inundo.* Incertus, περικλύζω *inundo.* Lxx. συντέμνω *brevio, concido*, διορίζω *distermino, distinguo* ... καταλύω *dissolvo*, sic cæteri propter errorem amanuensium, pro κατακλύζω *inundo.* O. ἀπονίπτω *abluo.* In Ald. & C. συγκλείω *concludo*, pro συγκλύζω *contego, cooperio*; unde

PRAET. 3. p. f. m. Exod. 40. v. 35. כִּי־שָׁכַן עָלָיו הֶעָנָן. Vulg. *nube operiente omnia.* Alii, *nam decubuerat in illud* (tentorium) *nubes*, m. vel *eò quòd habitaret super eo nubes.* O. ὅτι ἐπεσκίαζεν ἐπ' αὐτὴν (τὴν σκηνὴν) ἡ νεφέλη *quia obumbrabat super ipsum nubes.* In forma (-), pro (-) ob pausam, שָׁכֵן *habitat*, vel *requiescit.* Cum præf. Isai. 32. v. 16. וְשָׁכַן בַּמִּדְבָּר מִשְׁפָּט. Vulg. *& habitabit in solitudine judicium.* Alii, *habitabit tamen in deserto judicium.* O. καὶ ἀναπαύσεται *& requiescet*, &c. 3. p. s. f. Psal. 93. Hebr. 94. v. 17. כִּמְעַט ׀ שָׁכְנָה דוּמָה נַפְשִׁי. Vulg. *paulominus habitasset in inferno anima mea.* O. παρ' ὀλίγον *habitasset... properè procubuisset* (in) *silentio anima mea.* Cocc. Alii, *parum abfuisset, quin habitasset*, &c. 2. p. s. m. שָׁכַנְתָּ *habitasti.* 2. p. s. f. cum (י) paragogico, Jerem. 51. v. 13. שֹׁכַנְתִּי עַל־מַיִם רַבִּים; legendum docent Massorethæ absque (י). Vulg. *quæ habitas super aquas multas.* Hæc vox est composita, inquit R. D. ex שֹׁכֶנֶת participio femin. & שָׁכַנְתְּ præterito. 2. p. s. f. & ratio compositionis est, quasi diceretur, ab initio habitâsti, & etiam adhuc, veniente super te malo, habitas. Pagn. meliùs fortasse legeretur in participio, שֹׁכֶנֶת, cui concordat Ald. edit. κατασκηνοῦσα. O. tamen Vatic. Jerem. 28. v. 13. in plurali vertunt participialiter, κατασκηνοῦντας ἐφ' ὕδασι πολλοῖς, quæ locutus est (Dominus) super.... *habitantes in aquis multis.* Cum præf. וְשָׁכַנְתְּ *& habitabis* (in agro). 1. p. s. c. Proverb. 8. v. 12. אֲנִי חָכְמָה שָׁכַנְתִּי עָרְמָה. Vulg. *ego sapientia habito in consilio.* Alii, *ego* (enim) *sapientia habito* (cum) *prudentiâ*, vel *adsum & cohabito prudentiæ.* O. κατεσκήνωσα *inhabitavi.* Cum præf. וְשָׁכַנְתִּי *& habitabo.* 3. p. plur. c. Psal. 67. Hebr. 68 v. 7. אַךְ־סוֹרְרִים שָׁכְנוּ צְחִיחָה. Vulg. *similiter eos qui exasperant*,

Digitized by Google

qui habitant in sepulchris (educit). Alii, *tantùm refractarii jacebant in sterili*, vel *contra autem rebelles habitarunt in siccitate.* Schmidius. O. ὁμοίως τοὺς παραπικραίνοντας, τοὺς κατοικοῦντας ἐν τάφοις, ut Vulg... Sym. in futuro vertit, κατοικήσουσι *habitabunt*... Aq. in præterito, ἐσκήνωσαν *incoluerunt*. Cum præf. וְשָׁכְנוּ *& habitabunt.*

Ben. ſ. m. שֹׁכֵן *habitans.* Cum (י) parag. Mich. 7. v. 14. שֹׁכְנִי לְבָדָד יַעַר. Vulg. pluraliter vertit (videturque legisse שֹׁכְנֵי), *habitantes solos in saltu.* Alii, *habitantem* (gregem) *solum sylvam.* O. κατασκηνοῦντας *incolentes;* sicque confirmatur lectio quam Vulg. tribuimus, nempe שֹׁכְנֵי. Cum præf. הַשֹּׁכֵן & הַשֹּׁכֵן, *habitans.* Pl. m. cum præf. הַשֹּׁכְנִים *habitantes.* Constr. שֹׁכְנֵי *habitantes* (domos luti), vel *qui habitant*, vel *habitatores.* Cum præf. וְשֹׁכְנֵי אֶרֶץ *& incolæ terræ*, vel *& qui moramini in terrâ.* Cum præf. & aff. Job. 26. v. 5. מִתַּחַת מַיִם וְשֹׁכְנֵיהֶם *sub aquis & qui habitant cum eis*, m. Schmidius, *inferiùs aquæ* (commoventur) *& habitatores earum*.... Vat. de metallis loquitur, quasi diceret : imò extendit sese providentia Dei ad infirmas terræ partes, ubi nascuntur inanimata, hoc est, metalla, gemmæ, & id genus alia. Vide Synopsin Criticorum.

Paoul plur. m. constract. cum præf. Judic. 8. v. 11. וַיַּעַל גִּדְעוֹן דֶּרֶךְ הַשְּׁכוּנֵי בָאֳהָלִים. Vulg. *ascendensque Gedeon per viam eorum qui in tabernaculis morabantur.* Alii, *ascendit autem Gideon viâ habitantium in tentoriis*, vel *viâ morantium*, vel *degentium*, vel *collocatorum in tentoriis*, hoc est, Arabum scenitarum. Jun. O. τῶν σκηνούντων ἐν σκηναῖς *tabernacula habentium*, ἄλλος, κατοικούντων *habitantium.*

Infin. cum præf. וַיְהִי בִּשְׁכֹּן *& fuit cùm habitaret ;* vel ad verbum, *in habitando.* Psal. 67. Hebr. 68. v. 19. וְאַף סוֹרְרִים לִשְׁכֹּן יָהּ אֱלֹהִים. Vulg. *etenim non credentes inhabitare Dominum Deum* (accepisti). Alii, *atque etiam refractarios ut componant se ad manendum* (in) *decentiâ Dei*, vel *ut inhabitent* (in tabernaculo) *Jah Dei*, vel *ut inhabitet Dominus Deus*, vel *ut permaneat*

Jova Deus, vel *ut habitarent apud te, ô Domine Deus.* Schmidius, *etiamque rebelles* (quod attinet, erunt) *ad habitandum* (in iis) *Jah Deum.* O. καὶ γὰρ ἀπειθοῦντες τοῦ κατασκηνῶσαι. Deinde versu 19. sic incipiunt : κύριος ὁ θεός. Aq. καί γε ἀπειθεῖς τοῦ κατασκηνῶσαι. O. subdistinguentes vertunt : *etenim inobsequentes* (sunt) *ad inhabitandum.* Deinde, *Dominus Deus*, &c. notandum participium esse in nominandi casu, ideo addidi (sunt). Aq. *& etiam rebelles inhabitare.* Sym. ἔτι καὶ ἐν ἀπειθοῦσι κατασκηνώσεις *insuper & in inobsequentibus ad inhabitandum ;* quæ certè non pariunt sensum clarum propter nimiam tenacitatem verborum. Cum præf. & affix. Deut. 12. v. 5. לְשִׁכְנוֹ תִדְרְשׁוּ *ad habitare eum* (locum quem elegerit Dominus) *quæretis.* Alii, ut nomen vertunt : *habitaculum* (inquam) *ejus quæretis*, vel *ut insideat eum*, vel *ut habitetis in eo, curabitis.* Vulg. *&* (ut) *habitet in eo venietis ;* retulit ad Deum ; & verbum תִדְרְשׁוּ neglexit. O. καὶ ἐπικληθῆναι καὶ ἐκζητήσετε *&* (ut nomen Dei) *invocetur, & exquiretis.* Aliter legerint necesse est, videnturque affixum (ו) vocis לְשִׁכְנוֹ sejunxisse, & legisse consequenter, וְתִדְרְשׁוּ *& exquiretis ;* quomodo autem residuum vocis legerint, fateor, non video, לְשִׁכְנִי *ut inhabitem ;* ad verbum, *ad habitare me*, c.

Imper. 2. p. ſ. m. שְׁכֹן, & cum maqqáph, שְׁכָן־אֶרֶץ *inhabita, incole terram*, vel *mane in terrâ.* Cum præfix. Psal. 36. Hebr. 37. v. 27. וּשְׁכֹן לְעוֹלָם. Vulg. *& inhabita in sæculum sæculi.* Similiter O. καὶ κατασκήνου εἰς αἰῶνα αἰῶνος. Sym. καὶ ἠρεμήσεις *& quiesces*, &c. S. Hieron. *& inhabita in sempiterno.* 2. p. plur. m. cum præfix. וְשִׁכְנוּ *& habitate*) in petrâ).

Fut. 3. p. ſ. m. Gen. 16. v. 12. וְעַל־פְּנֵי כָל־אֶחָיו יִשְׁכֹּן. Vulg. *& è regione universorum fratrum suorum figet tabernacula* (Ismaël). Alii, *quanquam coram omnibus fratribus suis habitabit.* O. κατοικήσει *habitabit.* Cum maqqáph, Job. 38. v. 19. אֵי־זֶה הַדֶּרֶךְ יִשְׁכָּן־אוֹר. Vulg. indica mihi, si nosti, omnia, *in quâ viâ lux habitet.* (Aliud exemplar sine maqqáph,

Digitized by Google

maqqáph, legit אַיֵּה). Alii, *ubinam* (est) *via* (ad locum ubi) *habitat lux?* vel *quæ* (sit) *via* (in quâ) *habitet*, vel *habitabat lux?* indica *quâ terræ parte lux commoretur*, & quâ tenebræ. Merc. O. ποίᾳ δὲ γῇ αὐλίζεται τὸ φῶς; Chrys. οἱ ἄλλοι, σκοτοῦ, ἑρμηνεῖ *quâ autem in terrâ habitet lux?* Alii, qui in Hexaplis nominantur, nempè Aq. *habitat.* Theod. *quiescit.* Cum præf. וְשָׁכַן *& habitabit* (in tentoriis Schemi.) Job. 15. v. 28. וַיִּשְׁכּוֹן עָרִים נִכְחָדוֹת, vel וַיִּשְׁכָּן. Vulg. *habitavit* (impius) *in civitatibus desolatis.* Alius, *& habitat in urbibus excisis.* O. αὐλισθείη δὲ πόλεις ἐρήμους *habitet autem civitates desertas.* 3. p. s. f. תִּשְׁכֹּן & תִּשְׁכָּן, *habitabit.* Cum maqqáph, Job. 3. v. 5. תִּשְׁכָּן־עָלָיו עֲנָנָה. Vulg. *occupet eum* (diem) *caligo.* Alii, *habitet super eo nubes.* O. ἐπέλθοι ἐπ' αὐτὴν γνόφος. Aq. νέφωσις. Sym. ἀχλύς. Theod. συννεφία, vel ut in Hexaplis, συννέφεια, in quibus hæ variæ versiones referuntur ad vocem חֹשֶׁךְ *obscuritas;* at in O. Lamberti Bos, ad vocem עֲנָנָה. O. *superveniat in eam* (diem) *caligo.* Aq. *nubilum.* Sym. *obscuritas*... Theod. (in Nobilio pro eo, Theodoretus citatur) *densitas nubium.* In Hexaplis, *nubium coactio*, vel si malit quis, *nubium congregatio.* 1. p. s. c. Isai. 57. v. 15. מָרוֹם וְקָדוֹשׁ אֶשְׁכּוֹן. Vulg. participialiter, *in excelso & in sancto habitans.* Alii, (equidem) *in alto & sancto* (loco) *habito.* O. participialiter, ὕψιστος ἐν ἁγίοις ἀναπαυόμενος *altissimus in sanctis requiescens.* Cum maqqáph, Ezech. 43. v. 7. אֲשֶׁר אֶשְׁכָּן־שָׁם בְּתוֹךְ בְּנֵי־יִשְׂרָאֵל לְעוֹלָם. Vulg. *ubi habito in medio filiorum Israel in æternum.* Alii, *ubi habitabo*, &c. vel *in quo habitabo ibi;* redundat, *ibi.* Expositio autem est illius quod dixerat, *& locum plantarum pedum meorum.* Vatabl. O. ἐν οἷς κατασκηνώσει τὸ ὄνομά μου καὶ τὰ λοιπά *in quibus habitabit nomen meum*, &c. videntur legisse יִשְׁכָּן־שְׁמִי, in tertia pers. pro prima, & שְׁמִי pro שָׁם. Cum ה parag. אֶשְׁכְּנָה (si) *habitavero* (in extremis maris). Cum præf. Job. 29. v. 25. וָאֶשְׁכּוֹן כְּמֶלֶךְ בַּגְּדוּד. Vulg. *cùmque sederem quasi rex, circumstante exercitu.* Alii, *& habitabam ut rex in turmâ;* non solus procumbebam, sed cum multis. Coccei. Vel, *& habitabo*, &c. O. καὶ κατεσκήνουν καὶ τὰ λ. *& habitabam*, &c. Insuper cum ה paragogico, Psal. 54. Hebr. 55. v. 7. אָעוּפָה וְאֶשְׁכֹּנָה. Vulg. *& volabo, & requiescam?* O. καὶ πετασθήσομαι καὶ καταπαύσω, idem. Sym. πετασθῆναι καὶ ἱδρυθῆναι *ad volandum & insidendum?* S. Hieron. *ut volem, & requiescam?... avolabo* (enim) *ubi habitem.* Schmidius.... 3. p. plur. m. Nahum. 3. v. 18. יִשְׁכְּנוּ אַדִּירֶיךָ. Vulg. *sepelientur principes tui*, m. O. βασιλεὺς Ἀσσύριος ἐκοίμισεν τοὺς δυνάστας σου *rex Assyrius consopivit fortes tuos;* sic jungunt & vertunt O. qui, secundùm Ludov. Cappellum Criticæ Sacræ, lib. 4. p. 260. legerunt יִשְׁכְּבוּ, (per ב pro נ), quæ lectio videtur omnino melior atque commodior, est enim vox illa synonyma voci præcedenti נָמוּ *sopiti sunt*... mihi videntur legisse יִשְׁכִּיב, quod per præteritum reddiderunt, ἐκοίμισεν *consopivit;* lectio illa יִשְׁכְּבוּ mihi videtur congruere versioni Vulg. *sepelientur;* significat enim *jacebunt, dormient;* unde potuit reddere Vulg. interpres, *sepelientur;* vel voci יִשְׁכְּנוּ, prout est in textu Massorethico, significationem *sepulturæ* attribuit. Alii, *jacent*, vel *desident*, vel *requiescent*, subaudi in sepulchris, *magnifici tui.* In pausâ, cum hhólem pro (ְ), Jerem. 49. v. 31. בָּדָד יִשְׁכֹּנוּ. Vulg. *soli habitant.* O. μόνοι καταλύουσι *soli habitant.* Alii, *solitaria habitant.* Cum præfix. וְיִשְׁכְּנוּ *& habitabunt*, וַיִּשְׁכְּנוּ *& habitârunt.* 3. p. plur. f. Ezech. 17. v. 23. כָּל־כָּנָף בְּצֵל דָּלִיּוֹתָיו תִּשְׁכֹּנָּה (aliud exemplar sine daghésch in נ, תִּשְׁכֹּנָה) utraque vox contractè, pro תִּשְׁכֹּנְנָה. Vulg. *& universum volatile sub umbra frondium ejus nidificavit.* Alii subdistinguentes & ad præcedentia referentes duas primas voces, sic reddunt; habitentque sub illo omnis avis *cujuscumque alæ; in umbrâ ramorum illius habitent.* O. καὶ πᾶν πετεινὸν ὑπὸ τὴν σκιὰν (Compl. addit. τῶν κλάδων) αὐτοῦ ἀναπαύσεται *& omne volatile sub umbra* (Complut. *ramorum*) *ejus requiescet.*

PIEL שִׁכֵּן. O. κατοικίζω *habitare facio*,

κατασκηνόω habitare facio, ἐπικαλοῦμαι invocor. Vulg. & alii, *habito, sum, inhabitare facio, inhabitandum do, colloco ad habitandum, fixum esse facio, figo.*

PRAET. 3. p. f. m. Psal. 77. Hebr. 78. v. 60. וַיִּטֹּשׁ מִשְׁכַּן שִׁלוֹ אֹהֶל שִׁכֵּן בָּאָדָם. Vulg. *& repulit tabernaculum Silo, tabernaculum suum, ubi habitavit in hominibus.* O. *ὃ κατεσκήνωσεν ubi habitavit*, &c. Ald. Complut. *ὃ κατεσκήνωσεν quod collocavit*, vel *quod habitare fecit.* Alii, *ideò deseruit habitaculum schiluntis; tentorium* (ubi) *habitavit inter homines*, vel *quod collocârat*, vel *fixerat in hominibus.* 1. p. f. c. Jerem. 7. v. 12. אֲשֶׁר שִׁכַּנְתִּי שְׁמִי שָׁם בָּרִאשׁוֹנָה. Schmid. *ubi habitare feci nomen meum olim* (de Silo id dicitur). Vulg. in 3. p. vertit, *ubi habitavit nomen meum à principio;* ad litteram posset verti: *quia habitare feci*, vel *collocavi nomen meum illic*, &c. O. *ὃ κατεσκήνωσα τὸ ὄνομά μου ἐκεῖ ἔμπροσθεν ubi collocavi*, vel *habitare feci nomen meum ibi antea.* Cum praef. Jerem. 7. v. 7. וְשִׁכַּנְתִּי אֶתְכֶם. Vulg. *habitabo vobiscum.* Alii, *tunc habitare faciam vos*, vel *collocabo vos*, m. O. *καὶ κατοικιῶ ὑμᾶς & habitare faciam vos*; in sensu enim transitivo eos accipi exigit regimen, & Hebraïca vox; maluit Vulg. interpres in sensu intransitivo vertere, nec in eo culpandus; quid enim de sensu demis, si dicas, *habitabo vobiscum*, pro *habitare faciam vos*, praesertim cùm de Deo dicitur?

INFIN. cum praef. Deut. 12. v. 11. לְשַׁכֵּן שְׁמוֹ שָׁם. Vulg. *ut sit nomen ejus in eo* (loco). Alii, *ad figendum nomen suum ibi;* ubi faceret nomen suum residere; hoc est, ut diceretur Dominus ibi habitare, videlicet in nube, & deinde solo nomine, quatenus domus erat futura typus & figura manifestationis Dei in carne. Coccei. Vel *ad habitare faciendum*, &c. O. *ἐπικληθῆναι τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐκεῖ ut invocetur nomen ejus ibi.* Suspicor aliquam mutationem esse in O. aut fortè sic verterunt, quia finis habitationis nominis Dei in loco selecto, est invocatio populi ejus, id est, ideo ibi habitat Deus, quia ibi invocari vult à populo suo.

FUT. 1. p. f. c. cum praef. & ה paragog. Jerem. 7. v. 3. וַאֲשַׁכְּנָה אֶתְכֶם בַּמָּקוֹם הַזֶּה. Vulg. *& habitabo vobiscum in loco isto.* Alii, *tum habitare faciam vos in loco hoc.* Sym. *& confirmabo vos*, &c. ex Hieron. citatur in Hexaplis absque Graeco. O. *καὶ κατοικιῶ*

HIPHIL הִשְׁכִּין, significatio τῷ PIEL, hîc eadem est; exempla sequuntur, in sensu transitivo scilicet.

PRAET. 1. p. f. c. Ezech. 32. v. 4. וְהִשְׁכַּנְתִּי עָלַיִךְ כָּל־עוֹף הַשָּׁמַיִם. Vulg. *& habitare faciam super te omnia volatilia coeli.* Alii, *& faciam ut resideat super te omnis ales coeli.* O. *καὶ ἐπικαθιῶ ἐπὶ σέ, καὶ τὰ* &c. *& sedere faciam super te*, &c. vel *& collocabo super te.*

FUT. 3. p. f. m. in forma (-), Psal. 7. v. 6. וּכְבוֹדִי לֶעָפָר יַשְׁכֵּן. Vulg. *& gloriam meam in pulverem deducat....* Cocceius, *& gloriam meam* (praestantissimum mei) *faciat in pulverem procumbere*, vel, ut alii, *in pulvere faciat habitare.* O. *καὶ τὴν δόξαν μου εἰς χοῦν κατασκηνώσαι*, ut Vulg. *& gloriam meam in pulverem deducat;* vel *in pulvere faciat habitare.* Cum praefix. Gen. 3. v. 24. וַיַּשְׁכֵּן מִקֶּדֶם לְגַן־עֵדֶן אֶת־הַכְּרֻבִים. Vulg. *& collocavit ante paradisum voluptatis Cherubim.* Alii, *& fecit ut residerent* (manerent) *ab Oriente horti Eden Cherubini*, vel *& habitare fecit.... Cherubinos.* O. *καὶ κατῴκισεν αὐτὸν* (Ἀδὰμ) *ἀπέναντι τοῦ παραδείσου τῆς τρυφῆς, καὶ ἔταξε τὰ χερουβὶμ & collocavit eum contra paradisum voluptatis: & ordinavit Cherubim;* duplici verbo expresserunt, וַיַּשְׁכֵּן, majoris claritatis gratiâ. 2. p. f. m. Job. 11. v. 14. וְאַל־תַּשְׁכֵּן בְּאֹהָלֶיךָ עַוְלָה. Vulg. *&* (si) *non manserit in tabernaculo tuo injustitia;* sumpsit Vulg. interpres תִּשְׁכֹּן, tamquam tertiam personam femininam, imò videtur legisse תִּשְׁכֹּן, ut caeteri de quibus infrà. Alii, *& ne finas residere in tentoriis tuis injustitiam*, vel *& ne facias habitare in tentoriis tuis perversitatem.* O. cum Vulg. similiter Aq. Sym. & Theod. in tertiâ personâ f. interpretati sunt. O. quidem sic. *ἀδικία δὲ ἐν διαίτῃ σου μὴ αὐλισθήτω iniquitas autem in habitatione tuâ non maneat* Aq. *μὴ ἐνοικησάτω ἐν σκέπῃ σου παρανομία.* Sym. &

Theod. similiter exceptis his, ἐν σκηνῇ σου, pro ἐν σκηνῇ σου. Aq. *ne habitet in tentorio tuo iniquitas.* Sym. & Theod. *in tabernaculo tuo;* hi omnes videntur legisse תִּשְׁכֹּן, in 3. p. f. f. futuri τῦ Qal, pro תַּשְׁכֵּן. 3. p. plur. m. cum præf. Jos. 18. v. 1. וַיַּשְׁכִּינוּ שָׁם אֶת־אֹהֶל מוֹעֵד. Vulg. *ibique* (in Silo) *fixerunt tabernaculum testimonii.* Alii, *& habitare fecerunt ibi tabernaculum conventûs.* O. καὶ ἔπηξαν ἐκεῖ τὴν σκηνὴν τοῦ μαρτυρίου *& fixerunt ibi tabernaculum testimonii.*

שְׁכַן PEAL, Chald. *habito, commoror;* unde

Fut. 3. p. plur. f. Dan. 4. v. 18. וּבְעַנְפוֹהִי יִשְׁכְּנָן צִפֲּרֵי שְׁמַיָּא. Vulg. participial. vertit: *& in ramis ejus commorantes aves cœli* ... Schmid. *& (quod) in ramis ejus habitaculum habuerint aves cœlorum.* O. καὶ ἐν τοῖς κλάδοις αὐτοῦ κατεσκήνουν τὰ ὄρνεα τοῦ οὐρανοῦ *& in ramis ejus habitabant aves cœli,* vel *commorabantur.*

PAEL שַׁכִּן, Praet. 3. p. s. m. ex terminatione hhiriq pro (-), Esdr. 6. v. 12. וֵאלָהָא דִּי־שַׁכִּן שְׁמֵהּ תַּמָּה. Vulg. *Deus autem qui habitare fecit nomen suum ibi;* sic alii. O. καὶ ὁ Θεὸς οὗ κατασκηνοῖ τὸ ὄνομα ἐκεῖ *& Deus cujus inhabitat nomen ibi;* videntur legisse שְׁכַן pro שַׁכִּן, quoniam verterunt intransitivè.

שָׁכֵן adject. m. O. Verbaliter, κατασκηνόω, κατοικέω, οἰκέω *habito,* ὁμορέω *confinis sum.* Adjectivè, γείτων *vicinus,* πάροικος *advena,* ὁ περίοικος *circumhabitator.* Vulg. & alii, *habitans, habitator, vicinus;* sic dictus, quòd propè habitet; *inhabitator.* Constr. שְׁכַן שֹׁמְרוֹן *vicinus Samariæ.* Cum præf. & affix. וּשְׁכֵנוֹ *& vicinus ejus,* m. Plur. m. cum affix. וְאֶל כָּל־שְׁכֵנָיו *& ad omnia vicina ejus,* m. Cum præf. & affix. וּשְׁכֵנָיו *& vicini ejus,* m. לִשְׁכֵנָיו *vicinis ejus,* m. וְאֶת־שְׁכֵנוֹתֶיהָ *& vicinos ejus,* f. וּשְׁכֵנֶיהָ *& vicini ejus,* f. שְׁכֵנַיִךְ *vicini tui,* f. Cum (י) parag. quod non esse legendum docent Massorethæ, & cum (-) pro (-) ob pausam, שְׁכֵנַיִכְי *vicinis tuis,* f. scribunt & legunt Massorethæ, שְׁכֵנַיִךְ. Jerem. 12. v. 14. כֹּה אָמַר יְהוָה עַל־כָּל־שְׁכֵנַי הָרָעִים. Vulg. *hæc dicit Dominus adversùm omnes vicinos meos pessimos,* c. וְלִשְׁכֵנַי *& vicinis meis,* c. לִשְׁכֵנֵינוּ *vicinis nostris,* c. Sing. fem. cum præf. & affix. (quasi à singul. שְׁכֵנָה) מִשְּׁכֶנְתָּהּ, & petet mulier *à viciná suâ.* Plur. fem. (quasi à singul. שְׁכֵנָה), cum præf. וּשְׁכֵנוֹת *vicinæ.* Rad. שָׁכַן *habitavit, mansit.*

שְׁכַנְיָה vel שְׁכַנְיָהוּ, Mass. *Schkhaniáh & Schkhaniahû,* Vulg. *Sechenias* vel *Sechenia,* nomen viri, 1. Paral. 3. v. 21. & 24. v. 11. 2. Paral. 31. v. 15. cum præf. וּשְׁכַנְיָהוּ *& Sechenias,* לִשְׁכַנְיָה *Sechenia.* Etym. *vicinus Dominus,* aut *habitat Dominus;* ex שָׁכַן *habitavit,* vel שָׁכֵן *vicinus,* & יָהּ *Dominus.*

שָׁכַר QAL. Vulg. & alii, *inebrior, sitim expleo, poto, largiùs bibo, ebrius sum, bacchor, furo, insanio, temulentus sum.* O. μεθύω *ebrius sum,* μέθη *ebrietas.* Agg. 1. v. 6... μεθύσκομαι *inebrior.* Cognatum cum שֵׂכֶר in Piël, *scurriliter egit:* nam ebrii scurriliter se gerunt. Hinc σίκερα *sicera,* σκιρτάω *salto,* ut ebrius: σκαίρω *tripudio.* Av.

Praet. 3. p. plur. c. Isai. 29. v. 9. שָׁכְרוּ וְלֹא־יַיִן. Vulg. in imperandi modo (videtur legisse שִׁכְרוּ) *inebriamini & non à vino.* Alii, *ebrii sunt & non vino;* ut ebrii nesciunt, quid dicant, aut quid faciant: ita illi. Coccei; vel *inebriati sunt sine vino.* O. in hoc versu voces Hebræas breviaverunt, & transposuerunt. Confer & judica.

Paoul s. f. constr. cum præf. Isai. 51. v. 21. Vulg. idcirco audi hoc paupercula, וּשְׁכֻרַת וְלֹא מִיָּיִן *& ebria non à vino.* Alii, *& ebria, & non à vino;* titubans, vacillans. Coccei, vel *& ebria, sed non à vino.* O. καὶ μεθύουσα οὐκ ἀπὸ οἴνου *& ebria non à vino.* Hic est ellipsis substantivi posterioris, subauditur enim צָרוֹת post וּשְׁכֻרַת, *& ebria afflictionibus,* aut רָעוֹת *malis.* Quidam ad enallagen statûs constructi pro integro referunt. Glassius.

Infin. cum præf. & ה paragogico, hhólem transposito & mutato in (-) hhatóuph sub prima radicali ש, Agg. 1. v. 6. שָׁתוֹ וְאֵין־לְשָׁכְרָה. Vulg. in præterito vertit, *bibistis, & non estis inebriati.* Alii, *bibendo, sed non ad inebriandum,* vel *& non est ad ebrietatem:* potest enim esse & ma-

Digitized by Google

kor, seu Infinit. & nomen, Pagn.... est Infin. cum paragoge, Cocceio, vel *sed minimè ad ebrietatem*, vel *saturitatem*, vel *hilaritatem*, quia non satis fuit vini. Grot. non ad sitim restinguendam. Vatabl. O. ἐπίετε καὶ οὐκ εἰς μέθην *bibistis, & non ad ebrietatem;* sicut nomen sumpserunt.

IMPER. 2. p. plur. m. cum præf. Cant. 5. v. 1. שְׁתוּ וְשִׁכְרוּ דּוֹדִים. Vulg. *& bibite, & inebriamini, charissimi.* Alii, *bibite, & inebriamini amoribus*, aut suavitatibus amoris implemini. Coccei.... nempe spiritali ebrietate. Calov. O. καὶ πίετε, καὶ μεθύσθητε ἀδελφοί *& bibite, & inebriamini, fratres.*

FUT. 3. p. f. m. cum præfix. & (ְ) pro (ֵ) ob pausam, Gen. 9. v. 21. וַיֵּשְׁתְּ מִן־הַיַּיִן וַיִּשְׁכָּר. Vulg. *bibensque* (Noë) *vinum inebriatus est.* Alii, *& bibit de vino, & inebriatus est.* O. ἐμεθύσθη *inebriatus est.* 2. p. s. f. תִּשְׁכְּרִי *inebriabis te.* 3. p. plur. m. cum ן paragogico, & (ְ) in penult. pro (ּ), Isai. 49. v. 26. וְכֶעָסִיס דָּמָם יִשְׁכָּרוּן. Vulg. *& quasi musto, sanguine suo inebriabuntur*, Cocceius (mutuo) *inebriantur.* Qui cum gaudio sanguinem fundit, videtur eum bibere. O. καὶ πίονται ὡς οἶνον νέον τὸ αἷμα αὐτῶν, καὶ μεθυσθήσονται *& bibent, quasi vinum novum, sanguinem suum, & inebriabuntur.* Cum præfix. Gen. 43. v. 34. וַיִּשְׁתּוּ וַיִּשְׁכְּרוּ עִמּוֹ. Vulg. *biberuntque & inebriati sunt cum eo.* Alii, *ita biberunt, & ad satietatem biberunt cum ipso*... Sanctus Augustinus refert peccatum ebrietatis fuisse olim excusatum à quibusdam hoc Josephi exemplo, qui cum fratribus inebriatus esse dicitur. Verùm rectè Hieron. in Tr. Hebr. observat, שֵׁכָר *satietatem*, non ejusmodi immodicum excessum idiomate linguæ Sanctæ notare. Adde Joan. II. v. 10... hæc Theodoricus Hackspanius in hunc locum annotat, p. 244. primæ partis notarum Philologicarum. Vide Synopsin Criticorum, in quâ exponitur vox Hebræa, *potaverunt liberaliter*, citra crapulam tamen. O. ἔπιον δὲ, καὶ ἐμεθύσθησαν μετ᾽ αὐτοῦ *& biberunt, & inebriati sunt cum eo.* Nobilius sequentia hîc annotat. S. Hieron. Idioma linguæ Hebraïcæ est, ut *ebrietatem* pro *satietate* ponat. Quod etiam notat S. Augustinus, quæst. 144.

PIEL שִׁכֵּר *inebrio, potu dulci inebrio;* unde BEN. f. f. cum duplici (ּ) ante ת, Jerem. 51. v. 7. מְשַׁכֶּרֶת כָּל־הָאָרֶץ *inebrians* (calix) *omnem terram.*

INFIN. Habac. 2. v. 15. וְאַף שַׁכֵּר *etiamque inebriando.* Vulg. participialiter, *& inebrians*, ut aspiciat nuditatem ejus. O. similiter, καὶ μεθύσκων *& inebrians.*

FUT. 3. p. f. m. cum præf. & affix. 2. Reg. 11. v. 13. וַיְשַׁכְּרֵהוּ *& inebriavit eum* (Uriam). O. καὶ ἐμέθυσεν αὐτόν, idem. 1. p. f. c. cum præf. & affix. Isai. 63. v. 6. וַאֲשַׁכְּרֵם בַּחֲמָתִי. Vulg. *& inebriavi eos in indignatione meâ.* Alii, *& inebriabo eos in æstu meo.* Sym. Theod. καὶ ἐμέθυσα αὐτοὺς ἐν θυμῷ μου *& inebriavi eos in furore meo.* Apud O. vacat.

HIPHIL הִשְׁכִּיר *inebrio, inebriari facio;* unde PRAET. 1. p. f. c. cum præf. Jerem. 51. v. 57. וְהִשְׁכַּרְתִּי שָׂרֶיהָ, Vulg. *& inebriabo principes ejus.* O. καὶ μεθύσει μέθῃ τοὺς ἡγεμόνας αὐτῆς *& inebriabit ebrietate præfectos ejus;* fortè legerunt וְהִשְׁכִּיר, in 3. p. f. m. aut non adhæserunt litteræ. Cum præfix. & affix. Jerem. 51. v. 39. וְהִשְׁכַּרְתִּים *& inebriabo eos*, ut exultent, & dormiant somnum æternum. Faciam eos vociferari, ut ebrii solent, & tum procumbere. Cocceius. O. καὶ μεθύσω αὐτοὺς *& inebriabo eos.*

IMPER. 2. p. plur. m. cum affix. & (ִ) pro (ֵ) in penult. Jerem. 48. v. 26. הַשְׁכִּירֻהוּ כִּי עַל־יְהוָה הִגְדִּיל *inebriate eum, quia contra Dominum se extulit.* O. μεθύσατε αὐτόν, &c. *inebriate eum*, &c.

FUT. 1. p. f. c. Deut. 32. v. 42. אַשְׁכִּיר חִצַּי מִדָּם *inebriabo sagittas meas sanguine*, vel *ebria faciam tela mea ex sanguine.*

HITHPAEL הִשְׁתַּכֵּר, cum metathesi solita שׁ & ת. Vulg. & alii, *ebrius sum, inebrior, ebrium ago, inebrio me ipsum;* unde Futur. 2. p. f. f. cum ן paragogico, & & (ְ) in penult. pro (ּ) ob pausam, 1. Reg. 1. v. 14. עַד־מָתַי תִּשְׁתַּכָּרִין *usquequò ebria eris?* O. ἕως πότε μεθυσθήσῃ; *quousque eris ebria?* Alii, *quousque ages ebriam?* vel *ut ebriam te geres?*

Digitized by Google

שָׂכַר QAL. Vulg. & alii, *mercede conduxit, locavit, mercedem dedit, emit, mercatus est*. Quidam cum radice סָכַר vicinâ, quæ est *obstruere*, conferentes, exponunt, *certo pretio circumscribere, & concludere*, quod est, *conducere*, ne quis ultrà liber, sed alicui addictus sit, & obstrictus. Merc. O. μισθοῦμαι *mercede conduco*, σάρξ *caro*. Proverb. 26. v. 10. ob aliam lectionem.... simili de causâ ibid. συντρίβω *contero*. Aq. Theod. μισθόω *mercede conduco*.

PRAET. 3. p. s. m. Deut. 23. v. 5. וַאֲשֶׁר שָׂכַר עָלֶיךָ אֶת־בִּלְעָם. Vulg. pluraliter expressit, *& quia conduxerunt contra te Balaam*. Alii, *& quia conduxit contra te Bileamum*. O. καὶ ὅτι ἐμισθώσαντο, &c. *& quia mercede conduxerunt*, &c. Cum affix. Nehem. 6. v. 12. שְׂכָרוֹ *mercede conduxerat eum* (falsum prophetam). O. qui vertunt ἐμισθώσαντο, videntur legisse sine affix. in 3. p. pl. c. שָׂכְרוּ *mercede conduxerunt*. Vulg. similiter legisse videtur cum additamento tamen affixi, cùm verterit: *conduxissent eum*, vel est singularis numerus pro plurali, ut multa sunt exempla in Sacrâ Scripturâ. 1. p. s. c. cum affix. Gen. 30. v. 16. כִּי שָׂכֹר שְׂכַרְתִּיךָ. Vulg. *quia mercede conduxi te*, m. Alii, *quia conducendo conduxi te*. O. μεμίσθωμαι γάρ σε *mercede enim conduxi te*.

BEN. s. m. cum præf. Proverb. 26. v. 10. וְשֹׂכֵר כְּסִיל וְשֹׂכֵר עֹבְרִים. Vulg. *& qui imponit stulto silentium, iras mitigat*. Alii, *& mercedem reddit stulto, & mercedem reddit transgressoribus*, vel *& conducens stultum, & conducens transeuntes*, vel admodum confundit omnia, *qui mercedem dat insano, & mercedem dat transgressoribus*. Alii, aliter, ut videri potest in Synopsi Critic. id unum addam. Alii dicunt שֹׂכֵר, significare סֹכֵר *obstruens*, aut *claudens*; quasi diceretur, *obstruit os stulto & transgressoribus*. Quidam in Vatabl.... juxta hanc ultimam expositionem vertisse videtur Vulg. interpres, *& qui imponit stulto silentium*; quomodo autem quæ sequuntur, legerit, non facile est dicere. O. totum versum sic vertunt: Πολλὰ χειμάζεται πᾶσα σὰρξ ἀφρόνων, συντρίβεται γὰρ ἡ ἔκστασις αὐτῶν.

Theod. quod Hebraicè protulimus, sic reddit: καὶ φιμῶν ἄφρονα φιμοῖ χόλους. Sym. καὶ ὁ φράσσων ἄφρονα ἐμφράσσει ὀργὰς αὐτοῦ. O. *multis procellis jactatur omnis caro imprudentum: conteritur enim ecstasis eorum*. In hac versione sunt hæc notanda, 1°. conjunctim legerunt initium versus cum וְשֹׂכֵר, videnturque legisse pro hac voce בָּשָׂר *caro*, & vocem sequentem כְּסִיל pluraliter extulerunt: 2°. legerunt, ut probabile est, pro וְשֹׂכֵר iterato, וְשָׁבַר *& contereretur*; quomodo verò pro עֹבְרִים legerint, nunc non video. Pro ἔκστασις in uno libro est, ἔκτασις *extensio*. Theod. *& frænans imprudentem frænat iras*. Sym. *& qui cohibet imprudentem, obstruit iras ejus*. Pl. m. שֹׂכְרִים *mercede conducentes*. Cum præf. Esdr. 4. v. 5. cum ם pro שׂ, וְסֹכְרִים עֲלֵיהֶם יוֹעֲצִים. Vulg. per præteritum vertit: *conduxerunt autem adversus eos consiliatores*. Ad verbum, *& conducentes* (erant).

PAOUL. s. m. Nehem. 6. v. 13. לְמַעַן שָׂכוּר הוּא. Vulg. *acceperat enim pretium*. Alii, *ut ideò conductus fuerit*, vel *ideò conductus ipse* (fuit).

INFIN. שְׂכֹר *conducendo*. Cum præf. לִשְׂכֹּר לָהֶם *ut conducerent sibi*, vel *ad conducendum sibi*.

FUT. 3. p. s. m. cum præf. Jud. 9. v. 4. וַיִּשְׂכֹּר בָּהֶם *& mercede conduxit iis* (nummis argenti). Vulg. *qui conduxit sibi ex eo* (argento viros inopes & vagos). Cum præf. & affix. Jud. 18. v. 4. וַיִּשְׂכְּרֵנִי *& mercede conduxit me*, c. O. καὶ ἐμισθώσατό με *& conduxit me*. 3. p. plur. m. Isai. 46. v. 6. יִשְׂכְּרוּ צוֹרֵף וְיַעֲשֵׂהוּ אֵל. Vulg. participialiter, *conducentes aurificem, ut faciat Deum*. Alii, *conducunt conflatorem, qui formet illud* (argentum, aurum in) *Deum*. O. καὶ μισθωσάμενοι χρυσοχόον ἐποίησαν χειροποίητα *& conducentes aurificem fecerunt opera manuum*. Ad sensum, non ad verba attenderunt. Cum præf. וַיִּשְׂכְּרוּ *& conduxerunt*.

NIPHAL נִשְׂכַּר *mercede conducor, servire cogor, me loco*; unde PRAET. 3. p. plur. c. cum (ָ) sub secunda radicali pro (ְ) ob pausam, 1. Reg. 2. v. 5. שְׂבֵעִים בַּלֶּחֶם נִשְׂכָּרוּ,

Vulg. *repleti priùs pro panibus se locaverunt.* Alii, *saturi pane conducuntur*, vel *conducti sunt.* Qui priùs vescebantur ad saturitatem usque, laborârunt inopiâ, usque adeò ut pro victu habendo locaverint operam suam. Vatabl. O. ἠλαττώθησαν *minorati sunt.* Aq. συνετρίβησαν *contriti sunt*, qui legit haud dubiè נִשְׁבְּרוּ, cum נ pro ב ex Drusio, & שׁ pro שׂ. Alius, ἐμισθώθησαν *se locaverunt.*

HITHPAEL הִשְׂתַּכֵּר, cum metathesi שׂ & ת, unde Ben. s. m. cum præf. & sine præfix. conjunctim, Agg. 1. v. 6. וְהַמִּשְׂתַּכֵּר מִשְׂתַּכֵּר אֶל־צְרוֹר נָקוּב. Vulg. *& qui mercedes congregavit, misit eas in sacculum pertusum.* Alii, *& qui locat se mercede, locat se mercede* (ponenda) *in sacculo pertuso*, seu *perforato*, vel *& mercedem lucrifaciens* (est) *lucrifaciens in crumenam perforatam.* Quasi dolium Danaidum, quod semper perfluit; pecunia illi inutilis est. Frustrà labor impensus est. In Synopsi Criticorum. O. καὶ ὁ τοὺς μισθοὺς συνάγων συνήγαγεν εἰς δεσμὸν τετρυπημένον *& mercedes congregans congregavit in sacculum pertusum.*

שָׂכָר m. O. μισθὸς *merces*, ναῦλον *naulum.* Verbaliter, μισθόω *mercede conduco*, ob aliam utique punctuationem. Vulg. & alii, *merces, edis, præmium* pro labore, *lucrum.* Cum præf. וְשָׂכָר *& merces.* Construct. שְׂכַר *merces.* Cum præfix. וּשְׂכַר *& merces.* Cum affix. שְׂכָרוֹ *merces ejus*, m. שְׂכָרָהּ *mercedem ejus*, f. שְׂכָרְךָ *merces tua*, m. In pausa cum (ָ) pro (ְ) sub ר, שְׂכָרֶךָ *merces tua*, m. שְׂכָרֵךְ *merces tua*, f. שְׂכָרִי *merces mea*, c. Cum præf. & affix. Exod. 22. v. 14. אִם־שָׂכִיר הוּא בָּא בִּשְׂכָרוֹ. Vulg. *maximè si conductum venerat pro mercede operis sui*, m. Alii, *si mercede conductum sit: veniet pro mercede suâ.* Cocceius, *venit in mercedem suam;* sicque explicat cum præcedentibus: si homo conductus est, accipit mercedem suam, etiamsi perierit res ei commissa, domino præsente. Non enim tum ejus periculo est: si pecus conducta est, locator petit mercedem; nam ea debetur ex conducto: hæc simplex sententia. O. ἐὰν δὲ μισθωτὸς ᾖ, ἔσται αὐτῷ ἀντὶ τοῦ μισθοῦ αὐτοῦ *si autem mercenarius fuerit; erit ei pro mercede ejus.* In hoc versu ex Glassii sententiâ est ellipsis Verbi ex membro præcedente repetendi: *si mercede conductum est* (ne rependito) *venerat pro mercede suâ;* columnâ 1220. Philologiæ Sacræ. R. שָׂכַר *mercede conduxit.*

שָׂכָר Mass. *Sakhár*, Vulg. *Sachar*, nomen proprium 1°. patris τοῦ *Ahhiam*, unius è ducibus Davidis, 1. Paral. 11. v. 35. 2°. filii quarti τοῦ Obed-edom, 1. Paral. 26. v. 4. qui 2. Reg. 23. v. 33. dicitur *Sarar*, juxta Calasium; sic vocatur in Vulg. in Hebr. habes *Scharar*, de eo infra. Etym. שָׂכָר *merces*, à שָׂכַר *mercede conduxit.*

שֵׁכָר m. Vulg. & alii, *ebrietas, sicera;* per siceram Calasius intelligit omnem potum inebriantem, vel sitim explentem, etiam vinum: sed quando, inquit, vino jungitur, notat vinum factitium ex pomis, aut aliis fructibus, aut etiam hordeo, ut cerevisia; huic concinunt alii, qui vertunt hanc vocem: *inebriativum, inebrians potus, potus factitius* qui facilè inebriat, *potus factus ex fructibus.* Huc respexit Hieron. scribens ad Nepotianum: sicera, inquit, Hebræo sermone omnis potio nominatur quæ inebriare potest, sive illa quæ frumento conficitur, sive pomorum succo: aut cum favi decoquuntur in dulcem & barbaram potionem; aut palmarum fructus exprimuntur in liquorem: coctisque frugibus aqua pinguior coloratur. Buxt. in Lexico. O. μέθη *ebrietas*, μέθυσμα *potus inebrians*, σίκερα *sicera*, οἶνος *vinum.* Cum præfix. וְשֵׁכָר *& sicera*, Isai. 28. v. 7. תָּעוּ מִן־הַשֵּׁכָר שָׁגוּ בָּרֹאֶה. Vulg. *erraverunt in ebrietate, nescierunt videntem.* Schmidius, *aberrant per siceram, errant inter videntes*, בַּשֵּׁכָר *in siccrâ*, וּבַשֵּׁכָר *& in sicerâ*, Mich. 2. v. 11. אַטִּף (alia exemplaria, אַטִּיף) לְךָ לַיַּיִן וְלַשֵּׁכָר. Vulg. *stillabo tibi in vinum & in ebrietatem.* Alii, *prophetabo tibi pro vino & pro sicerâ;* quæstûs causâ prædicam tibi quod gratissimum est. Vatabl. Rad. שָׁכַר *inebriatus est.*

שֶׂכֶר m. Prov. 11. v. 18. וְזֹרֵעַ צְדָקָה שֶׂכֶר אֱמֶת. Vulg. *seminanti autem justitiam merces fide-*

Digitized by Google

lis ; hoc autem loco שָׂכָר *venit*, pro שֶׂכֶר ex Cocceio (formâ scilicet constructâ nominis præcedentis שֶׂכֶר), qui sic reddit : *seminans autem justitiam mercedem veritatis*, id est, veram, permanentem (facit, acquirit). Alii, *serentis verò justitiam merces est fida*, vel *sed serens justitiam, mercedem veritatis*, supple, facit ; ita ut sit oppositio inter impium qui facit mercedem mendacii, & inter eum qui serit justitiam, & sic facit mercedem veritatis. O. σπέρμα δὲ δικαίων μισθὸς ἀληθείας *semen autem justorum, merces veritatis* ; videtur supplendum, *est*. Cùm O. verterint σπέρμα δὲ δικαίων, evidens est aliter legisse voces וְזֹרֵעַ צְדָקָה, forsitan legebant וְזֶרַע צַדִּיקִים. Rad. שָׂכַר *mercede conduxit*.

שֶׂכֶר m. alio sensu venit juxta quosdam, Isai. 19. v. 10. וְהָיוּ שָׁתֹתֶיהָ מְדֻכָּאִים כָּל־עֹשֵׂי שֶׂכֶר אַגְמֵי־נָפֶשׁ. Vulg. *& erunt irrigua ejus flaccentia : omnes qui faciebant lacunas ad capiendos pisces*. Schmidius, *unde erunt fundamenta ejus contusa : omnes facientes mercedem* (ex) *stagnis animæ* (desiderii). Alii, vocem שֶׂכֶר vertunt, per *clausuram*, vel *excipulum*, locum in quo concluduntur aquæ, vel *rete*, vel *conclusionem*, vel *venationem*. Vide Synopsin Criticorum. Cocceius vertit, *quæstum facientes stagnorum animæ*, hoc est, de stagnis voluptuariis. Metaphora est... ex quibus patet quosdam vocem hanc derivare à שָׂכַר *mercede conduxit* ; alios verò à סָכַר *obthuravit, clausit* ; ita ut שׂ sit pro ס. O. quinque ultimas voces hujusce versûs sic reddunt : καὶ πάντες οἱ ποιοῦντες τὸν ζῦθον λυπηθήσονται, καὶ τὰς ψυχὰς πονέσουσι *& omnes qui faciunt zythum, mœrebunt, & animis laborabunt* ; videntur legisse שֵׁכָר pro שֶׂכֶר ; & aliter pro reliquis, quæ non sunt hujus loci. R. D. sic exponit : *omnes facientes clausuram* (erunt) *anxii animæ* ; legit עַגְמֵי pro אַגְמֵי. Aben-Esra per *stagna animæ*, intelligit locum ubi sunt pisces.

שִׁכֹּר & שִׁכּוֹר, m. Vulg. & alii, *ebrius, ebriosus, temulentus*. Lxx. μεθύων *ebrius*. Cum præf. & daghésch ob ה exclusum, Job. 12. v. 25. וַיַּתְעֵם כַּשִּׁכּוֹר. Vulg. pluraliter, *& errare eos faciet quasi ebrios*. O. πλανηθείησαν δὲ ὥσπερ ὁ μεθύων *errent autem tamquam ebrius*. Vide notam Nobilii in hunc locum. Plur. m. Joël. 1. v. 5. הָקִיצוּ שִׁכּוֹרִים *expergiscimini ebrii*. O. ἐκνήψατε οἱ μεθύοντες ἐξ οἴνου αὐτῶν, (fortè est additamentum quod apud O. irrepsit) ; *evigilate, qui ebrii estis, ex vino vestro*. Nobilius. Construct. שִׁכֹּרֵי & שִׁכּוֹרֵי, *ebrii*. Rad. שָׁכַר *inebriatus est*.

שִׁכֹּרָה s. f. unde cum præf. 1. Reg. 1. v. 13. וַיַּחְשְׁבֶהָ עֵלִי לְשִׁכֹּרָה *& reputavit eam Eli ebriam*. Vulg. *æstimavit ergo eam Heli temulentam*. O. καὶ ἐλογίσατο αὐτὴν Ἠλὶ εἰς μεθύουσαν, Alius, ὡς μεθύουσαν *& reputavit eam Heli in ebriam*. Alius, *ut ebriam*. Hoc collegit Eli à gestu incondito & indecoro, quòd, ebriæ instar, os distorqueret : à precum multiplicatione : à circumstantiâ temporis. Varii interpretes in Synopsi Criticorum. Rad. שָׁכַר *inebriatus est*.

שִׁכָּרוֹן m. Vulg. & alii, *ebrietas, ebriositas*. O. μέθη *ebrietas* ; unde cum præf. Ezech. 39. v. 19. וּשְׁתִיתֶם דָּם לְשִׁכָּרוֹן. Vulg. *& bibetis sanguinem in ebrietatem*, Alii, *ad ebrietatem*, vel *usque ad ebrietatem*. O. εἰς μέθην *in ebrietatem*. R. שָׁכַר *inebriatus est*, &c.

שִׁכְּרוֹנָה Mass. *Schicrónah*, Vulg. *Sechrona*, nomen civitatis in Tribu Dan, Calas. Jos. 15. v. 11. Etym. *ebrietas ejus*, f. ex שָׁכַר *inebriatus est*, & affix. 3. p. f. f.

שַׁל m. *error, imprudentia, peccatio, securitas, temeritas* ; unde cum præf. 2. Reg. 6. v. 7. וַיַּכֵּהוּ שָׁם הָאֱלֹהִים עַל־הַשַּׁל. Vulg. *& percussit eum* (Ozam) *Dominus super temeritate*. Alii, *propter errorem* quem scilicet fecit, dum tenuit arcam, calcitrantibus bobus... Quòd scilicet fecisset τὸ μὴ δέον. Cocceius... Vel *& percussit eum ibi Deus propter hoc imprudens factum*, quo præter munus ex lege familiæ suæ commissum, gestandi scilicet arcam humeris, eam plaustro imposuit, quod peccatum Sacerdotum & Levitarum omnium commune fuit : & nunc contra legem, Num. 4. v. 11. rem sanctam attingit : quod peccatum peculiare est illius : ideò peculiariter in eum animadvertit Deus. Jun. Apud O. vacat. Alex. ἐπὶ προπετείᾳ. Com-

Digitized by Google

plut. ὁδῷ τῆ ϑρασύτητι *super temeritate*. Aq. ὁδῷ τῆ ἀνοίᾳ *super insaniâ*. R. שָׁלָה in Hiphil, *errare fecit*, *fefellit*.

של, vocula Hebræis usitata pro articulo genitivi casûs. Hinc בְּשֶׁל *propter*, בְּשֶׁלִּי *propter me*, c. בְּשֶׁלְּמִי *propter quem*, שֶׁלָּמָּה *propter quid*, pro בְּשֶׁלָּמָּה, & (-) est loco (-), Gussetius quem consulere potes ad vocem מִי... Rabbinis est articulus genitivi casûs, est iis sic usitatissimus. Hebraïcè cum ב ab initio, est *propter*. Buxt. ... Particula composita ex שֶׁ (quod valet אֲשֶׁר) & לְ. Hebræi usurpant separatim; Scriptura conjunctim, ut Cant. 3. v. 7. הִנֵּה מִטָּתוֹ שֶׁלִּשְׁלֹמֹה (cum daghesch in ל pro compensatione τῆ ל præfix.) *ecce, lectus ejus, qui* (scilicet) *Salomoni*. Vulg. *en lectulum Salomonis*, valet, ut Cant. 1. v. 1. שִׁיר הַשִּׁירִים אֲשֶׁר לִשְׁלֹמֹה *Canticum Canticorum: quod* (est) *Salomoni*. Cant. 1. v. 6. & 8. v. 12. cum aff. כַּרְמִי שֶׁלִּי *vinea mea*, c. vel *vinea quæ mihi* (est). Separatim ponitur cum præf. Eccle. 8. v. 17. בְּשֶׁל אֲשֶׁר יַעֲמֹל הָאָדָם לְבַקֵּשׁ. Vulg. *& quanto plus laboraverit ad quærendum*. Alii, *quantumvis laboret homo quærere*; quæ phrasis sic potest explicari: in quotacumque parte ejus, quod homo laboraverit quærere. Cocceius.... Schmidius verò, *dum laborat quidem homo quærendo*. O. ὅσα ἂν μοχθήσῃ ἄνθρωπος τῆ ζητῆσαι *quæcumque laborabit homo quærere*. Cum præf. & affix. Jon. 1. v. 7. וְנֵדְעָה בְּשֶׁלְּמִי הָרָעָה הַזֹּאת לָנוּ. Vulg. *& sciamus quare hoc malum sit nobis*. Schmidius, *ut cognoscamus, propter quid, quod cui* (fiat) *malum hoc nobis*. Alii, *propter quem*, vel *propter quid*, vel *cujus gratiâ malum istud nobis*; supple, evenit, vel accidit. Tempestatem judicant non naturalem esse, sed ob scelus alicujus immissam. Merc. O. τίνος ἕνεκεν *cujus causâ*, *quare, cur?*.... Cocceius reddit: *propter quod cujus?* sive simpliciter: *propter quem?* & v. 12. בְּשֶׁלִּי *propter me*, c. Hoc facile resolvere: *propter* (id) *quod meum est*. 4. Reg. 6. v. 11. הֲלוֹא תַּגִּידוּ לִי מִי מִשֶּׁלָּנוּ אֶל־מֶלֶךְ יִשְׂרָאֵל. Vulg. *quare non indicatis mihi, quis proditor mei sit apud regem Israël?* benè sensum expressit. Schmidius, *annon indicabitis mihi, quis de iis, qui nobis, ad regem Israëlis* (defecerit?) Verba sunt regis Syriæ. Alii, *quis ex nostris*, vel *quis è nobis* (est) *pro rege Israël?* vel (transfugerit) *ad regem Israël?* O. τίς προδίδωσί με; *quis prodit me?* Cant. 1. v. 7. שַׁלָּמָה, pro אֲשֶׁר לָמָּה *nam quare?* Cocceius... vel *quia ad quid?* vel *quare enim?* O. μήποτε *ne forte*. Vulg. *ne*. Porrò מִשֶּׁלָּנוּ *ex nostris*, est ex simplice שֶׁ & לָנוּ, & præpositione מִן, Buxt.

שַׁלְאֲנָן adject. m. *tranquillissimus*, cum epenthesi ל, vel potius, ut Kimhhi scribit in libro Radicum, est vox composita ex שָׁלֵו & שַׁאֲנָן, & notatur eo summè tranquillus, id est, tranquillissimus. Buxtorf. Job. 21. v. 23. כֻּלּוֹ שַׁלְאֲנַן וְשָׁלֵיו. Vulg. iste moritur robustus & sanus, *dives & felix*. Alii, *totus ipse tranquillus*, seu *securus*, aut *opulentus*, *& fortunatus*, seu *felix*, vel *totus tranquillus & quietus*, id est, tutus & securus, neque in rebus suis malum aut damnum expertus, neque animi ullâ nubeculâ inquietatus; alludit ad שָׁלֵו, Coccei. Vide Synopsin Criticorum. O. ὅλος δὲ εὐπαθῶν καὶ εὐθηνῶν *totus autem benè affectus & prosperè agens*. Theod. ὅλος δὲ εὐθηνῶν καὶ εὐπαθῶν *totus in abundantia & felicitate*. In Hexaplis. Rad. שַׁאֲנָן inusit. in Piël, *tranquillus fuit*, *quievit*, &c.

שלב QAL, inusit. unde PUAL שֻׁלַּב *ad formam scalæ per gradus componi*, *scalari formâ disponi*, *connecti*, *committi*; ex quo PAHUL plur. f. Exod. 26. v. 17. שְׁתֵּי יָדוֹת לַקֶּרֶשׁ הָאֶחָד מְשֻׁלָּבֹת אִשָּׁה אֶל־אֲחֹתָהּ. Vulg. *in lateribus tabulæ, duæ incastraturæ fient, quibus tabula alteri tabulæ connectatur*. Alii, *duæ incastraturæ* (erunt) *tabulæ uni dispositæ ut gradus scalæ, altera contra alteram*, vel *scalari formâ dispositæ*, vel *duæ manus* (erunt) *asseri unicuique*, *combinatæ una ad alteram*... Coccei. Asseris spissitudo mediâ sui parte erat minuenda utrinque, ut quasi manus esset apprehendendo vicino asseri: ita ut asser extremus haberet instar gradûs supra gradum: quæ gradatio quum in assere vicino responderet,

Digitized by Google

ſponderet, manu unius aſſeris, vel orâ impoſitâ manui vel oræ vicini aſſeris, quaſi graduum complicatio fieret: ne ſcilicet hiaret rima, quum tabernaculum compoſitum eſſet. O. δύο ἀγκωνίσκους τῷ στύλῳ τῷ ἑνί, ἀντιπίπτοντας ἕτερον τῷ ἑτέρῳ, ſupple, ποιήσεις ex præcedentibus, *duos anconiſcos columnæ uni, contracadentes unum alteri*, ſupple, *facies*, vel, ut fert verſio apud Aug. à Nobilio citatum: *duos anconiſcos* (al. anconicos) *columnæ uni conſiſtentes ex adverſo*: ſimiliter ſupple, *facies*.

שְׁלַבִּים plur. m. Vulg. & alii, *juncturæ, gradus, ſcalæ*; metaphoricè, *prominentiæ gradatæ, transmiſſuræ, limbi*; unde cum præf. 3. Reg. 7. v. 28. וּמִסְגְּרֹת בֵּין הַשְּׁלַבִּים. Vulg. *& ſculpturæ inter juncturas*. Alii, *clauſuræ autem inter ſcalas*, & tabulis gradatim prominentes. M. vide Synopſin Criticorum. O. καὶ (ἔργον) συγκλειστὸν ἀναμέσον τῶν ἐξεχομένων & (opus) *concluſum inter juncturas*. Rad. שָׁלַב inuſit. in Pual, *ſcalari formâ diſponi*, &c.

שָׁלַג QAL, unde τῷ HIPHIL, FUT. 2. p. ſ. m. juxta quoſdam, vel 3. p. ſ. f. juxta alios, cum (ֵ) pro (ִ), Pſal. 67. Hebr. 68. v. 15. בְּפָרֵשׂ שַׁדַּי מְלָכִים בָּהּ תַּשְׁלֵג בְּצַלְמוֹן. Vulg. *dum diſcernit cœleſtis reges ſuper eam, nive dealbabuntur in Selmon*. O. ἐν τῷ διαστέλλειν τὸν ἐπουράνιον βασιλεῖς ἐπ' αὐτῆς, χιονωθήσονται ἐν Σελμών, idem. Alii, *cùm diſperſerit*, vel *diſſipaverit Omnipotens reges in eâ* (terra Chanaan) *niveſcet*, hoc eſt, *albeſcet* (ſicut nix, quæ eſt) *in* (monte) *Selmon*, hoc eſt, grata erit ac jucunda, vide Gram. Hebr. t. 2. p. 130. col. 1. vel *niveſces*, id eſt, *ſicut nix albeſces*, vel *ninget in Salmon*, vel *niveus eris*. R. D. *albeſcet tanquam nix* congregatio quæ fuit in tenebris. Vide Synopſ. Critic. Rad. שֶׁלֶג *nix*; ſunt qui שֶׁלֶג ab inuſit. שָׁלַג deducunt: unicuique liberum ſit abundare in ſuo ſenſu.

שֶׁלֶג m. Vulg. & alii, *nix*. O. χιών *nix*, δρόσος *ros*; in pausâ cum (ָ) pro (ֶ), שָׁלֶג *nix*. Cum præf. & in pausâ, 2. Reg. 23. v. 20. בְּיוֹם הַשָּׁלֶג *in die nivis*. Vulg. *in diebus nivis*, וְהַשֶּׁלֶג *& nix*, כַּשֶּׁלֶג, & in pausâ, כַּשָּׁלֶג *ſicut nix*, לְשֶׁלֶג *nivi*, מִשֶּׁלֶג *præ nive*; in pausâ, מִשָּׁלֶג *à nive*, וּמִשֶּׁלֶג *& præ nive* candidus fiam. Vulg. *& ſuper nivem* dealbabor.

שָׁלָה QAL. Vulg. & alii, *diſſimulo, abundo, quieſco, pacifico, pacificus ſum, pacificor, felix, fortunatus, ſalvus ſum*; quæ ultima vox latina ad Hebræam alludit; *vaco, tranquillè, in quiete, & in otio vivo*, atque inde *ſecurus & felix ſum*; tertia radicalis interdum in (ו) commutatur. Hinc σχολή, σχολάζω *vaco*, & latinè, *ſchola*, & Germanicè, *ſchul*: ubi vacantes bonis artibus oportet quieſcere à laboribus manuariis, &c. Av. O. εἰρηνεύω *ſum in pace*. Aq. εὐθηνέω *benè eſt mihi*. O. εὐθηνέω *abundo*, εὐθηνία *abundantia*. Sym. ἠρεμία *quies*, Pſal. 29. v. 7.

PRAET. 1. p. ſ. c. Job. 3. v. 26. tertiâ radicali mutatâ in (ו), & ſic more perfectorum Verbo conjugato, לֹא שָׁלַוְתִּי, loco τῷ שָׁלִיתִי. Vulg. *nonne diſſimulavi?* Alii, *non fueram tranquillo animo*, vel *non tranquillus fui*, vel *nondum habeo pacem*. O. οὔτε εἰρήνευσα. Aq. οὐκ εὐθήνησα. O. *neque fui in pace*. Aq. *non benè fuit mihi*. 3. p. pl. c. Jerem. 12. v. 1. שָׁלוּ כָּל־בֹּגְדֵי בָגֶד. Vulg. Quare.... *benè eſt omnibus qui prævaricantur & iniquè agunt?* Alii, *tranquilli ſunt*, vel *felices & ſecuri ſunt omnes perfidi?* qui fœdus Dei irritum faciunt. Cocceius.... vel cur.... *pacem habent, feliciter agunt, fortunati ſunt omnes prævaricantes prævaricationem?* O. εὐθήνησαν πάντες οἱ ἀθετοῦντες ἀθετήματα; *abundaverunt omnes qui prævaricantur prævaricationes?*

INFIN. juxta quoſdam more perfectorum cum (ו) pro tertia radicali ה, & cum præf. & affix. Pſal. 29. Hebr. 30. v. 7. וַאֲנִי אָמַרְתִּי בְשַׁלְוִי. Vulg. *ego autem dixi in abundantiâ meâ*, c. Alii ad verbum, *in tranquillum me eſſe*, vel clariùs, *dum quietus, pacificus*, ſeu *tranquillus eſſem ego*, vel *in proſperitate mea*, vel *in tranquillitate mea*; vides alios ut nomen ſumere hanc vocem, de quâ plura dicemus infra, ſub nomine שַׁלְוָה *pax, quies, tranquillitas*. O. ut nomen vertunt, ἐν τῇ εὐθηνίᾳ μου *in*

Digitized by Google

abundantiâ meâ. Sym. ἐν τῇ ἡσυχίᾳ μου *in quiete meâ.*

FUT. 3. p. f. m. juxta quosdam, contractè יַשֵׁל pro יִשְׁלֶה, quod tamen alii referunt ad נָשַׁל *evello.* Job. 27. v. 8. כִּי יֵשֶׁל אֱלוֹהַּ נַפְשׁוֹ. Vulg. *& non liberet Deus animam meam?* Alii pro varietate radicis à quâ deduci putant vocem hanc, exponunt: *si evellat*, vel *cùm evulserit*, seu *extraxerit ab illo Deus animam ejus?* Hi volunt esse pro יַשֵּׁל futur. HIPHIL, aut pro יִשַּׁל futur. Qal, à verbo נָשַׁל *evello, extraho.* R. D. à שָׁלָה deducens vertit: *si requiescere fecerit*, aut *secundaverit Deus animam ejus?* Alii, *cùm oblivìscetur*, vel *errare fecerit* scilicet è corpore *Deus animam ejus?* vel *cùm pacatam reddiderit Deus animam ejus?* hypocritæ. Cocceius. *Quum frustrabitur Deus animam ejus?* ut quæ amat, in hac vitâ cogatur relinquere pro יִשְׁלֶה, sed potest etiam explicari ex נָשַׁל. O. πεποιθὼς ὅτι κύριον ἄρα σωθήσεται; *confidensne super Dominum salvabitur?* Ms. Alex. μὴ πεποιθὼς ὅτι κύριον εἰ ἄρα σωθήσεται; quæ verba non satis intelligo. August. apud Nobilium; *& confidit in Domino, si fortè salvatur?* Aliud legerint necesse est: de loco hoc apud Cappellum altum silentium. 3. p. pl. m. Job. 12. v. 6. יִשְׁלָיוּ אֹהָלִים לְשֹׁדְדִים. Vulg. *abundant tabernacula prædonum;* protractè cum (ָ) ante (י) mobile pro tertia radic. ה, nam regulariter esset יִשְׁלוּ *tranquilla erunt.* Alii, *tranquilla sunt tentoria iis qui vastitatem faciunt*, vel *prosperè agunt*, &c. id est, in summâ pace ac tranquillitate sunt tentoria prædonibus. Vatabl. O. hîc aliter legerunt. Confer & judica.

NIPHAL נִשְׁלָה. Vulg. & alii, *negligo, erro, vacans, otiosus efficior, torpeo, remissus sum;* unde FUT. 2. p. plur. m. 2. Paralip. 29. v. 11. בָּנַי עַתָּה אַל־תִּשָּׁלוּ. Vulg. *filii mei, nolite negligere.* Alii, *filii mei, nunc ne erretis*, vel *ne remissi sitis*, vel *ne committatis errorem.* O. μὴ διαλίπητε *ne delinquite.*

HIPHIL הִשְׁלָה, unde FUT. 2. p. f. m. 4. Reg. 4. v. 28. הֲלֹא אָמַרְתִּי לֹא תַשְׁלֶה אֹתִי.

Vulg. *numquid non dixi tibi: ne illudas me?* Alii, *ne fallas me?... ne facias me errare?... ne secundines me*, id est, ne des mihi prolem: quasi diceret, mallem non edisse, quàm quòd mortuus est natus; sed remotum est. Merc. vel *ne securam reddas me?* Vide Synopsim. Duro sermone utitur, & prophetam ferè insimulat mendacii. Matt. O. ὅτι οὐκ εἶπα, οὐ πλανήσεις μετ' ἐμοῦ; *siquidem nonne dixi, non decipies mecum?* non satis assequor vim vocis πλανήσεις, in hoc loco.

שְׁלֵה Chald. m. *quietus, tranquillus;* Hebr. שָׁלֵו, idem. Dan. 4. v. 1. Vulg. Ego Nabuchodonosor שְׁלֵה הֲוֵית בְּבַיְתִי *quietus etiam in domo mea*, c. Alii, *tranquillus eram....* O. εὐθηνῶν ἤμην ἐν τῷ οἴκῳ μου *abundans eram in domo mea.* Theod. εὐθηνῶν *tranquillus, benè habens;* sic in Hexaplis. Rad. שְׁלָה inusit. in Scripturis. Apud Rabbinos significationem habet hanc, *tranquillus sum, quietus sum, quiesco.*

שֵׁלָה Mass. *Scheláh*, Vulg. *Sela*, nomen tertii filii Judæ ex uxore vocatâ Sue filiâ hominis Chananæi, Gen. 38. v. 5. & 1. Paral. 4. v. 21. Etym. apud Calas. *dissolvens*, sive *discalceans*, ex נָשַׁל *dissolvo, discalceo;* vel Syriacè, *illudens*, sive *decipiens*, ex שלה *illudo, decipio.*

שִׁלֹה, vel שִׁילוֹ, vel שִׁלוֹ, variè enim scribitur, ut mox videbimus: Mass. *Schilóh*, & *Schiló*, Vulg. *Silo*, nomen civitatis in Tribu Ephraim, Jos. 21. v. 2. cum præfix. בְּשִׁלֹה *in Schilóh*, & 22. v. 9. מִשִּׁלֹה *de Schilóh*.... Jerem. 7. v. 12. item cum præfix. cum (ו) pro ה & (י) pro (.), בְּשִׁילוֹ *in Schiló.* Jud. 21. v. 19. sine (י) cū hhiriq comite, בְּשִׁלוֹ *in Schiló;* in Silo divisio terræ sanctæ facta est pro septem tribubus filiorum Israël, quæ necdum acceperant possessiones suas, & ibi longo tempore mansit arca Dei, Jos. 18. v. 1. & 2... In Silo denuò congregati sunt Israëlitæ, ut pugnarent contra duas tribus, Ruben scilicet & Gad, & dimidiam partem Tribûs Manasse, Jos. 22. v. 12.... In Silo natus est Achias propheta, 3. Reg. 14. v. 4. Hæc ex Calasio; vide etiam

Digitized by Google

Adriani Relandi Palæstinam, p. 1016. ad vocem *Silo*. Etym. eadem Calasio ac vocis præcedentis שֶׁלָה; interpretatur insuper Calasius hanc vocem, *pax*, vel *abundantia*, à שָׁלָה *pacificus fuit*, &c. Vide שִׁלֹה, in alio sensu.

שַׁלְהֶבֶת f. Vulg. & alii, *succensio*, *flamma* despolians omnia; habet prothesin literæ ש ex usu Chaldæis frequenti, quibus שַׁלְהוֹבִיתָא est *flamma*. Buxtorf... Avenario componitur ex שָׁלַל *spoliavit*, & לֶהָבָה *flamma*: atque per synæresin contrahuntur literæ in utraque radice similes. Ezechiel. 21. v. 3. לֹא־תִכְבֶּה לַהֶבֶת שַׁלְהֶבֶת. Vulg. *non extinguetur flamma succensionis*. Alii, *flamma flammæ gravis*, *flamma flammæ*, *flamma inflammatissima*, *flamma flamma*: dictio geminatur ad rem corroborandam. Vide Synopsim. O. participialiter vertunt: ἡ φλὸξ ἡ ἐξαφθεῖσα *flamma accensa*. Cum (ָ) pro (ַ) ob pausam, Job. 15. v. 30. יֹנַקְתּוֹ תְּיַבֵּשׁ שַׁלְהָבֶת. Vulg. *ramos ejus arefaciet flamma*, id est, liberos, vel divitias, &c. impii. Synopſ. O. τὸν βλαστὸν αὐτοῦ μαράναι ἄνεμος *stirpem ejus arefaciet ventus*. Hic fortè est transpositio in O. in Hebr. enim postea fit mentio venti; vide & judica. Rad. לָהַב inusit.

שַׁלְהֶבֶתְיָה, vel cum maqqáph, שַׁלְהֶבֶת־יָה, Cant. 8. v. 6. רְשָׁפֶיהָ רִשְׁפֵּי אֵשׁ שַׁלְהֶבֶתְיָה. Vulg. *lampades ejus*, *lampades ignis*, *atque flammarum*. Videtur legisse in plurali, שַׁלְהָבוֹת, & supplevisse, *atque*. Alii, *carbones ejus* (sunt) *carbones igniti*, *flamma Dei*, vel *flamma ingens*, vel *maxima*, *vehementissima*. Quidam volunt esse vocem unicam, alii contendunt esse duas, quod videtur probabilius, nempè à לָהַב inusit. & יָהּ *Deus*. O. videntur legisse in plurali, שַׁלְהֲבֹתֶיהָ, quasi à שַׁלְהֶבֶת, cùm verterint φλόγες αὐτῆς *flammæ ejus*.

